2 Cto 1-5

Caja
A-17

5-

87

Nl del Collegio de la Comp de Jesus de Granada

P.V.M. Omnia opera: diligenti caſtigatione exculta: aptiſſimiſq; ornata figuris: cōmentantibus Seruio: Donato: Probo: Domitio: Landino: Antonioq; Mancinello uiris clariſſimis. Additis inſuper in Seruium multis: quæ deerant: græciſq; dictióibus: & uerſibus q̄plurimis: qui paſſim corrupte legebantur: in priſtinum decorem reſtitutis.

Seruius Donatus Probus Domitius Landinus Mancinellus

Cum Gratia ꝛ Priuilegio.

Et convxit Michael

ℂ ANTONIVS MANCINELLVS VELITERNVS VRSO VRSINO HEROI CLARISSIMO Pontifici Thean. ac Gymnaſii almæ Vrbis Rectori.

VIrgilii poetarū ſummi & Bucolica & Georgica in Romano Gymnaſio cuius tu rector & princeps quam optimus Vrſe Heroum decus eo pacto ab hīc triēnio publice ꝓfitebar ut poſterioris quoq; imparciendum cenſerem: eoq; ſtudioſius & accuratius enitebar: quumq; tempus admonuit im/preſſoribus quicquid euigilaueram tradidi. Diceres autem None & Seruius iam pluribus annis Virgilii ſummus habetur interpres: & anno ab hinc ſecundo Landinus uir profecto eruditiſſimus: quid igi/tur tua eruditione opus? Cum etiam fieri non poſſit: aut non facile fiat: ut ea uerbis mutentur ac extrudantur: quæ impreſſa ſunt mentibus: & iamdiu retenta. Itaq; ſeruii potius alteruſue ſententiā omne pene quam tuam probauerint: ſicq; fruſtra quodammodo elaboraueris. Ea quidem omnia ita fore non dubito Præſul digniſ/ſime apud eos præſertim: qui ſæpe numero aliud quam recte ſenſerint: iniquo animo approbāt & extollunt: probandaq; arguunt & inuertunt. Nec ego eo conſilio commentarios edidi: ut homines eruditos redarguā: quanq̄ aliud alii uidetur. Sed uti Virgilii carmen & facilius & apertius habebatur. Eo enim ſtudio ea opera ui/gilia: diligentia: cura ſum uſus: tamen corrigendis textibus: tum illis interpretandis: ut mea cū præcedētibus conferentes: neceſſaria potius q̄ ſuperuacanea fuiſſe animaduertant. Amabunt inde: nā ea quæ facta ſunt cum labore: ut ille inquit: magis diligunt omnes. Et quoniam explodenda eorum ſunt uerba: qui nihil auctoritate doctorū corroborant: illius autē recipienda ſententia, qui nihil loquitur: niſi quod apud exquiſitiſſimos legi/tur auctores. Viſum eſt: cunctis omnibus & locis atq; ſententiis. Priſcorum teſtimonia reddere. Ibique maxi/me ubi aliorum interprætationibus: quod ſepe accidit: minime ſum aſſenſus: nō quidem ab re ut patebit. Præ teriiq; nihil fere neceſſario exponendum: quid ſi forte non uſque ritæ expoſitum fuerit: danda uenia eſt. Quis in tanto ingenio: tāta doctrina: tantaq; ſapientia præditus eſſe poteſt: ut nuſq̄ ceſpitet. Neq; enim eſt ulla diſci/plina: aut ars: quæ ſingulari conſumata ſit ingenio. Nec ullus omnia ſcire poteſt: & ubiq; diligentia ſatis uti. Hinc Plato Philoſophorum ſummus Architæ reſpondens ait: Quæ apud me ſunt commentaria: de quibus ſcripſiſti: nondū ſatis lucubrata ſunt: neq; unq̄ ſatis erunt: ea tamē miſi. Subitoꝝ me deniq; plurimoꝝ iudicia & doctoꝝ & cōtra quod longe peſſimū: haud dubito: Tua tamē: Obſeruator: Speculator: Explorator digniſſi/me id. n. epiſcopus interprætat: auctoritate: poteſtate: dignitateq; fretus aduētius meas lucubratiōes emitto. ti biq; dedico. Cui. n. potius? Tibi ſi quidē mea omnia debeo: tibi labores omnis & uitā ipſam: Quis namq; me numero paucoꝝ aſcripſit: Tua nempe ingens & maxima charitas. Tua quidē liberalitas & clementia ſumma: Tui magnitudo conſilii: Tui animi ſapientia. Vt aūt poſſint labores mei alibi quoq; opē ſufficere. uocū rerūq; indicē ſecundū literaꝝ ſeriē infronte appoſui: Edā poſt hæc in Iuuenalem in Odas: in carmē Epodon Horatii uenuſini: paratos iā cōmentarios. Vbi qd ſenſerim ultra alioꝝ ſentētias: qd addiderim: qdue elaborauerim pla ne uidebitur. Vale decus procerum & præſidium meum. Vale & ſalue. Rome tertio Idus Octobris. M.cccc.xc.

ℂ Ex quibus auctoribus.

M. Catone. Varrone. Columella. Plinio. Palladio. Theophraſto. Macrobio. Nonio Mar. Diomede. Feſto Pom/peio. Donato. Capro. Phoca. Priſciano. Acrone. Porphyrione. Aulo Gellio. Probo. Vegetio. Modeſtio. Vibio ſe/queſtri. Lactantio. Homero. Heſiodo. Theocrito. Horatio. Ouidio. Manilio. Propertio. Plauto. Lucano. Lucre/tio. Cicerone. Saluſtio. Euſebio. Apuleio. Tito. Liuio. Suetonio. Seneca. Lucio floro. Iuſtino. Herodoto. Diodo/ro. Laertio. Plutarcho. Alcinoo. Appiano. Cornelio Tacito. Strabōe. Quintiliāo. Solino. Dionyſio. Ptolomæo. Hyginio. Alexandro. Aphrodiſeo. Ariſtotele. Auguſtino. Cornelio celſo. Galeno. Serapione. Vitruuio. Ioanne uero Carmelitano in græcis dictionibus: Horum omnium ſuo loco teſtimonia patent.

ℂ ANTO. MANCINELLI. Veliterini Commentarius in Bucolica Maronis.

DIcendi genera & in carmine: & inſoluta oratione: probabilia ſunt tria. Huber: Gracile: Mediocre. Huberi dignitas atq; amplitudo eſt. Gracili uenuſtas & ſubtilitas. Mediocre in cōfinio eſt utriuſq; modi particeps. Vera autem & propria huiuſcemodi formarum exempla in latina lingua Marcus Varro eſſe dicit. Hubertatis Pacuuium. Gracilitatis Lucilium. Mediocritatis Terentium. Sed ea ip/ſa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero ſunt tria tribus: Magnificum in Vlyxe & Huber eſt Sub tile in Menelao & cohibitū. Mixtū moderatūq; in Neſtore. De qbus omnibus Gelliū. lib. vii. legito: Euſe. uero apud Macrobiū lib. v. inquit Dicēdi genera eſſe quatuor: Copioſum in quo Cicero dominatur. Breue in quo Saluſtius regnat. Siccum quod frontoni aſcribitur. Pingue & floridum in quo Plini. ſecundus luxuriatur. Sed apud unum Maronem hæc quatuor genera reperies: uariis qdem locis: illa etiam tria. Nā gracili in Buco. uti/tur. Hubere in æneide. Mediocri in Georgicis. quod ſane latius Cōmentario ſuo narrabimus. Cæterum quia teſte Philoſopho lib. iiii. Meta. primū principium in aliqua ſcientia debet eſſe notiſſimū in ea. Ab ipſius tituli noīe auſpicemur. Bucolica: ut Diomedes inquit: dicuntur poemata carmine paſtorali compoſita. Bucolicon autem armentū boum. Bucoleo paſco boues. Bucolos uero bubulcus dr̄. Bubulcus autē qui bubus arat: ſiue q boues fundi aratrios paſcit: ut Paulus iureconſultus. ait Bucolicuſq; a noſtris armentarius appellat: ut ſcribit Donatus. Aegloga dici poteſt Aegō. i. capraꝝ Logos. i. ſermo. Theocritus quē Maro imitatus eſt: ut paſſim do/cebimus plures cōpoſuit æglogas. Maro decem. Bucolicū carmen. Diod. teſte uolumine. v. in ſicilia Daphnis Mercurii filius: & nymphæ: q ē educatus a nymphis boū ꝑ multa poſſidet armenta: a quoꝝ cura bucolos di/ctus ē: cū eſſet ingenio acri: ſtudiūq; plurimū gubernandis bobus īpēderet: adinuenit. Tradūt inſup illū in Dia næ grām uenādi ſtudio impēdiſſe opam: eāq; fiſtula: & cōtu bucolico apprime oblectaſſe: Bucolici ꝑterea uer ſus ſunt quotiēs in quarta regione Dactylus finiēs partem orōnis inuenit: ut Probus & Diome. ſcribunt. Illud

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE CANADA

unum adiiciam:ꝙ Virgilius ex affectu quem ad linguam græcam habebat:& declinationibus græcis delecta/
batur:ut etiam Macrobius Saturnalium quinto ait. Et omnia carmina ſua græcæ maluit inſcribere:quæ ſunt
Bucolica Georgica Aeneis. Fabius item Quintilianus uolumine duodecimo:ſic. Itaq; tanto ex ſermo græcus
latino iucundior ut noſtri poetæ quotiens dulce carmen eſſe uoluerint:illorum id nominibus exornet. Opus
ipſum triennio perfeciſſe legitur: Annos natus ut probus aſſerit.xxviii.

¶ Argumentum Tityri per Antonium Mancinellum.

T Ityræ tu patulæ.poſt Caſſii brutiq; necem Philippẽſi clade acceptam.M.Antonius in Aſiam.C.Cæ/
ſar Veteranis agros & urbes diſtributurus in italiam conceſſit:ut Liuius lib.cxxv. & Apianus lib.v.
bellorum ciuilium ſcribunt.Probus autem illis non conuenit:ſcribit enim agros diuiſos Veteranis
ab Auguſto poſt bellum Actiacum.Ergo tamen prioribus crediderim.Multi igitur & Cremonen
ſium & propinquorum propriis agris cultores expulſi ſunt.Quorum quidem ad Lucii Antonium.M.Anto/
nii fratrem plures auxilii gratia confugerunt.Virgilius tamen nam & ipſe agrum quum Mantua Cremonæ
uicina eſſet:eodem pacto amiſerat ab Aſinio Pollione Alpheno Varro & Cornelio Gallo:quibus in Buco.adu
latur.C.Cæſarii commendatus illũ recepit.Hinc gratias agens Augu.ꝙ recepiſſet agrum:fingit ac prima eclo/
ga Tityrum:per quem ipſum poetam nunc intelligimus:ſub fago magno cum ocio canere. Mœlibœumq; a
patria & propriis agris cum capellis ſuis fugientem:illud mirari.Cum ubiq; turbatio eſſet:& ſolus ipſe inden/
nis cantaret.Id totũ huiuſcæ eclogæ argumẽtũ.Relinquarũ:eiuſdemq; iterum argumẽta carminibus patent.

¶ Chriſtophori Lãdini Florẽtini in.P.Vir.interpretatiões ꝓhœmiũ ad Petrũ medicẽ magni Laurenti filium.

M Agnas immortaleſq; Petre medices priſcis illis uiris gratias habendas cenſeo:qui bonis artibus atq;
diſciplinis excogitatis atq; repertis uitam noſtram ita excoluerũt:ut recte commodeq; degere poſ/
ſemus:atq; intra naturæ humanæ terminos conſiſtentes in ferinos cultus moreſq; non laberemur.
Maiores tamen hac potius maximas illis habendas haud dubitauerim:quia ea inuenerũt: quibus
animi noſtri ueluti quibuſdam aliis ſuffulti:& humanam conditionem tranſcenderent: & his qui terrena ca/
ducaq; ſunt pro nihilo habitus ad diuinarum rerum cognitionem euolarent.Ex quibus quidẽ omnibus ego
poeticam primas ſibi uendicare modo equos ſortiatur iudices facile me conuicturum exiſtimo. Virum nos
huiuſcemodi diſputationi & conuenientiorem & qui illam non ſolum poſtulet:uerum potius efflagitet:locũ
addiximus.Interim autẽ cum eum nobis poetam interpretandum aſſumpſerimus:qui uel ex oĩbus terrarũ re
gionibus:quarũ habitarores hiſtoria cognoſcant:uel ex oĩbus ſæculis quorum memoria ad noſtre uſq; ad tẽ/
pora ſcriptorũ beneficio peruenerint:ſi nõ primus oĩno:primo modo tamẽ par pene æqualiſq; ſit opæ noſtræ
præciũ haud mediocre futurũ extimo:ſi paucis tamẽ nec pluribus q̃ neceſſitas exigat oſtẽdero ex omni q̃ innu
mera pene eſt ſcriptorũ copia illũ ꝑter cæteros & ad grauiter ornateq; loquendum:& ad bene beateq; uiuen/
dũ plurimũ nobis cõferre:Nã cũ & itelligentia qua oẽs diſciplinas ſtudio induſtria q̃ adhibita aſſeq poſſumus
& orone qua quæ didicerimus alio doceamus:homo a cæteris aĩalibus differat:nõne in utraq; re ita princeps
eſt.P.Maro:ut cũ ab eo diſceſſeris:uix niſi lõgo interuallo relicto ſecundũ repereat latini.Nãq; imortalis deus:
ſplendorem q̃ dignitatẽ orationi affert? Quid obſecro aut in maximis rebus ſublimius? aut in mediocribus
temperatius aut in humilioribus preſſius excogitari hoc poeta poteſt? Quis in ſingulis uerbis eius elegantiã?
Quis in oroni.ſtructura compoſitionem? Quis in luminibus uerborũ ac ſentẽtiarũ dignitatẽ maronis adeq̃/
bit? Quod uero iure oẽs ſtupeſcãt ita dicendi genus uariat:ut rebus:tꝑibus:ꝑſoniſq; inſeruiens modo abũdas
copioſiuſq; fluat:mõ breuis cõſciuſq; cuncta ꝑſtringat.Decet illũ non nũquã ſiccitas.Decet neſcio:quid pingue
floridũ ſæpe autẽ ſuauiſſimo quodã cõtemperamẽto ita huiuſcemodi in unũ oĩa cõfundit atq; commiſcet: ut
mirabili uoluptate audientiũ aures demulceat atq; delectet.Nã quis dicendi ornatus excellentior eſſe põt? q̃ is
in quo nec percipitata breuitas: nec infinita cõpia:nec ieiuna ſiccitas:nec poſtremo nimium luxurians læticia
appareat.Hoc quidem dicendi genus apud quem aliũ inuenias non facile repio. Ego certe apud neminem ad/
huc cognoſere potui? Si igit̃ tanq̃ magnũ uirũ & omni laude dignũ eũ admiramur qui horũ uno utatur egre
gie:ſi ueluti eloquẽtiæ deũ illũ ueneramur? qui hos oẽs ſed in diuerſis locis adimplet:qbus laudibus obſecro:
quibus tãtũ laudibus hũc ꝓſequemur? q unũ in locũ unam in rem hæc ſimul oĩa inaudita ſuauitate coniiciat.
Adde ad hæc ꝙ cum duo ſint dicendi genera:quorũ alterũ a qeto & nulla ꝑturbatiõe cõcitato aĩo mature gra
uiterq; proferat̃.Alterũ uero in quo qa nihil rõne:ſed oĩa ſumma perturbatione agunt̃:ardens inſenſum tor/
rẽſq; nominarũt:nõne utrunq; ita diſtribuit.P.Maro.ut ſeruato hoĩum ingenio ac natura unicuiq; ſuum attri
buat qď.n.grauius maturiuſq; Aeneia latinoq; & ſi duos horum ſimiles inducit? qd cõtra ardentius erectius
infenſius pyrrhoq;:Turno:drancem:ſed in patris ipſa Iunone troianis ſemper infenſa fingere potuit? Sed ut ad
ea membra in qua totum dictionis corpus diuidimus quãdoq; deueniã: ita proponunt atq; inuocant poetæ:
ut his ea oĩa quibus ꝓhœmiũ ꝑficitur ſummo artificio abſoluãt:quapp quo artificio:quo diuini ingenii con/
ſilio tantus uates & a magnitudine utilitatis ac nouitate rerũ attentũ:& ab erũnis inuicto aĩo perlatis & ab in
iuſtis crudeliſſimæ Iunonis odiis fauorẽ cõciliat? q̃ ꝑſpicue docilem aperte abſoluteq; re propoſita reddit. Iam
uero narrationibus ſuis nec dilucidius qcq̃.nec uere ſimilius iuenies.In ꝑtitionibus autem quid quominus cla
re atq; abſolutæ ſint deeſſe ꝑturbauimus.Nã ſimilitudines:amplificationes:exẽpla:digreſſiones: ſigna rerum
argumẽtationes:cæteraq; huiuſmodi:quæ qdã tũ ad ꝓbãdũ:tamẽ ad refutãdũ plurimũ ualẽt tã multa tã ualia
tã uehemẽtia ſunt:neq; copioſiora:neq; efficatiora:aliunde exẽpla ſumi poſſint.Prætereo eius epilogos:præte/
reo diuerſis in generibus uariis referta affectibus orationẽ.Neq; in eo ero occupatus: ut oſtendam q̃ uehemẽs
ad idignationẽ inſurgat:q̃ mitis e cuiuſius pectore miſericordiã eliciat. Hoc tamẽ ſilẽtio nõ ꝑtermittã:nam in
aliis imitãdis ſiue græci illi fuerint:ſiue latini tã diligẽtẽ rõnẽ adhibuit tanto cõſilio ut illa ſuis q̃drarent:cura
bit:ut nõ aliũde accepiſſe:ſed ipſe pepiſſe: ac a ſe ꝑta aliis mutuaſſe uideat̃.Heſiodũ.in Geor.græco etiã iudice

lōge ſupauit.Nā ī Theocrito ſi ide doricā illā locutiōis ,pprietatē.qđ græci ἀγροικε nūcupāt amoueas qđ & mo
rib9:& uerbis paſtoralib9 uehemēter q̄drat qđ p̄terea īuenies ī quo latius poetas ſiculo uīciputeť.Hoc tñ ī Vir.
admiror:qđ' in Theocrito & abſit deſidero:Nā paſtoriæ illius ruditatis ita naturā exprimit:ut ne Roſcius qdē
Buccolicā pſonā expreſſius agat q̄ ille ingenia moreſq̧ refert:qđ' qdē cū pſtiterit ac p oēs nūeros ita abſoluerit:
ut eī quē ſibi imitādū ,ppoſuerat:nuſq̄ cedat:tñ qđ' poetaꝝ ē eodē figmēto maiora q̄dā cōtegit:ut q̄uis a pſona
paſtorali nō diſcedat:tñ aliū ſenſū lōge excellētiorē ſub illo uulgari abſcōdit:ut opus duplici argumēto ornatū:
& illi q ī promptu ē īſeruiat:& illū q latet pficiat:Quā rē ſi q ſūt q uitio illi uertāt ii qd ,ppriū poetaꝝ ſit ignora
re cōuincētur.Et ,pfecto ad maxīa q̄q̧ ac diuīa natus hic poeta:ita ī humilioribus a prīa ætate ſe exercuit:ut iā
tum maiora illa:& mēte cōcepit:& ut res ferebāt aliqua ex parte:ita edere incepit:ut ītra Bucolicos tamē fines
honorate cōſtiterit.Verū maius certamē cū Home.reſtat:cui cū græcoꝝ ſcriptoꝝ īgens numerus huiuſcemo/
di pugna adhæreat:ac ptinacius īſtet uictoria difficillima reddiť.Verum cū laborioſum magis q̄ periculoſum
ſit collatis ſignis in aciē prodire nō faciet tamē Honorati Serui.opinio:ut in ea locum deſerā:q̄uis affirmet Ma
ronē longo īteruallo Home.ſecutū eſſe.Magiſq̧ me mouet & Afri domitii & Quintiliani auctoritas: qui illū
ita ſecūdum ponūt:ut pene illū primo æqualem reddant.Ad dices ii latini ſunt:& q auctoritate potius q̄ argu/
mentis pugnent.Nam cū quid ſentiant explicauerint:nō multū laborant quare ita ſenſerint rationibus confir/
mare.Itaq̧ longe pluris facio Macrobii iudiciū:q tū eloq̄ntia excellens ueꝝ facile dep̄hendere poteſt:tum qa a
græcoꝝ factiōe ē ſeuerius q̄ forte par ē iudiciū in eū exercet.Sed tamē uide qd ſentiat.Is.n.innumeris pene locis
ex utroq̧ poeta in mediū adductis decernit:Maronē noſtrū uariis in locis modo uinci ab Home.modo uicto/
rem ex eo prælio diſcedere.Itaq̧ quod ab hoīe aduerſæ factionis datur accipiendū puto:& cū nullā in partem
inclinata uictoria receptui apud illū canentæ gregiæ nobis cū actum putauimus.Nā qui modo uinciť mō uin
cit:hūc ego nō ſecūdū ſed parem iudicio.Veꝝ quid plura p̄ſertim cū de poetaꝝ ui nulli potius q̄ poetæ:& ei q/
dem egregio credendū oēs acrioris ingenii uiros iudicaturos non ambigam.Quid ergo aquinas Iuue. iudicet
eius e carmine facile ē cognoſcere.Ait.n.cōditor iliados cantabiť atq̧ Maronis Altiſoni dubiā facientia carmi/
na palmā:atq̧ hæc de Home.Nā Nicandrū Apolloniū:Piſandrū:Euphorionem:Euripidē:Pindaꝝ cæteroſq̧
multos ita imitatus eſt:ut nuſq̄ illis cædat:multis aūt in locis ſupet.Verū ut paucis tātū rē pficiā:ego Macrobi
ſentētiā uehemēter:quoniā uerīſſima ē:approbo:Nā tātus philoſophis:& Platōis ī quo ſūma eloq̄ntia ſummæ
ſapīæ cōiūcta ē optimus imitator.P.Vir.eloquētiā naturæ oīum reꝝ optime parēti ſimilē eē docet.Nā hic ter/
ram hic frugibus arboribuſq̧ lætā uidemus:ibi pratis floribuſq̧ oīa ridere.Aliā regionē fontibus irrigari.Aliā
oīno areſcere.Eſſe & loca q̄ in cāpos porrigant.Eſſe & alia q̄ in mōtes rupeſq̧ cōſurgant eoſdēq̧ alibi horren/
dis ſyluis ueſtri:alibi nudo ſaxo inhoreſcere.Sic.P.Vir.ſtilū ſuū ad oēs uitæ mores integrum traducit: ut nunc
breuis:nūc copioſus ſit:nūc ſiccū:nūc floridū ſeſe oſtēdat.Eſt p̄terea ubi leui fluat agmine:Eſt & cū ueluti p cō
fragoſa torrēs rapiduſq̧ p̄cipiteť.Atq̧ hæc in dicēdo.Quod āt ad bene beateq̧ uiuēdū ptinet qs nō uideat oīa
qbus uita humana recte inſtituať p̄cepta ab hoc poeta ueluti ex adorādis Philoſophiæ ſacearis ,p mi facile ac p/
cipi poſſe.Nā ut Cyri uitā Xenophō ita a primis incunabulis ,pducit:ut eius regis exēplo optimus princeps in
formari poſſit.Sic Maronis poema oē humanæ uitæ genus exprimit:ut nullus hoīum ordo nulla ætas: nul
lus ſexus:ſit nulla deniq̧ cōditio:q̄ ab eo ſue officia nō integre adhiſcat.Qua obſecro ille acrimonia quo uerbo/
rum fulmine:mœtū:ignauiā:luxuriā:incōtinentiā:īpietatē:pfidiā:ac oīa iniuſtitiæ genera reliquaq̧ uitia inſe
ctať:uexatq̧:qbus cōtra laudibus qbus p̄miis inuictā aī magnitudinem:& ,p patria:,p parentibus: ,p cognatis
amiciſq̧ cōſideratā piculorū ſuſceptionē:religionē in deum:pietatē in maiores charitatē ī omnes ,pſeqtur. Nā
cum hoc in primis ſibi ,ppoſuiſſet.P.Vir.ut generi humano q̄ plurimū ,pdeſſet:eo potiſſimum cōſilio in uno
ænea abſolutū oīno:atq̧ ex oī pte pfectū uirum finxit:atq̧ exp̄ſſit:ut oēs illū nobis tanq̄ unicū exemplar ad ui/
tā degendā ,pponeremus.Ac neſcio an melius multo apud hūc q̄ apud Philoſophos huiuſcemodi oīa aſſeq̄ris
illi.n.q̄ uitā beatā p̄ſtēt ſubtiliter docēt potius q̄ ad illa trahāt.Hic p̄ſtātium uiroꝝ p̄clariſſima geſta recēſendo:
nos qa oēs exēplo facile mouemur ac illos imitādos uehemēter inflāmat.Quapp q̄ illic auribus pcipimus hic
tāq̄ nitidiſſimo ī ſpeculo neſcio quo pacto nobis ītueri:& dū geruntť adeſſe uidemur.Quāobrē tāto nos hæc q̄
illa magis mouebunt:q̄to oculoꝝ q̄ aurium ſenſus acriores eē cognoſcimus:Nā qs unq̄ remp.melioribus legi/
bus tempauit:ī quo unq̄ duce aut audiſtis:aut legiſtis tātā īeſſe rei militaris diſciplinā:q̄ta ī uno ænea deſcribiť.
At dices nō oēs in rep.principes eē:aut exercitibus p̄poni poſſumus:lōgeq̧ plures priuati:q̄ cū ptāte uiuimus.
Quod qdē:ut uerū ē ita īgenue fatebor.Sed nōne & priuatis hoībus quo pacto ſecū:quo cum ſuis:quo cū ciui/
bus:quo cum pegrinis agēdum ſit:freq̄nter admonet.Sed uideo dum ſingulis inſiſtere cupio longius multo q̄
phœmii anguſtiæ patiunť ,pgredi:ac reꝝ copia:ita urgeri:ut dū nihil īdictū relinq̄re nitor:nihil ſatis ,p digni/
tate explicē.Veꝝ ut paucis infinita expediā:ita locum cōcludā:ut uniuerſam huius ſcriptori poeſim laudē eſſe
uirtutis:atq̧ oīa ad illā referri ſine dubitatiōe affirmē:Quæ uero ad ſummum bonum qđ' ī diuinis rebus cō
tēplādis cognoſcēdiſq̧ cōſiſtere ſcimus ptinet:quā oīno diuinæ.xii.ænei.libris mirifico figmēto intexuerit ſa/
tis ,p nr̄i īgenii uiribus ī eo libro expreſſimus:ī quo parēs tuus Laurētius hæc īueſtigās īduciť.Adde ad hæc q̄
multa q̄ natura ipſa penitus in obſcuro cōdidit atq̧ abſtruſit:ille ſingulis ſæpe uerſiculis: & breuiſſimis quod
poetaꝝ eſt:uerbis pſtringit:q̄ docte uentoꝝ uim ac naturā explicat:q̄ ſignate tū tēpeſtates : tū multoꝝ ſydeꝝ
ortus obituſq̧ exprimit:q̄ elegāter errores lunæ ſoliſq̧ labores refert.Quā uere unde pluuiæ.unde ſerenitates:
unde cœli aut clemētia aut inclemētia:ſit oſtēdit:De aīorū āt nr̄orū ui naturaq̧ deq̧ rerū principiis non ne ita
ſcrutať:ut oēs oīum Philoſophorū ſectas ac familias noſſe illū manifeſtum ſit.Adde ad hæc cognitionē hyſto/
riaꝝ.Adde q̄ diligētiſſimus antiq̄tatis:& nō modo nr̄arū reꝝ ſed & græcaꝝ:& oīum nationū inueſtigator ex/
titerit Prætereo ius ciuile.Omitto ius pōtificum priſcoꝝ.Pretermitto id quod augurū eſt q̄ qdem oīa ſi ab eo

ieiune:ſi aride:ſi iculte ſcripta eēnt:eēnt tamē pp eoꝝ uariū multiplicē ac maximū uſum oī ſtudio cognoſcen/
da.nūc āt tā icredibili uerboꝝ copia atq; elegātia iſignita.Tā admirabili ſniarū grauitate illuſtrata.Tot ſalibus
reſperſa.Tāta ſtili uarietate grauiter hac Iocūde cōpoſita:cū ſint:qs nō uel noctes itegras(ſi opus fuerit ad diur/
nas huius poetæ lectiōes addat cū ſūmæ utilitati ſūma ſit adiūcta uoluptas.Hoc ego & ſi oībus diligēter facun
dū cēſeā:neſcio tamē an tibi optime:& mihi cariſſime Petre præ cæteris p̄ſtādū ſit:ac apprime deceat:ueꝝ ēt ne
ceſſariū exiſtat.Neminē.n.latet quātā de te expectationē ob primos ad huiuſcemodi ſtudia igreſſus:& ingeniū
tuū ad oīa facilime aſſequēda ſingulare parēti tuo.Quātā agnatis atq; amicis.Quātā deniq; ciuibus oībus ex/
citaueris.Cui ſi tātū poetā recte tenueris:ita ꝓ cōperto te reſpōſuꝝ habeo:tu uel huius ſolius cognitio ſi ad re/
liq̄ q̄ p̄clara i te ſunt:itegra accedat iter p̄claros uiros oīno enumerādus ſis:ē iā diu Petre medices princeps in re/
pu.ura domus tua:q̄ nō fortūæ ſolū munere:ſed multo magis uirtute ipſa:ita primū ſibi locū i ciuitate uēdica
uit:ut ex cæteris oībus nulla ciuibus fuerit:niſi lōgo iteriecto iteruallo ſibi ſecūda.Incredibilis fuit i Coſmo ꝓ/
auo tuo:ſapīa:& ueluti i eo quē uariis fluxibus uariiſq; refluxibus fortūa diutius exercuerat:tā ſagax in oī tēpe
rādarū reꝝ genere prudētia appuit:tā prūptū:& cū res ita flagitauerat:q̄ ſi ex tēporaneū:neq; tamē ob id minus
graue cōſiliū:ut q̄cūq; ille diceret ea nō ab humano ore ꝑfecta:ſed a diuino oraculo decātata uiderent̄:Erat.n.
in eo uiro id p̄cipue qđ Vlyxi ueluti in rebus humanis oīum maximū Home.tribuit.Nā mores hoīum mul/
torum uidit:& urbes.Hoc igit̄ auctore & magnas res in repu.geſtas:& grauiſſima a ualidiſſimis hoſtibus illata
bella ꝓpulſata uidimus.Sola deniq; huius uiri ſapīa in ſubrū ualidū iperiū:q; uenetorū potētia iā pene uoraue
rat e mediis:ut ita loquar faucibus ereptū:& Franciſco Sphortiæ:q diutius nr̄is exercitibus iperitauerat porre/
ctū ē qđ qdē unicū eo tp̄e Italiæ remediū fuerat:ne uniuerſa i uenetoꝝ ditionē deueniret.Omitto Plurima alia
ac maxīa:q̄bus ille nō ſolū ꝑ uniuerſam etruriā ac totā Italiā celeber illuſtriſq;:& hactenus fuit:& in futurū erit.
ſed deinde igēs eius nomē gallias Hyſpanias:oēmq; germaniā:cūctaſq; britanici oceani iſulas repleuit.Succeſ/
ſit illi Petrus filius:cuius tu nomē refers:q & anteq̄ aduerſa ualitudīe ipediret̄ plurimis ac maximis de rebus le
gatiōibus functus populo florētino decus gloriāq; imortalē pepit.Ac deīde cū illi ꝑ ualitudinē i ſenatū uenire
nō liceret domi tamē ſedēs ac cū ſuis ciuibus ſingulis de rebus diſceptās rē nr̄am publicā: ita adminiſtrauit: ut
ſummā in eo prudētiā ſūmæ inocētiæ cōiūctā oēs cognoſcerē.Multæ elucebāt i eo uirtutes.Sed nō ē nr̄i iſtitu/
ti:ut familiæ tuæ hoc tp̄e laudes ꝓſequar.Nouiſſimæ āt ſucceſſit defuncto pr̄i Laurētius parēs tuus nōdū ple/
ne adoleſcēs:ſed quē natura acerrimo ingenio:ſtudiū uero a teneris unguiculis aſſiduū multis iā litteris orna/
uerat.Verum uix rem attigerat publicā:cū fortūa illū ex trāq̄lliſſimo portu in turbulētiſſimā tēpeſtatē pepulit:
ſed utraq; fortuna illū illuſtrē reddidit.Nā neq; in ſecūdis inſolētior factus oīa maxima ac grauiſſima tenera il/
la ætates ſeſe ferre poſſe indicauit.in diuerſis aūt q̄ uel fortiſſimoꝝ uiroꝝ aīos ſæpe defatigant:ac poſtremo cō/
tundūt minorem aīum nunq̄ geſſit.Nā horrēdis periculis inuicto robore obuiā eūdo amota oī penitus teme/
ritatis ſuſpitione grauiſſimas difficultates ſupauit.Exorta eſt ſubita:& a nemine expectata uolateranoꝝ defe/
ctio:eratq; apud oēs fere ciues penitus inſita mētibus opinio:illos & ſitu urbis:& muroꝝ ꝓpugnaculorūq; ro
bore expugnari:niſi diuturna obſidione nō poſſe.Acceſſit̄ igit̄ ſenatus:rogant̄ ſinguli ſentētiā.Quo qdem tp̄e
cēſebāt pene oēs illoꝝ obſtinatiſſimæ ꝑuicacitati ac inſolētiæ cedendū:illoſq; mō i finē redire uellēt:q̄buſcūq;
cōditiōibus recipiēdos potiuſq̄ armis cogēdos eſſe.At Laurētius q hoīum ex ea re inſolētiā cognoſceret:quiq;
illoꝝ mētes oīno alienas a florētino noīe intelligeret:iā.n.& a principibus nonnullis:& rebus publicis auxilia
ꝑ legationes iplorāt:& ſocietatē polliciti fuerāt.Qui deniq; aīaduerteret illos ipunitate:mō ea daret̄:pro uicto/
ria cōtra nos uſuros:neq; unq̄ ad ſanā mentē redituros:duxit & ad remp.maieſtatē tuēdā:& ad manifeſtiſſima
nouoꝝ p̄ Italiā tumultū ſententia anteaq̄ coaleſcerēt q̄primū extinguenda uehemēter ꝑtinere:ut illi & uiolati
fœderis:& proditæ fidei pœnas penderent:itaq;:ut eſt homo ingenio ꝑſpicaciſſimo:& ad omnia uel etiam mo
mentanea celeritate uerſatili:cunctaſq; utrinq; ſeſe rōnes efferrēt in unum adduxit:ac poſtremo:& rei difficul/
tatē:& periculoꝝ magnitudinē eſt maieſtatis publicæ iactura cōponēs:& qd niſi cōtrariet̄ dāni ignominiæq;:
qd rurſus ſi iret̄ diſcriminis ſubeundū eſſe:diu penſitas tandē in eā ſentētiā deuenit:ut uinceret in uiro magna/
nimo:& ad ſuæ reip.decus nato id qđ in oībus fortibus inſitū ſemper ac fixū eſt uinceret inquā amor patriæ.
cuius charitatē oīs ſapiēs cæteris rebus ſemꝑ p̄poſuit.Quapp cū in ſententiā ſuā ciues hactenus repugnātes tā/
dē traduxiſſet multa circūſpectiōe rē aggreſſus.Inuicto aīo proſecutus ac poſtremo cōtra q̄ multi putarēt aſſe/
cutus expugnata urbe populū q olim municipali iure fuerat in deditionē uenire coegit:atq; uectigalem popu/
lo florētino eē iuſſit:Neq; appebat unde turbulētior motus poſt hac exoriri poſſet cū paulopoſt ſubita:& p̄ter
omnium opinionē ex iprouiſo exorta ꝓcella te uniuerſamq; ſimul ciuitatē e tranq̄lliſſimo portu rurſus i me/
dios fluctus:ac cecos ſcopulos retraxit:ut nō paulopoſt timendū:ſed p̄ſens in euitabileq; naufragiū apperet.Da
bis ſuauiſſime Petre hoc in loco rogāti mihi ueniā:ſi barbaricā illā:& oīum ſceleratiſſimā:ac ſine exēplo cōiura
tionē ſilentio p̄terierim:qua in tēplo maximo inter ſacra ſolēniā:& Iulianus frater ſeuiſſime trucidatus:& ipſe
Laurentius iter ſtricto atq; undiq; eū petētes gladios iāiā caſurus ita elapſus eſt:ut nō humano ſed diuino auxi/
lio:& ſua animi p̄ſtantia:qua audaciſſimū quēq; terrere poterat de manu inimicorū ereptus uideat̄.Quāobrē
quū ſceleratiſſimi hoīes quod nefariæ mente cōceperant dolis.ꝑficere nequirent.Id armis ſtatim aggreſſi ſunt.
Quo quidem tp̄e qđ hoſtiū genera:q̄ idē potētes:q̄ crudeles:q̄ ualidi exercitus:q̄ in ꝓuiſi:q̄ inexpectati undiq;
nos inuaſere:q cū unius inocentiſſimi Iuuenis:& a quo nemo offenſum ſe ne dicam læſum iure q̄ri poſſet ſan/
guinē appetere p̄ſe ferrent:& illū ſimul:& libertatē noſtram ꝑdere ꝓperabant.Neq; ſolū humanis armis q̄bus
mortalium ambitio nōnunq̄ ſæuire cōſueuit.ſed diuinis ſi ea tamen diuina appellanda ſunt q̄ impie ac nefarie
aduerſus dei p̄cepta adhibent̄ contra nos pugnatū eſt.Nā eodem tp̄e & fines noſtri igni ferroq; uaſtabant̄: pe/
cora abigebantur:uirgines e matrum amplexu in hoſtilem libidinem rapiebantur:uiri miſerrime cedebātur

eodē inq̄ tpe hæc oīa impie nefariæ ac penitus barbarice tragiceqꝫ fiebāt:& Romæ proh ſcelus inauditū oīum
grauiſſimaꝝ nr̄æ religiōis aīaduerſionū genere ſæuiebať.Ac in eū uirꝝ eūqꝫ populū q uera religiōe nulli ſecū/
dus eſt:eas execratiōe effundebat:q̄ a bono pōtifice nō niſi extrema neceſſitate ipellēre in pfidos xp̄iani nois ho/
ſtes raro effundi cōſueuere.Interdictū ē ſacris:ī ea urbe in q̄ nuſq̄ alibi:neqꝫ plura:neqꝫ ſplēdidiora: neqꝫ cultio/
ra:tēpla erecta cernunť:nec maiori ſacroꝝ pōpa:nec freq̄ntiori populo res diuīa celebrať.In ea in quā urbe in q̄
quocūqꝫ te uertas:& magna:& freq̄ntia:& reꝝ oīum copia ornata ad diuinos honores pagēdos ædificia a me
dica familia ſuis uotis:ſuiſqꝫ ſumptibꝰ dedicata ſeſe offerāt.Oīpiū facinus & multis ætatibus inauditū.O du/
riſſima tpa:& ſæcula uere ferrea:ī qbus a xp̄iana rep.is exul factꝰ ſit:q ſemꝑ ſe nō uerbis ſolū ac moribꝰ:ſed oī re
rū gn̄e xp̄ianū exhibuit:multa prudēs ſciēſqꝫ p̄tereo :ne tātaꝝ calamitatū acerbiſſimū uulnus qđ iā pene coi/
uit nunc reficē.Cupio.n.multaꝝ reꝝ:quaꝝ recordatiōe ēt nūc horret aīus obliuiſci.Cupio crudeliſſimoꝝ tra/
gicā ſæuitiē:& barbaricā rabiē e mēoria delere.Cupio & id in primis:inteſtinaꝝ fraudulētoꝝ auctoꝝ inſidiaꝝ
nō recordari.Quod.n.eſſe cēſes Petre medices:q̄ nec ſceleꝝ magnitudine cōcitatus reticere: nec rurſus multis
cauſis coercitꝰ recēſere.ualeā.Nō tamē in tā horrēdis periculis cōſtitutus Laurētius:cū neqꝫ cui ſe ſatis tuto cre
deret:neqꝫ a quo caueret ſatis certo ſciret:ex excellētiæ ſuæ gradu neqꝫ unq̄ ceſſit:neqꝫ qcq̄ de aī inuicti magni/
tudie iminuit.Itaqꝫ cū ſapiētiſſimæ q̄ q̄qꝫ uia agēda eēnt q̄ rōne:aut hoc uitādū aut illi obuiā eūdū p̄uidiſſet q̄
aī magnitudine imortalis deus maxīa q̄qꝫ picula aggreſſus eſt q̄ nūq̄ in gloriæ uitæ cupidū ſeſe ōndit.Quā cō
tra & publicæ libertatis maieſtatiſqꝫ & ſuæ dignitatis oī tpe oī loco apud oē hoīum genus ſeſe accerrimū pro
pugnatorē exhibuit.Qđ.n.unq̄ diſcrimē in tā ſibi inimica fortuna adeo tremēdū accidit:qđ eū a cōſtāti in de/
coro ſeruādo ꝓpoſito alienaret.Qn̄ illi aut cōfidentia q̄ auctore in magnis ac hōeſtis rebꝰ plurimū firmitatis
ac roboris certa cū ſpe aīus ſibi cōparat illi defuit:qn̄ a pſeuerātia q̄ eſt in breue ſuſcepta ſtabilis ꝑpetuaqꝫ māſio
unq̄ deiectus ē:qn̄ deniqꝫ patiētia q̄ p̄clariſſima fortitudinis comite res arduas ac difficiles utilitatis hōeſtatiſqꝫ
cā diuturne equanimiterqꝫ pferimus illū deſeruit.Quapp ita uniuerſum hūc locū cōcludā huius uiri huiꝰ inq̄
uiri ſapīa atqꝫ aī excellētia nr̄æ reip.libertatē ex ſeuiſſimoꝝ hoſtiū faucibus ereptā nobiſqꝫ reſtitutā eē.Hoc au/
ctore ac duce maieſtatis publicæ dignitas:q̄ pene iā extincta eſſe nō ſolum in priſtinū gradum reuocata eſt:ſed
amplior multo atqꝫ illuſtrior reddita:Sed ut ad alia laborioſa illa qdem:ſed minus iniqua tandē tranſeat orō:
cuius obſecro uiri in ferrariē ſi imperio a ſeruitute liberādo maior promptiorqꝫ opa atqꝫ induſtria q̄ Laurētii
apparuit.Taceo multaqꝫ totius Italiæ firmiſſimo teſtimonio cōuincere facile poſſim.Sed nolo dum unū lau/
do in nōnulloꝝ q ēt magna laude digni ſunt odiū incurrere.Quo bello cōfecto fuit oīum opinio cū florētini
populi opes uehemēter attritas:& multoꝝ annoꝝ bellis ærariū exhauſtū uiderent ciues ipſos grauiſſimis aſ/
ſiduiſqꝫ uectigalibus diu defatigatos libēter quieturos.At Laurētius nihil ex uſu publico eſſe putans: qđ notā
aliquā iniureret feſſam ciuitatē grauiſſimis argumētis in eā ſentētiā attraxit:ut Sergianā urbē de genuenſibus
pēſo auro a nobis emptā:ac deīde ꝑ ipaꝝ īduciaꝝ tp̄s ab iiſdē ꝑ ſūmā fraudē ereptā iuſtiſſimis armis repetere/
mus:ſumpta eſt igiť expeditio ac robuſto ualidoqꝫ exercitu in hoſtilem agrū ꝓperatū.Verū cū a Petro ſanctē ſi
bus nr̄æ copiæ ne in ea q̄ noſtra eſſent uenirēt grauia impedimēta infererenť:in eos oīs belli moles cōuerſa eſt.
Erat autē oppidū non ſolū arce mœnibuſqꝫ munitiſſimū.Sed magna militū copia:magna armorum: magna
tormentoꝝ ui refertiſſimū:& oī miſſiliū genere inſtructū.Oppugnabať ſumma ducū prudētia ſummo mili/
tū robore ac audacia.Nihil intētatū:nihil in auſum relinquebať nec tn̄ antea in deditionē receptū oppidū eſt q̄
ipſe in caſtra ꝓfectus ſit:cuius qdē aduentu tāta undiqꝫ nr̄is acceſſit auctoritas:tātus hoſtibus metus ut ſtatim
ſe ſuaqꝫ oīa florētino populo dederē:ac Laurentii fidei cuncta cōmitterent:poſtulabat poſt hæc reipu. ratio ut
ſergianā obſideremus.Verū coegit populū florentinū ſubita inuaſio neapolitani regni:ut iuſtiſſimum bellum
aduerſus fidifragos hoſtes in aliud tēpus reiiceretur:& uictor exercitus ad defenſionē cōfederati regis traduce/
retur.Multa hic taceo:qbus ſolis uel immortalis gloria parētis tui ꝓpagari poſſit.Erat aūt maior ciuiū pars in
ea ſentētia:ut noſtroꝝ potiuſq̄ alioꝝ rō habereť.Grandia erant munera:& honorificētiſſima q̄ publicæ priua
timqꝫ offerebanť:ſi ocioſe rei euentū ſpectaremus:poterātqꝫ oībus bonis id approbantibus ſuſcipi.Veꝝ ille ni/
hil antiquius reip.eſſe debere:nihilqꝫ magis ad eū uirꝝ q multa uirtute excellens:& eſſe:& haberi uellet ꝑtinere
arbitratus q̄ fidē publice datā ſeruare id ne longior ſim p̄ſtitit qđ niſi p̄ſtitiſſet:ſed nō poſſum omnia q̄ ſentio.
Veꝝ ſine iactura ſilētio hæc p̄tereo:qm̄ neminem latere poſſunt.Sortitū eſt tandē bellū illud eū euentū in quē
uires oēs ſuas.Lau.intenderat nō ſolū fortuna:ſed multo magis ſapīa in ea re ſibi operā nauante.Ex qbus om/
nibus id inuidoꝝ etiā uiroꝝ iudicio aſſecutus eſt:ut in rebus maximis agēdis ac domi foriſqꝫ adminiſtrandis
uniuerſa Italia primas prudētiæ fortitudiniſqꝫ partes illi ſine cōtrouerſia cōcedat.Qđ iccirco mirabilius mul/
to uideť:qm̄ pauloante in eū locū infœliciſſimis caſibus deiectus abiectuſqꝫ fuerat:ut maior hominū pars for/
tunæ temeritatē ſecuta illū penitus negligerēt.Nihil dicā de recepta ſergiana:quæ expugnatio: & obſtinatione
roboreqꝫ hoſtiū:& loci natura:& numero ex oī genere tormentorū difficillima: ac diuturna uidereť ꝓfectus
eſt ipſe in caſtra:eiuſqꝫ p̄ſentia:& noſtris aditus:& hoſtibus ademptus animus eſt conſilio aūt tuo multa q̄ ad
obſidionem expugnationēqꝫ facerent:addita multa ēt immutata atqꝫ alio loco aliaqꝫ forma inſtituta. At quas
oēs:res addita tanti uiri auctoritate breui effectū eſt:ut illius fide ſeſe dedētes in poteſtatē noſtrā redirēt ſergia/
nenſes:ſed ut ip̄m tandē in urbē reducā:qd illo in ſententia dicēda ſapiētius:qd in diſputando acutius:qd in cō
ſultādo uelocius:qd in ciuitatis maieſtate cōſeruanda augēdaqꝫ attētius:uigilātius:tolerātius demū inuenies.
Multæ ut in hoīe ciuili ſunt in eo literæ:bonus eſt muſicus:bonus architectus:bonus agricola:Eloquentia ue/
ro ſiue extēporanea ſit:ſiue excogitata:& a natura copioſam accepit:& artificio atqꝫ exercitatione illam graui/
tate iucūditateqꝫ illuſtrem reddit.Veꝝ cū p̄ter illud perpetuū ac cōtinuatū genus dicendi alteꝝ quoqꝫ ſit quo
aut dicentem ita laceſſimus:ut & penitus cōfundatur:& quid cōtra reſpōdeat:aut facile inueniat:ut laceſſitꝰ ita

acute reſpondemus eum laceſſiſſe pœniteat. Ergo utrūq; Hoc ita Laurentio cōcedo: ut cum ab eo diſceſſerim quem illi ſecūdū adhibeam nō repetiā. Nā quanta uehemētia & amaritudine ſi ita neceſſitas cogat aduerſariū ueluti telis acerrimis cōfugit: aut quod magis ex ingenio ſuo eſt q̄ urbane q̄ ſalſe q̄ facete q̄ lapide illū eludit. Florentina autem lingua: ita eruditus: ita excultus eſt: ut ſi eius: aut elegos: aut lyricos lelegas cū oībus nr̄i ſæculi poetis facile āteponas: & ad priſcos illos proxime oīno accedere iudices. Sed dices quorſum hæc in prohœmii anguſtiis intrudis atq; īculcas. quæ uix longiori hiſtoria ſatis pro dignitate explicari poſſent: Nēpe ut intelligas uoluiſſe me non externis: ſed domeſticis exēplis hortari te: ut eadē uia qua parens tuus pergēs iiſdē uirtutibus ad eādē noīs gloriam peruenires præſertim cum ille iā exacta cura ac diligētia operam ſp̄ dederit: nequa ex iis rebus qbus bonas oēs artes facilius acquirimus tibi adeſſet. Plurima ſunt quæ in illo admirer: ſed illud præcæteris q̄ in liberis educandis indulgentioris qdē parentis nunq̄: optimi uero ac ſapientiſſimi ſp̄ ſumma ſedulitate officiū cōpleuerit: in re uero īformando: inſtituendo: atq; erudiendo qd unq̄ omiſit. Nam quis ipſe p ſe quottidie admoneret: pciperet: ac iuberet: tamē cū ſciret qtī eſſet: ne a pceptoris latere unq̄ diſcederes ex oī hominum doctorū copia Angelū politianū elegit uirū multa: ac uaria doctrina eruditū poetā uero egregiū: egregiumq; oratorē: ac deniq; totius antiquitatis diligētem pſcrutatorē: cui puerilē ætatē tuam: & optimis moribus fingēdā: & optimis artibus: ac diſciplinis excolendā traderet: Verū cum & parentis præceptoriſq; diligentiam acutiſſimū quoq; ingenium tuū & ardētiſſimū ſtudiū accederet pro miraculo oīno eſt q̄ breui: q̄ maxīe moribus atq; doctrina profeceris. Verum ut alia omittā uix tertiū ſupra decimū ætatis annū īpleueras: cū ita latine loq̄reris: ut florentinæ: ac ita pene græcæ: ut latine. Sed ne aſſentator potiuſq̄ adhortator uidear plurima ad pſens omittā. Id ſolū addā tui te pentis uerā eſſe imaginem: eccq; manifeſtiſſima in tua tenera ætate ſigna: qbus nobis ſpes certiſſima ſit. cū in adultos annos perueneris illū te p oēs gradus actuꝝ atq; expſſurū eē. ſed nos iā. P. V. iterpretationes ita proſeq̄mur: ut ſeorſum ſeruiāæ: a nr̄is in codice deſcribanť: cū uero ad æneidos uolumē deueneri mus ea quoq; q̄ Donati ſunt in breuiariū redacta: atq; p epithoma deſcripta ſuo nomīe iterſerēda curabimus.

P. V. MARONIS VITA PER AELIVM DONATVM CELEBREM GRAMMATICVM EDITA.

PVBLIVS Vergilius Maro parētibus modicis fuit: & pcipue pr̄ Marone: quē quidā opificē figulū plures magi cuiuſdā uiatoris initio mercenarium: mox ob induſtriā generū tradiderūt: quē cū agriculationi reiq; ruſticæ: & gregibus pfeciſſet ſocer: ſiluis coemundis & apibus curandis regulam auxit: natus eſt. CN. Pompeio magno: &. M. Licinio Craſſo primū Cōſs. Iduū Octobriū die ī pago: q Andes dicitur: q eſt a Mātua nō pcul. Pregnans mr̄ Maia cū ſomniaſſet enixā ſe laureū ramū: quē cōpactū terræ coaluiſſe & excreuiſſe ilico in ſpeciem maturæ arboris refertæ uariis pomis: & floribus cerneret: ſequēti luce cū marito rus ppinquū petēs ex itinere diuertit: atq; in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt īfantem ut fuit editus: nec euagiiſſe: & adeo miti uultu fuiſſe: ut aut dubiā ſpem proſperioris genituræ iam tū indicaret. Et acceſſit aliud pſagiū. Siquidē uirga populea more regionis in puerperiis eodē ſtatim loco depacta ita breui coaluit: ut multo ante ſatas populos adæquarit: q̄ arbor Virgilii ex eo dicta atq; cōſecrata eſt ſumma grauidarū & fœtarū religione ſuſcipientium: ibi & ſoluentium uota. Initia ætatis: ideſt uſq; ad ſeptimū annū Cremonæ egit & decimoſeptimo anno uirilem togam cœpit: illis conſulibus iterū quibus natus erat. Euenitq; ut eo ipſo die Lucretius poeta decederet: ſed Virgilius a Cremona Mediolanū: & inde paulopoſt Neapolim tranſiit: ubi cum litteris & græcis & latinis uehementiſſimam operam dediſſet: tandē omni cura omniq; ſtudio indulſit medicinæ & mathematicis. Quibus rebus cū ante alios eruditior: peritiorq; eſſet ſe in urbē contulit. Statimq; magiſtri ſtabuli equorū Auguſti amicitiā nactus: multos uarioſq; morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem ſingulis diebus panes Virgilio: ut uni ex ſtabulariis dari iuſſit. Interea a Crotoniatis pullus equi mire pulchritudinis Cæſari dono fuit miſſus: qui omnium iudicio ſpem portendebat uirtutis: & celeritatis immenſæ. Hunc cum aſpexiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natum eſſe ex morboſa equa: & nec uiribus ualiturum nec celeritate. Idq; uerum fuiſſe inuentum: eſt quod cum magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. Cum item ex Hiſpania Auguſto canes dono mitterentur: & parentes eorum dixit Virgilius & animum celeritatemque futuram: Quo cognito mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitauit Auguſtus Octauii ne filius eſſet: an alterius: Idq; Maronem aperire poſſe arbitratus eſt: quia canum: & equi naturam: parēteſq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem partem domus uocat: & ſolum rogat: an ſciat: quiſnam eſſet: & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Noui inquit Maro te Cæſar Auguſte & ferme æquam cum diis immortalibus poteſtatem habere: ut quemuis felicem facias: Eo animo ſum reſpondit Cæſar: ut ſi uerū pro rogatu dixeris: beatū te felicemq; reddam. Vtinam ait Maro interroganti tibi uere dicere queam. Tunc Auguſtus: Putāt alii me natum Octauio: quidam ſuſpicanť alio me genitum uiro. Maro ſubridens facile inquit ſi impune licenterq; quæ ſentio loqui iubes id dicam: affirmat Cæſar iureiurando nullum eius dictum ægre laturum: immo non niſi donatū ab eo diſceſſurū ac hæc oculos oculis Auguſti infigens Maro facilius ait in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis: & philoſophia cognoſci poſſunt in homine nequaquā poſſibile eſt: ſed de te coniecturam habeo ſimilem ueri: ut quid exercuerit pater tuus ſcire poſſim Attente expectabat. Auguſtus: quidnam diceret. At ille quantum ego rem intelligere poſſum: piſtoris filius es inquit Obſtupuerat Cæſar & ſtatim quo id pacto fieri potuerit: animo uoluebat. Interrumpens Virgilius: audi inquit quo pacto id conicio: Cum quædā enūciarim: prædixerimq; quæ ītelligi ſciriq; nō niſi ab eruditiſſimis: ſummiſq; uiris potuiſſent: Tu princeps orbis. Item & item panes in mercedem dari iuſſiſti: quod quidem aut piſtoris aut nati piſtore officium erat. Placuit Cæſari facetia. At deinceps inquit Cæſar: Non a piſtore: ſed a rege magnanimo dona feres: illumque plurimi fecit: & Pollioni commendauit. Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore facie ru

ſticana : ualitudine uaria : Nam plærunque ab ſtomaco : & faucibus:ac dolore capitis laborabat:ſanguinem & ſæpius eiecit:cibi uiniq; minimi:Fama eſt eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe.ſed boni ita eum pueros amaſſe putauerunt:ut Socrates Alcibiadem:& Plato ſuos pueros.Verū īter omnes maxime dilexit Cebetem: & Alexādrum:quē ſecūda Bucolicoꝝ ecgloga Alexim appellat Donatum ſibi ab Aſinio Pollione: utrūq; non ineruditum accepit.Nam Alexandrum Grāmaticum:Cebetem uero & poetā.Vulgatum eſt conſueuiſſe eum cum Plotia Hieria:ſed Aſconius Pedianus affirmat ipſum poſtea maioribus natu narrare ſolitum inuitatum quidem ſe a Varro ad cōmunionē mulieris:ſed ſe pertinaciſſime abſtinuiſſe.cætera ſane uita & ore & animo tā probum fuiſſe conſtat:ut Neapoli Parthenias appellaret̃ uulgo. Ac ſiquādo Romæ quo rariſſime commeabat uiſeretur:in publico ſectātes:demonſtranteſq; ſe:ſubterfugere ſolitū in proximū tectū.Bona autē cuiuſdā exulantis offerrente Auguſto non ſuſtinuit accipere poſſedit prope cēties ſeſtertiū ex liberalitatibus amicorū: habuitq; domū Romæ ī æſqliis iuxta hortos Mecœnatiāos:q̃q̃ ſeceſſu cāpaniæ:ſiciliæq; plurimum uteretur. Quæcūq; ab Auguſto peteret:repulſam nunq̃ habuit.Parentibus qđ annis aurū ad abūdantē alitū mittebat: quos iā grādis amiſit:ex quibus patrem oculis captum & duos fratres germanos Silonem impuberē: Flacū iā adultum:cuius exitum ſub nomine Daphnidis deflet. Inter cætera ſtudia ut ſupra diximus medicinæ quoq; ac maxime mathematicæ operam dedit.Egit & cauſam unam omnino nec amplius q̃ ſemel.Sermone tardiſſimū ac pene indocto ſimilem fuiſſe Meliſſus tradidit.Poeticam puer adhuc auſpicatus in Baliſtam ludi magiſtrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus diſtichon fecit:Monte ſub hoc lapidum tegit̃ Baliſta ſepultus.Nocte dieq; tuum carpe uiator iter.Deinde Moretū:Priapeiam:& Epigrammata:& Diras:& Culicem cum eſſet annorum.xv.cuius materia talis eſt.Paſtor fatigatus æſtu cum ſub arbore obdormiſſet:& ſerpens ad illum proreperet:e palude culex prouolauit:atq; inter duo tempora aculeum fixit paſtori.At ille continuo culicem contriuit:& uiſam ſerpetē interemit:ac ſepulcrum culici ſtatuit:& diſtichon fecit:Parue culex pecudum cuſtos tibi tale merēti Funeris officium uitæ pro munere reddit.Scripſit etiam de qua ambigitur Aetnam:& mox cum res Romanas inchoaſſet offenſus materia & nominum aſperitate ad Bucolica tranſit:maxime ut Aſinium Pollionem:Alphenum Varrum:& Cornelium Gallum celebraret:quia in diſtributione agrorum qui poſt philippenſem uictoriam ueteranis triumuirorum iuſſu trans padum diuidebātur: indemnem ſe præſtitiſſent.Deinde Georgica in honorem Mecœnatis edidit:cum ſibi uix dū noto opem tuliſſet ad uerſus Claudii ueterani milites:uel ut alii putant Arii Centurionis uiolentiā:a quo in altercatione litis agrariæ parum abfuit quin occideret̃.Nouiſſime autē Aeneidem aggreſſus eſt.Argumētum uarium & multiplex eſt: & quaſi amborū Homeri carminum inſtar.Præterea nominibus ac rebus græcis:latiniſq; commune:& in quo quod maxime ſtudebat Romanæ ſimul urbis & Auguſti origo contineretur.Cum Georgica ſcriberet tradit̃ quotidie meditatos mane plurimos uerſus dictitare ſolitum:ac per totum diem retractādo ad pauciſſimos redigere:nō abſurde carmē ſe urſæ more parere dicens:& lambendo demū effingere.Aeneida proſaica prius oratione formatā:digeſtamq; in.xii.libros particulatim componere inſtituit:ut quidam tradunt.Alii eius ſententiæ ſunt:ut menti habuerit quatuor &.xx.libros uſq; ad Auguſti tempora ſcripturum:atq; alia quædam percurſurum.Auguſti uero geſta diligentiſſime executurum:quippe qui dum ſcriberet:ne quid ineptū moliretur:quædam imperfecta reliquit.Alia leuiſſimis uerſibus ſcripſit:quos per iocū pro tigillis uel tibicinibus interponi a ſe dicebat ad ſuſtinendū opus:donec ſolidæ colūnæ aduenirēt.Bucolica triēnio Aſinii Pollionis ſuaſu perfecit.Hic trans padanam prouinciam regebat:cuius fauore cum ueteranis Auguſti militibus Cremonēſium & Mantuanorum agri diſtribuerentur:ſuos Virgilius nō amiſit.Facta enim diſtributione ſuos Claudio ſeu Arrio datos recuperauit.Hunc Pollionem maxime amauit Maro:& dilectus ab eo magna munera tulit. Quippe qui inuitatus ad cœnam captus pulchritudine & diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono accēpit.Huius Pollionis filium.C.Aſinium: Cornelium Gallum oratorem clarum & poetam nō mediocrem miro amore dilexit Virgilius.Is tranſtulit Euphorionē in latinum:& libris quatuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit.Hic primo in amicitia Cæſaris Auguſti fuit:Poſtea in ſuſpitionem coniurationis contra illum ductus occiſus eſt.cuius Propertius meminit dicens:Gallus & in caſtris dum credita ſigna tuetur.Concidit ante Aquilæ ſigna cruēta ſuæ.Verū uſq; adeo hūc Gallū Virgilius amarat:ut quartus Georgicorū a medio uſq; ad finem eius laudē cōtineret:quē poſtea iubēte Auguſto ī Ariſtæi fabulā cōmutauit.Georgica ſeptēnio Neapoli:Aeneida partim ī Sicilia:partim ī Cāpania.xi.annis cōfecit.Bucolica eo ſucceſſu edidit:ut ī ſcæna quoq; ꝑ cātores crebra pronūciatiōe recitarētur.At cū Cicero quoſdā uerſus audiſſet:& ſtatim acri iudicio intellexiſſet nō cōmuni uena editos:iuſſit ab initio totā ecglogā recitari:quā cū accurate ꝑnotaſſet:in fine ait:Magnæ ſpes altera Romæ:q̃ſi ipſæ linguæ latinæ ſpes prima fuiſſet:& Maro futurus eſſet ſecūda:q̃ uerba poſtea Aeneidi ipſe īſeruit. Georgica reuerſo ab actiaca uictoria Auguſto atq; reficiēdarū uiriū cauſa Attellæ cōmorāti ꝑ cōtinuum quatriduum legit̃ ſuſcipiēte Mecœnate legēdi uicē:quoties interpellaretur ipſe uocis offenſione.Pronunciabat aūt maxima cum ſuauitate:& lenociniis miris:Seneca tradidit Iulium Mōtanū poetā ſolitū dicere inuolaturum ſe quædam Virgilio:ſi & uocē poſſet:& os:& hypocriſim.Eoſdem enim uerſus eo pronunciāte bene ſonare: ſine illo inareſcere quaſi mutos.Aeneidos uixdū cœptæ tāta extitit fama:ut Sextus Propertius nō dubitarit ſic prædicare:Cedite Romani ſcriptores:cedite Graii.Neſcio qđ maius naſcitur Iliade.Auguſtus uero cū iā forte.expeditione Cantabrica abeſſet:& ſupplicibus atq; minacibus per iocum litteris efflagitaret:ut ſibi de Aeneide: ut ipſius uerba ſunt:uel prima carminis hypographa:uel quodlibet colon mitteret: negauit ſe factuū Virgilius. Cui tamē multo poſt ꝑfecta demum materia treis omnino libros recitauit:ſecundum uidelicet: quartum: & ſextum.Sed hunc præcipue ob Octauiam:quæ cum recitationi intereſſet ad illos de filio ſuo uerſus:Tu Marcellus eris:defeciſſe fertur.atq; ægre refocillata dena ſeſtertia pro ſingulo uerſu Virgilio dari iuſſit. Recitauit & pluribus:ſed neq; frequenter & ferme illa de quibus ambigebat:quo magis iudicium hominū experiretur.

Erotem librarium & libertum eius exactæ iam ſenectutis tradunt referre ſolitum quondam in recitando eũ duos dimidiatos uerſus compleſſe ex tempore: Miſenum æolidem: adieciſſe: quo non præſtantior alter. Item huic: Aere ciere uiros: ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe: Martemqꝫ accendere cantu: Statimqꝫ ſibi imperaſſe ut utrunqꝫ uolumini adſcriberet.

¶ Bucolica: Georgicaqꝫ emendauit. Anno uero. Lii. ut ultimam manum Aeneidi imponeret ſtatuit in Græciam & Aſiam ſecedere: trienniõqꝫ cõtinuo omnem operam limationi dare: ut in reliqua uita tantũ philoſophiæ uacaret. Sed cum aggreſſus iter Athenis occurriſſet Auguſto ab oriente Romã reuertenti: una cũ Cæſare redire ſtatuit. At cum Megara uicinum Athenis oppidũ uiſendi gratia peteret: Langorem nactus eſt: quem non intermiſſa nauigatio auxit. Ita ut grauior in dies tandem Brunduſiũ aduentarit: ubi diebus paucis obiit decimo calen. Octobris. CN. Plautio. Q. Lucretio cõſulibus: qui cũ grauari morbo ſeſe ſentiret: ſcrinia ſæpe & magna inſtantia petiuit crematurus Aeneida: quibus negatis teſtamento comburi iuſſit: ut rem inemendatã imperfectamqꝫ. Verũ Tucca & Varrus monuerunt id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem Varro ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legauit: ne quid ederent: qđ a ſe editum nõ eſſet: & uerſus etiam imperfectos: ſi qui erant relinquerent. Voluit etiam eius oſſa Neapolim transferri: ubi diu & ſuauiſſime uixerat: ac extrema ualitudine hoc ipſe ſibi epitaphium fecit diſtichon. Tranſlata igitur iuſſu Auguſti eius oſſa prout ſtatuerat Neapolim fuere: ſepultaqꝫ uia puteolana intra lapidẽ ſecundum: ſuoqꝫ ſepulcro id diſtichon: quod fecerat: inſcriptum eſt. Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc Parthenope: cecini paſcua: rura: duces.

¶ Hæredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratem ex altero patre: ex quarta Auguſtum: ex duodecima Mecœnatem: ex reliqua. L. Varrum: & Plocium Tuccam: qui eius Aeneidem poſt obitum prout petiuerat iuſſu Cæſaris emendarunt: Nam nullius omnino ſententia crematu Aeneis digna uiſa fuit: de qua re Sulpicii carthaginienſis extant huiuſmodi uerſus. Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis Virgilius: phrygium quæ cecinere ducem. Tucca uetat: Varruſqꝫ ſimul: tu maxime Cæſar Non ſinis: ſed latiæ conſulis hiſtoriæ. Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni. Et pene eſt alio Troia cremata rogo. Extant & Auguſti de ipſa eadem re uerſus plures & clariſſimi: quorum initium ita eſt. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes? Magnaqꝫ doctiloqui morietur muſa Maronis? Et paulo poſt. Sed legum ſeruanda fides. ſuprema uoluntas Quod mandat: fieriqꝫ iubet: parere neceſſe eſt. Frangatur potius legum ueneranda poteſtas: Quam tot congeſtos: noctesqꝫ: dieſqꝫ labores Hauſerit una dies. Et ea quæ ſequuntur. Nihil igitur auctore Auguſto Varrus edidit: quod & Maro præceperat: ſed ſummatim emendauit: ut qui uerſus etiam imperfectos: ſi qui erant: reliquerit. Hos multi mox ſupplere conati non perinde ualuerunt ob difficultatem: quod omnia fere apud eum hemiſtichia præter illud: Quem tibi iam Troia peperit: ſenſum uidentur habere perfectum. Niſius grammaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat. Varrum duorum librorum ordinem commutaſſe: & qui tum ſecundus erat in tertiũ locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſſe principium his demptis uerſibus. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen: & egreſſus ſiluis uicina coegi Vt q̃uis auido parerent arua colono: Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis Arma uirumqꝫ cano. Nec Virgilius qui columen linguæ latinæ fuit caruit obtrectatoribus. In Bucolicis enim duas ecglogas: ſed inſulſiſſime Paro quidam deridet: & ſic deridendo incipit.

¶ Tityre ſi toga calda tibi eſt: quo tegmine fagi? Sequentis Dic mihi Damœta cuium pecus? an ne latinum? Non: uerum Aegonis: noſtri ſic rure loquuntur. Alius recitante eo ex Georgicis. Nudus ara: ſere nudus: ſubiecit: habebis frigora: febrem. Eſt & aduerſus Aeneida liber Carbilii pictoris titulo æneido maſtix. M. Vipranius eum a Mecœnate ſuppoſitum appellabat noue κακοζηλιας: repertoremqꝫ dicebat. neqꝫ tumidum: neqꝫ exilem: ſed communibus uerbis opus illud confeciſſe: Herẽnius uitia eius tantum contraxit: Perilius Fauſtinus furta. Sunt & Quinti Octauii Auiti uolumina: quibus annotantur quos & unde uerſus tranſtulerit. Aſconius Pedianus libro quem contra obtrectatores Virgilii ſcripſit: pauca admodum ei obiecta proponit: & potiſſimũ ꝙ non recte hiſtoriam contexuit: & ꝙ pleraqꝫ ab Homero ſumpſit: ſed hoc crimen ſic defendere aſſuetum ait. Cur non illi quoqꝫ eadem furta tentarent? Verum intellecturos facilius eſſe Herculi clauam: q̃ Homero uerſum ſurripere: & tamẽ deſtinaſſe ſe cedere: ut omnia ad ſatietatem maliuolorum decideret. Refert etiã Pedianus benignum: cultoremqꝫ omnium bonorum atqꝫ eruditorum fuiſſe: & uſqꝫ adeo inuidiæ expertem: ut ſi quid erudite dictum inſpiceret alterius: non minus gauderet: ac ſi ſuum fuiſſet: neminem uituperare: laudare bonos: ea humanitate eſſe: ut niſi peruerſus maxime quiſqꝫ illum non diligeret modo: ſed amaret: Nihil proprii habere uidebatur. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat ac ſibi. Illudqꝫ Euripidis: antiquum ſæpe uſurpabat τα των φιλων κοινα: Communia amicorũ eſſe omnia. Quare coæuos omnes poetas ita adiunctos habuit: ut cum inter ſe plurimum inuidia arderent: illum una omnes colerent Varrus: Tucca: Horatius: Gallus: Propertius. Anſer uero quoniam Antonii partes ſecutus eſt illum non obſeruaſſe dicitur: Cornificius ob peruerſam naturam illum non tulit. Gloriæ uero adeo cõtemptor fuit: ut cum quidam uerſus quoſdam ſibi aſcriberent: eaqꝫ re docti haberentur: non modo ægre non ferebat: immo uoluptuoſum id ſibi erat: Cum enim diſtichon quod laudem: felicitatemqꝫ Auguſti continebat feciſſet: ualuiſqꝫ nõ nominato auctore infixiſſet: id erat huiuſmodi.

¶ Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane.

¶ Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet. Diu quæritans Auguſtus cuiuſnam hi uerſus eſſent: eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus uero poeta quidam mediocris tacentibus aliis ſibi aſcripſit. Quamobrẽ donatus: honoratuſqꝫ a Cæſare fuit: quod æquo animo non ferens Virg. iiſdem ualuis affixit quater hoc prin-

cipium: Sic uos non uobis: Poſtulabat Auguſtus ut hi uerſus complerentur: qđ cū fruſtra aliqui conati eſſent: Virgilius præpoſito diſticho: ſic ſubiunxit. Hos ego uerſiculos feci: tulit alter honores. Sic uos non uobis nidificatis aues. Sic uos non uobis uellera fertis oues. Sic uos nō uobis mellificatis apes. Sic uos nō uobis fertis aratra boues. Quo cognito aliquādiu Bathyllus Romæ fabula fuit: Maro uero exaltatior. Cum is aliquando Enniū in manu haberet: rogareturq; quidnā faceret: Reſpondit ſe auꝝ colligere de ſtercore Ennii. Habet enim poeta ille egregias ſententias ſub uerbis non multum ornatis. Interroganti Auguſto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur. Si prudentiores inquit temonem tenuerint: & boni malis præponant. Itaq; optimi ſuos habeant honores: nulli tamen aliorum iniuſti quicquā fiat. At Mecœnas quid inquit Virgilii ſacietatem homini non affert? Omnium reꝝ reſpondit aut ſimilitudo: aut multitudo ſtomachum facit præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam: felicemq; eius fortunam ſeruare poteſt. Cui Maro. Si quātum honore ac diuitiis aliis præſtantior ſit: tanto liberalitate & iuſtitia alios ſuperare nitatur. Solitus erat dicere nullam uirtutem commodiorem homini eſſe patientia: ac nullam aſperam adeo eſſe fortunā: quam prudenter patiendo uir fortis non uincat: Quam ſententiā in quinto Aeneidos inſeruit. Nate dea quo fata trahunt: retrahuntq; ſequamur. Quicquid erit: ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Cum quidā eius amicus Cornificii in eū maledicta: & inimicitias ſibi enarraret: Quam putas inquit eſſe huiuſce maliuolentiæ cauſam? Nā neq; unqua Cornificiū offendi: & eū amo. An inqt Heſiodi ſentētiæ nō meminiſti? ubi ait: καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει: καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. Architectum architecto inuidere: & poetā poetæ. De malis inquit græcus ille intellexit: Nam bōi eruditiores amāt. Sed magna cū mea laude & gloria uindictam in manu habeo: Maiore enim cura uirtuti intendam: atq; quo elegantior ego fiam: eo uehementius inuidia rumpetur. Erat Auguſto familiaris Filiſtus quidā orator: & poeſim mediocriter doctus: Cui multiplex: uariumq; ingenium erat: qui omnium omnia dicta reprehēdere conabatur: non ut uerum dignoſceret: quod Socrates facere conſueuit: ſed ut eruditior uideretur. hic Virgili. ubicunq; conuenire dabat: maledictis: ſalibuſq; uexabat. Quare ille ſæpe aut tacibundus diſcedebat: aut ſuffuſus pudore tacebat. Verum cum Auguſto audiente elinguem illum diceret: & cauſam etiam ſuam ſi linguam haberet: defendere nequiret: Tace inqt tabula. Nam hæc mea taciturnitas defenſorem cauſarum mearum Auguſtū fecit: & Mecœnatem: & ea tuba cum uolo loquor: quæ ubiq; & diutiſſime audietur: Tu loquacitate non modo aures hominum: ſed muros rumpis. Auguſtus uero Filiſtum graui uultu increpauit. Tunc Maro ſi tēpus Cæſar inqui tacendi hic ſciret: raro loqueretur. Tacēdum enim ſemper eſt: niſi cū taciturnitas tibi noceat: aut oratio aliis proſit. Nā qui contendit & contentionis finis utilis non eſt: ſtultis illum annumerandū ſapientes putant. Poſteaq̄ Auguſtus ſumma rerum omniū potitus eſt: uenit in mentē an cōduceret tyrannidē omittere: & omnē poteſtatē annuis cōſulibus: & ſenatui rempu. reddere: in qua re diuerſæ ſentētiæ cōſultos habuit Mecœnatē & Agrippam. Agrippa. n. utile ſibi fore etiam ſi honeſtū non eſſet relinquere tyrannidē longa oratione contendit: quod Mecœnas dehortari magnopere conabatur: quare Auguſti animus & hinc ferebatur & illinc. Erant enim diuerſæ ſententiæ uariis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini ſe in ſua rep. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit remp. occupantibus moleſta ipſa tyrānis fuit: & ciuibus: quia neceſſe erat propter odia ſubditoꝝ: aut eorum iniuſtitiam magna ſuſpitiōe: magnoq; timore uiuere. Sed ſi ciues iuſtum aliquem ſcirent: quem amarent plurimū: ciuitati id utile foret: ſi in eo uno omnis poteſtas eſſet. Quare ſi iuſtitiam: quod modo facis omnibus in futurum nulla hominum facta cōpoſitione diſtribues: dominari te & tibi conducet & orbi. Beniuolentiā. n. omniū ita habes: ut deū te & adorent: & credant: Eius ſententiā ſecutus Cæſar principatū tenuit. Audiuit a Silone pcepta Epicuri: cuius doctrinæ ſocium habuit Varrum. Quāuis diuerſorum philoſophorum opiniōes libris ſuis inſeruiſſe de animo maxime uideatur: Ipſe tamen fuit Academicus. Nam Platonis ſententias omnibus aliis prætulit. Nūc quoniam de auctore ſummatim diximus: de ipſo iam carmine dicēdum uidetur: quod bifariam tractari ſolet: hoc eſt & ante opus & in ipſo opere. Ante opus titulus: cauſa: intentio. Titulus in quo quæritur cuius ſit cauſa unde ortum ſit: & quare hoc potiſſimum ſibi ad ſcribendum poeta præſumpſerit Intentio: in qua cognoſcitur quid efficere conetur poeta. In ipſo opere ſane tria ſpectantur: Numerus: ordo: explanatio. Quamuis igitur multa ψευδογραφη: ideſt falſa inſcriptione ſub alieno nomine ſunt prolata: ut Thyeſtes tragœdia huius poetæ: quam Varrus edidit pro ſua: & alia huiuſcemodi: tamen Bucolica liquido Virgilii eſſe minime dubitandū eſt: præſertim cum ipſe poeta tanquam hoc metuens principio æneι. & in alio carmine ſuum eſſe teſtatus ſit: ſic dicēs: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena: & reliqua. Et Carmina qui luſi paſtorum: audaxq; iuuenta Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi. Bucolica autem & dici & recte appellari uel hoc ſolum indicium ſufficerit: quod hoc eodem nomine apud Theocritum cenſeatur. Verum ratio quoq; demōſtranda eſt. Tria ſunt paſtorum genera: quæ dignitatem in Bucolicis habent: quorum qui minimi ſunt αἰπόλοι dicuntur a græcis: iidem a nobis caprarii. Paulo honoratiores qui ποιμένες: ideſt opiliones dicunt. Honeſtiſſimi: & maximi βουκόλοι: quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomen imponi: q̄ ab eo gradu q apud paſtores excellentiſſimus inuenit? Cauſa dupliciter inſpici ſolet. ab origine carminis: & a uoluntate ſcribētis. Originē autē Bucolici carminis alii ob aliā cauſam ferūt. Sunt. n. qui a lacedæmoniis paſtoribus Dianæ primū carmen hoc redditū dicant: cū eidem deæ ꝓpter bellū: quod toti græciæ illo tēpore Perſæ inferebāt exhiberi ꝑ uirgines de more ſacra nō poſſent. Alii ab Oreſte circa Siciliā uago id genus carminis Diāæ redditū loquunt per ipſum atq; paſtores: quo tēpore de Scythia cū Pylade fugerat ſurrepto numinis ſimulacro & celato in faſce lignoꝝ: Vnde Faſcelidē Dianam perhibent nuncupatā: apud cuius aras Oreſtes ꝑ ſacerdotē eiuſdē numinis Iphigeniā ſororem ſuā a paricidio fuerat expiatus: Alii Apollini Nomio paſtorali ſcilicet deo: qua tē-

peſtate Admeti boues pauerat: Alii Libero Nympharum ſcilicet & Satyrorum: & id genus numinum principi: quibus placet ruſticum carmen: Alii Mercurio Daphnidis patri paſtorum omnium principi: & apud Theocritum: & apud hunc ipſum poetam. Alii in honorem Panos ſcribi putãt peculariter paſtoralis dei. Item Sileni Siluani: atqꝫ faunorum. Quæ cum omnia dicantur: illud erit probatiſſimum Bucolicum carmen originem ducere a priſcis temporibus quibus uita paſtoralis exercita erat. Et ideo uelut aurei ſæculi ſpeciem in huiuſmodi perſonarum ſimplicitate cognoſci & merito Virgilium proceſſurum ad alia carmine non aliunde cœpiſſe: niſi ab ea uita: quæ prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta: & ad poſtremum ꝓ cultis & feracibus terris bella ſuſcepta: quod uidetur Virgi. in ipſo ordine operum ſuoꝶ uoluiſſe monſtrare: cũ paſtores primo: deinde agricolas canit: & ad ultimũ bellatores. Reſtat ut ꝙ cauſa uoluntatem attulerit poetæ Bucolica potiſſimum ſcribendi conſideremus. Aut enim dulcedine carminis Theocriti: & admiratiõe eius illectus eſt: aut ordinem temporum eſt ſecutus erga uitam humanam: ut ſupra diximus. Aut tris modos elocutionum: quos χαραντηράς græci uocant ισχνον: q tenuis: αδρον: q ualidus μεσον: q moderatus intelligit. Credibile erat Virg. q in omni genere præualuerit Bucolica primũ: Georgica ſecundum: Aeneida tertium uoluiſſe conſcribere. Aut ideo potius primo Bucolica ſcripſit: ut in eiuſmodi carmine: quod & paulo liberius & magis ualidũ ꝙ cætera eſt: facultatem haberet captandæ Cæſaris indulgentiæ: repetendiqꝫ agri quem amiſerat. Ob hãc cauſam die tertio iduum Martiarum. C. Cæſare interfecto: cum Auguſtum Cæſarem pene puerum ueterani milites non abnuente ſenatu ſibi ducẽ conſtituiſſent: Exorto ciuili bello Cremonenſes cum cæteris eiuſdem ſtudii aduerſarios Auguſti Cæſaris adiuuerunt. Vnde factum eſt: ut cum uictor Auguſtus in eorum agros ueteranos deduci iuſſiſſet: non ſufficiente agro Cremonenſium: Mantuani quoqꝫ in quibus erat Virgilius maximam partem ſuorum finium perdiderint: eo ꝙ uicini Cremonenſibus fuerant: Sed Virgilius Auguſti familiaritate: ſuoqꝫ carmine fretus centuriori Ario obſiſtere auſus eſt. Ille ſtatim ut miles ad gladium manum admouit. Cumqꝫ ſe in fugam proripuiſſet poeta: non prius perſequendi finis fuit: ꝙ ſe in fluuium Virgilius conieciſſet. Sed poſtea Mecœnate & Pollione: & ipſo Auguſto fauentibus agros ſuos recepit. Intentio libri: quam σκοπον græci uocant imitatione Theocriti poetæ conſtituitur: qui ſiculus & ſyracuſanus fuit. Eſt intentio etiam in laudem Ceſaris: & principium cæterorum: per quos in ſedes ſuas redit omnia deduci. Vnde ut & delectationem & utilitatẽ finis contineret: ſecundum præcepta cuncta confecit. Quæri ſolet cur non plures ꝙ decem ecglogas conſcripſerit: quod nequaꝙ mirandum uidebitur ei qui cõſiderauerit ætatem ſcænarum paſtoralium: quæ ultra hunc numerum non poteſt proferri: præſertim cum ipſe poeta circunſpectior Theocrito: ut ipſa res indicat: uideatur metuere: ne illa ecgloga quæ Pollioni inſcribitur minus ruſtica uideatur: cum ipſam ſic præſtruat ipſe dicens. Sicelides muſæ paulo maiora canamus: & item ſimiliter in aliis duabus facit. Illud tenendum eſſe prædicimus in Bucolicis Virgilii neqꝫ nuſꝙ: neqꝫ ubiqꝫ aliquid figurate dici. hoc eſt per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæſaris & amiſſos agros hæc Virgilio conceduntur: cum Theocritus: quem hic noſter toto ſtudio imitari conatur: ſimpliciter omnino conſcripſerit. Quod autem in ipſo carmine tractari ſolet: eſt numerus: ordo: explanatio. Numerus ecglogarum mãifeſtus eſt. Nam decem ſunt: ex quibus proprie Bucolicæ ſeptimo: eſſe creduntur. Nam tres ultime proprie Bucolicæ dici non debent: Pollio ſcilicet: Silenus: & Gallus. Prima igitur continet conqueſtionem publicam: & priuatam gratulationem de agro: & dicitur Tytirus. Secunda amorem pueri: & dicitur Alexis. Tertia certamẽ paſtorum: & dicitur Palæmon. Quarta genethliacum: & dicitur Pollio. Quinta epitaphium: & dicitur Daphnis. Sexta metamorphoſim: & dicitur Varrus: & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuerſorum ſexuum: & dicitur Damon. Nona cõtinet poetæ conqueſtionem de amiſſo agro: & dicitur Mœris. Decima deſiderium Galli: & dicitur Gallus. Quod ad ordinem ſpectat illud ſcire debemus in prima tantum & in ultima ecgloga poetam uoluiſſe ordinẽ ſeruare: quoniam in altera principium conſtituit: ut in Georgicis ait: Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi. In altera oſtendit finem quippe qui dicat: Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Verum inter ipſas ecglogas paſtoralem: conſcriptumqꝫ ordinem nullum eſſe certiſſimum eſt. Sed ſunt q dicunt initium Bucolici carminis non Tityre eſſe: Sed Prima ſyracoſio dignata eſt ludere uerſu. Supereſt explanatio: ad quam anteꝙ ueniamus: illud dixerim tenue eſſe Bucolicum carmẽ & uſqꝫ adeo ab heroico charactere diſtare: ut uerſus quoqꝫ huius carminis ſuas quaſdam cæſuras habeant: & ſuis legibus diſtinguantur. Nam cum tribus probetur metrũ: cæſura: ſcanſione: modificatione: non erit Bucolicus uerſus: niſi in quo & pes primus partẽ orationis abſoluerit: & tertius trocheus fuerit: & cæſura: & quartus pes dactylus magis ꝙ ſpondæus partem orationis terminauerit. Quintus & ſextus pes ex integris dictionibus fuerit: quod Virgilius a Theocrito ſæpe ſeruatum uictus operis difficultate neglexit: in ſolo principio incertum induſtria an caſu has cæſuras ſeruauerit. Nam Tityre dactylus partem orationis abſoluit: tupatu: lerecu. tertium trocheum: ꝙuis de compoſita dictione cõcluſit. bans ſub: quartum ſpondeum pro dactylo: cum ſubiunxit: tegmine fagi. Terminatis partibus orationis integrum coma perfecit. Cuius rei diligentiã licet in Theocriti ferme omnibus uerſibus admirari. Qui uero ſupradicta acri iudicio: diligenterqꝫ cõſiderarit: facile intelliget quæ in Georgicis intentio: quiqꝫ finis fuerit: nec minus etiam in Aeneide. Poematis ſtili genera tria ſunt: aut enim actiuum uel imitatiuum: quod græci δραματικον appellant: In quo perſonæ loquentes introducuntur ſine poetæ interlocutione: ut ſunt tragœdiæ & comœdiæ: δραν. n. græce agere dicitur: quo genere ſcripta ẽ prima Tityre: & Quo te Mœri pedes. Aut enarratiuum: quod græci διηγηματικον appellant: in quo poeta ipſe loquitur ſine interpoſitione perſonæ: ut tres primi Georgicon libri. Item Lucretii carmina. Aut commune uel mixtum: quod græci μικτον appellant: Vbi & poeta ipſe loquitur: & introductæ perſonæ: ut ſunt.

Virgilii Aeneis FINIS.

ℭSERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMEN/ TARIORVM LIBER.

BVCOLICA ut ferunt inde dicta ſunt a cuſtodia boum :ideſt απο τῶν βουκολων.Præcipua
enim ſunt animalia apud ruſticos boues.Huius autem carminis origo uaria eſt.Nam alii di/
cunt eo tempore quo Xerſes perſarum rex inuaſit græciam cum omnes intra muros laterent
nec poſſent more ſolito Dianæ ſacra perſolui:perueniſſe ad mõtes Laconas ruſticos : & in ius
honorem hymnos dixiſſe:unde natum carmen Bucolicum ætas poſterior elimauit. Alii di/
cunt Oreſtem cum Dianæ faſcelitidis ſimulacrum raptum ex ſcythia adueheret : ad ſiciliam
eſſe tempeſtate delatum:completo anno Dianæ feſtum celebraſſe hymnis collectis nautis ſuis:& aliquibus pa
ſtoribus conuocatis:& exinde permanſiſſe apud ruſticos conſuetudinem.Alii nõ Dianæ ſed Apollini Nomio
conſecratum carmen hoc uolunt:quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii ruſticis numinibus a pa/
ſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen:ut Pani:Faunis:ac ſatyris.& hic eſt huius carminis titulus.Qualitas au
tem hæc eſt:ſcilicet humilis character.Tres enim ſunt characteres:humilis:medius:grandiloquus: quos om/
nes in hoc inuenimus poeta.Nam in æneide grãdiloquum habet:in Georgicis mediũ:in Bucolicis humilem
pro qualitate negocioꝝ & perſonaꝝ.Nã perſonæ hic ruſticæ ſunt ſimplicitate gaudentes.ſ.a quibus nihil.altũ
debet requiri.Adhibentur autẽ hæc ad carmẽ Bucolicum.Carmẽ autẽ Bucolicũ debet quarto pede termina/
re partẽ orationis:qui pes ſi ſit dactylus:meliorẽ efficit uerſum:ut Nos patriæ fines & dulcia.Primus etiam pes
ſecundum Donatum dactylus eſſe debet:& terminare partem orationis:ut Tytire.Quam legem Theocritus
uehementer obſeruat:Virgilius non adeo.Ille enim in paucis uerſibus ab iſta ratione deuiauit:hic eam in pau/
cis ſecutus eſt.Terentianus cum de hoc metro doceret:Plurimus hoc pollet ſiculæ telluris alumnus.Noſter ra
rus eo paſtor Maro.Intentio poetæ hæc eſt ut immitetur Theocritum ſyracuſanum meliorem Moſco & cæ/
teris qui Bucolica ſcripſerunt.unde eſt:Prima ſyracoſio dignata eſt ludere uerſu Noſtra:neqꝫ.& aliquibus lo/
cis per allegoriam agit gratias Auguſto : uel aliis nobilibus : quorum fauore amiſſum agrum recepit : in qua
re tantum diſſentit a Theocrito:Ille enim ubiqꝫ ſimplex eſt:Hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet
figuras.quas perite plerunque etiam ex Theocriti uerſibus facit:quos ab illo dictos conſtat ſimpliciter:hoc au
tẽ fit poetica urbanitate:ſic Iuuenalis: Actoris aurunci ſpoliũ.Nã Virgilii uerſum de haſta dictũ figurate ad ſpe
culum tranſtulit.& cauſa ſcribendorum Bucolicorum hæc eſt.Cum poſt occiſum.iii.Idus Martias in ſenatu
Cæſarem: Auguſtus eius filius contra percuſores patris & Antonium ciuilia bella mouiſſet : uictoria potitus
Cremonenſium agros qui contra eum ſenſerant militibus ſuis dedit:qui cum non ſufficerent:etiam mantua/
norum iuſſit diſtribui:non propter culpam:ſed propter uicinitatem:unde eſt Mantua ue miſere nimium ui/
cina Cremonæ:Perdito ergo agro Vergilius Romam uenit:& potẽtium fauore meruit ut agrum ſuum ſolus
reciperet. Ad quem accipiendum profectus:ab Ario centurione:qui eum tenebat pene eſt interemptus:niſi ſe
præcipitaſſet in Mintium:unde eſt αλληγορικῶσ:Ipſe aries etiam nũc uellera ſiccat.Poſtea ab Auguſto miſ/
ſis triumuiris:& ipſi integer ager reditus eſt:& Mantuanis pro parte.hinc eſt ꝙ in prima ecloga legimus rece/
piſſe agrum:poſtea eum querelantem inuenimus:ut audieras & fama fuit:ſed carmina tantum noſtra ualent
Licyda tela inter martia:quantum Chaonias dicunt aquila ueniẽte columbas.nec numerus hic dubius eſt: nec
ordo librorum:Quippe cum unus ſit liber.De eclogis tantum multi dubitant.Quæ licet.x.ſint : incertum ta/
men eſt:quo ordine ſcriptæ ſint.Plerique duas certas uolunt ipſius teſtimonio ultimam:ut Extremum hunc:
& primam:ut in Georgicis Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi.Alii primam illam uolunt: Prima ſyraco/
ſio dignata eſt ludere uerſu.ſed eſt ſciendum.vii.eclogas eſſe meras ruſticas : quas Theocritus.x.habet : Hic in
tribus a Bucolico carmine:ſed cum excuſatione diſceſſit:ut in genethliaco Salonini:& in Sileni Theologia:uel
ut ex inſertis altioribus rebus poſſet placere:uel quia tot uarietates implere non poterat:Poetæ uitam in ænei/
de diximus.Operis explanatio in ſequentibus comprobabitur:Sane ſciẽdum Vergili.xxviii.annorum ſcripſiſ/
ſe Bucolica:Vnde etiam ipſe in fine Georgi.Audaxque iuuenta Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.& di/
cit Donatus ꝙ etiam in poetæ memorauimus uita in ſcribẽdis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe
Virgilium:Primo enim paſtoralis fuit in montibus uita:Poſt agriculturæ amor :Inde bellorum cura ſucceſ/
ſit.Notandum quoque Bucolica uel Georgica cum apud græcos in fine habeant accentum:apud nos in tertia
a fine habere. Nam ut in ultima ſit latinitas uetat : ut in penultima non ſit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc
ſciendum & perſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta : ut Meliboeus
οτι μέλει αυ τωτων βοῶν:ideſt qui curam gerit boum:& Tityrus dicitur aries maior:Nam Laconum lin/
gua Tityrus dicitur aries maior:qui gregem anteire conſueuerit:ſicut etiam in comœdiis inuenimus. Nam
Pamphilus eſt totus amans:Glycerium quaſi dulcis mulier:Philomena amabilis.Perſonæ ſicut ſupra dixi ru
ſticæ ſunt:& ſimplicitate gaudentes:Vnde nihil in his urbanum :nihil declamatorium inuenitur:ſed ex re ru/
ſtica ſunt omnia negocia:comparationes & ſi qua ſunt alia.Hinc eſt ꝙ annos a fructibus computat:ut poſt ali
quot mea regna uidens mirabor ariſtas.hinc etiam illæ comparationes ſunt:Nam neqꝫ me tantum uenientis
ſibilus Auſtri:Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora:nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina ualles.

FINIS.

¶PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARII.

PVBLIVS Virgilius maro natus idibus octobribus Craſſo & Pompeio cõſs.Matre Magia Polla: Patre Virgilio ruſtico: Vico andico: qui abeſt a Mantua millia paſſuum.iii. tenui facultate nutritus. Sed quum iam ſummis eloquentiæ doctoribus uacaret: in belli ciuilis tempora incidit: quod Auguſtus aduerſus Antonium geſſit primumq;.

Poſt mutinenſe bellum ueteranis.

¶POSTEA reſtitutus beneficio Alpheni Varri Aſinii Pollionis & Cornelii Galli: qbus in Bucolicis adulat'. Deinde per gratiam Mœcænatis in amicitiam Cæſaris ductus eſt: uixit pluribus. In ocio ſecutus: Epicuri ſectam.inſigni concordia & familiaritate uſus Quintilii: Tuccæ: & Varri. Scripſit Bucolica annos natus octo &.xx. Theocritũ ſecutus: Georgica Heſiodum & Varronem: Aeneida ingreſſus bello cantabrico: Hoc quoq; ingenti induſtria: ab Auguſto uſq; ad ſeſtertium centies honeſtatus eſt. Deceſſit in Calabria annum agens quinquageſimum primum: Hæredibus Auguſto & Mœcænate cum Proculo minore Fratre: quoius ſepulchro: quod eſt in uia puteolana hoc legitur Epigramma'

Mantua me genuit. Calabri rapuerem. tenet nunc. Parthenope. cecini paſcua: rura: duces.

¶AENEIS ſeruata eſt ab Auguſto quamuis ipſe teſtamento cauiſſet: ne quid eorum quæ non ædidiſſet: extaret: Quod Seruius Varrus hoc teſtatur Epigrammate'

Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis Virgilius: uatum quẽ cecinere ducem.
Tucca uetat: Varruſq; ſimul: tu maxime cæſar Non finis.ſed latiæ conſulis hiſtoriæ.

¶BVCOLICORVM omnis origo triplex eſſe fertur primum a Lacedæmoniis. Nã quũ Xerxes græcias affectaret: & terribilis eſſet: relictis ciuitatibus omnis græciæ gens in deſerta loca refugerunt. Poſt quum apud Marathonẽ uictus receſſiſſet: lacedæmoniis reuerſis in Peloponneſum: religioſior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ. Nam forte ipſo die reuerterunt in patriã uictores: quo fieri ſacra eidem deæ cõpetebat. Sed quoniã præſentia uirginũ deeſſet: quæ ea celebrare cõſueuerãt: ne ſacrificium intermitteretur: paſtores ex uicinis agris cõtraxerunt: & per eos ſacra expedierunt adhibitis carminibus etiã ruſticis: Ritũ autẽ ſacrorũ Bucolicon appellarũt. Non quoniã ſolũ boum paſtores ibi fuerũt: ſed quoniã boues pecora præſtarent magnitudine. Hoc idem carmen Aſtrabicõ dictũ eſt a forma ſedilis qua aduecti fuerant. qui illa cantaturi erant. Sunt autem aſtraba uehicula dicta πάρα το μη στρεφέσθαι: quo titulo & Plautus fabulam inſcripſit: In qua mulieres in eiuſmodi uehiculis inductæ. Altera cauſa ad ſiculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidẽ Syracuſis lue pecora interibãt: Quibus refouẽdis uotum fecerũt. eiuſq; uoti compotes templum Dianæ inſtituerunt: quam Lyacam uocauerunt: propter quod malis eſſent abſoluti: ad eius dedicationẽ plurimi paſtores confluxerunt cum utribus uino plenis: & panibus figuras ferarum uel pecorum referentibus: eiq; inſtituerunt ut qui conuenerant Laudes deæ decãtarẽt certato qui eas rectius proſequeretur: contenderẽt autem in ea forma ornati: ut cornua fronti adiuncta tænia obligarẽt cum utre: & reticulo: quo panificia haberent cum claua: eum qui uiciſſet: præmium haberet: quod is qui uictus erat: contuliſſet: permiſſumq; ut inde irent: & quibus cantauerant: eiſdem illis fauſta ominarentur: quod genus religionis hodie conuerſum eſt in queſtum: Idem ſunt enim: qui bucoliſtæ nominantur. Tertia opinio ad eoſdem Siculos pertinet: Sed ex alia ratione. Nam Oreſtes poſt paricidium furens reſponſo didicit qd' deponeret furorem ita demũ: Si recupata Sorore Iphigenia ablueretur fluuio: quod ſeptem fluminibus cõfunderetur: diu uexatus: quũ in taurica Iphigeniã reperiſſet: uenit ad fines Rheginorũ. Ibiq; inuento flumine elutus traiecit in Siciliã: & iuxta Syracuſas a ſomnio admonitus ſimulacrũ deæ: qd' ſecũ de Taurice aduexerat tẽplo poſito conſecrauit: quã appellauit Faſcelitim. Siueq; faſce lignorũ tectum de Taurice Simulacrũ extuliſſet. Eius deæ nomen breui adprobatum: propter quod plurima pecora muneri quiſq; cõferebat: Quæ quum incrementaſſent: non defuerunt qui gratuitam cuſtodiendis operam adhiberent contenti tanq̃ conſtitutã mercedẽ lactis uel caſei Huius autẽ fluminis: apud quod purgatus eſt. Oreſtes. Varro meminit humanarum.x. ſic: iuxta Rhegiũ fluuii ſunt cõtinui ſeptem latapadon: migodes: eugyon: ſtacteros: polme meleiſſa: argeades. In his a matris nece dicit' purgatus Oreſtes. Ibiq; diu fuiſſe enſem: & ab eo ædificatũ Apollinis templum quoius loco Rheginos quũ delphos proficiſcerentur re diuina facta Lauream decerpere ſolitos: quam ferrent ſecum. Item Cato in originibus tertio: Rhegini taurocini uocantur. de fluuio: qui præterfluit. Id oppidum arunci primo poſſederũt. Ide achæi troia domũ redeũtes in eorũ agro fluuii ſunt ſex ſeptimus fines Rheginorũ: atq; taurinũ diſpeſcẽs fluuiio nomẽ ẽ paccolico. Oreſten cũ Iphigenia atq; Pallade dicũt maternã necẽ expiatũ. ueniſſe: & nõ lõginqua memoria ẽ: quũ in arbore enſem uiderint: quẽ Oreſtes abiens reliquiſſe dicit'. faſcelitis autẽ Dianæ Lucilius quoq; in tertio ſatyrarum meminit ſic: Et ſæpe qd' ante optaſti: freta Meſſanæ & Rhegina uidebis Mœnia tũ liparas faſcelinæ tẽpla Dianæ. Carmẽ Bucolicũ legẽ habere uidet' uti uerſus eius quartus ꝑ partẽ orationis finiat: qd' Theocritus cuſtodiuit. Nã Virgilius in primo uerſu attẽdit: ſequẽtem protinus alia forma fecit. Bucolica Theocritus facilius uidetur feciſſe: quoniã grecus ſermo ſic uidetur diuiſus: ut Doris dialectos: quã ille ſcripſit: ruſtica habeat': opportunũ fuit ergo ei: q paſtores inſerebat: ea lingua diſputaſſe. Virgilio tanto factum opus maius: quãto una lingua loquẽs ſenſus ruſticos aptare elaborauit ſine reprehenſiõe ſermõis. ſunt quædã ꝓpria heroico carmini ſublimia: Sed Bucolico humilia: q̃ apte diuiſiſſe Virgilius notatus eſt. Nã quũ Aeneas Didoni gratias ageret: eiuſq; ſe quã diu natura eorũ ſtetiſſet: memoriã habiturũ cõfiteret': ſic ait: In freta dũ fluuii currẽt. dũ mõtibus umbræ luſtrabunt: conuexa Polus dũ ſidera paſcet. Sic & Tityrus: quũ beneficiis Auguſti gratias ageret: rerũ naturæ ꝑpetuitatẽ paſtori cõgruẽtibus ſenſibus tractauit. ſic: Ante leues ergo paſcent' in æthere Cerui: Et freta deſtituent nudos in littore piſces. In hoc etiã carmine quoſdã

uerſus poſuit:q poſſent heroico carmini aptari ut ſunt: Huc ades o formoſe puer: tibi lilia plēis. Ecce ferūt nymphæ calathis: tibi cādida Nais Pallētes uiolas: & ſūma papauera carpēs Narciſſum & florē iūget bene olētis anethi. Et quoniā ītelligebat ſublimius ſe dixiſſe: nouiſſimū uerſum adtenuauit: quo ruſtico ſenſui carmen aptius fecit. Virgi. aūt ut Bucolica ſcriberet: cām eiuſmodi habuit. Antonius Octauiā ſororē Auguſti uxorē habebat: Et ꝓuinciā ſortitus eſt Aegyptū: Vbi quom Cleopatrā adamaſſet & uxorē duxiſſet: repudio Octauiæ dato: & ſperaret de imperio Alexādriæ cōſtituēdo: hoſtis publicus appellatus eſt: quē ꝓſequutus Auguſtus: exercitū in orientē ducebat: cumqꝫ bello ſuperauit apud actiacū Apollinē. Italiæ ergo ciuitatibus diuerſas partes ſequentibus Cremonēſes & Mātuani neutri ſunt auxiliati: Sed hoc Auguſtus īdignatus ueteranis: quorū operā in bello habuerat: agros cremonēſiū diuidi iuſſit: & ſi nō ſuffeciſſent: Mātuanos adiungi. Vnde factū uti Virg. quoqꝫ agros amitteret: quos ſexagīta ueterani acciperēt: ſed īſinuatus Auguſto per Corneliū Gallū condiſcipulū ſuū promeruit: ut agros ſuos reciperet. Et eo facto concitauerat in ſe ueteranos: adeo ut a Milieno Torone primipilari pene ſit interfectus: niſi fugiſſet ut conteſtatur ipſe quum ait.

Quod niſi me quacunqꝫ nouas componere lites. Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice Cornix
Nec tuus hic Mœri. nec uiueret ipſe Menalcas.

¶ Gratias ergo agēs Auguſto: ꝙ recepiſſet agros: bucolica ſcripſit ſed nō eodē ordine edidit: quo ſcripſit. Eſt. n. ecloga q̄ ereptos ſibi agros q̄rit̄ ſic inchoās: Quo te Mœri pedes? an quo uia ducit? in urbē. Et ea poſita eſt in ultimo: & prius q̄ri fuit dānū: dein teſtari beneficiū. Ergo p̄poni illa ecloga debuerat. & ſic hæc ſubſtitui: qua gratias agit. Sed Virgilii cōſiliū hoc fuit: ne offenderet īperatorē: quoius ſæculo librū legēdū p̄bebat: maluit inſtare teſtimōio. Nā ipſa ecloga q̄ ē de Dāno refert. nec ī ultimo poſita ē: ne uel ſic īſigniter legeret̄. Plerūqꝫ. n. q̄ in medio ponunt̄: īter prima deliteſcūt Qua ꝓnūciatiōe q̄qꝫ ecloga legi debeat: ſic ordinabit̄: q̄m in ipſis q̄ cantāda putat: carminis facit mētionē. ſi nō putat huius omnino nominis nō meminit. iō q̄a ſecūda ecloga cantanda erat: ait ī prīcipio: O crudelis alexi nihil mea carmina curas. In tertia uſqꝫ quo cātāda nō fuit: p̄termiſit. at ubi cātādū erat ab Ioue prīcipiū muſæ: Iouis oīa plena Ille colit terras: Illi mea carmina curæ. Et in reliq̄s eclogis: hoc idē licet aīaduertere. Nam georgica quomō pronunciarentur ſtatim oſtendit: dicendo: Hinc canere incipiam. Item æneida: quoniā plaſmate legi uolebat: ait Arma uirūqꝫ cano. Tityri & Mœlibei ꝑſonas de Theocrito ſumpſit. Sed tamen ratio hæc nominū eſt hyrcus libyca lingua Tityrus appellat̄. Mœlibeus grecæ boū diligēs. Cōgruētia igit̄ paſtoribus noīa. Et totus liber ꝑ allegoriā ītelligit̄: facit. n. ſe eē Tityrū & Melibœū: Corneliū Gallū q admiret̄ ꝙ Virgi. ſolus agros retinuerit Nec mirandū ꝙ infra ſe ſenē dicit: quom certū ſit eū (ut. A. Pedianus dicit). xxviii. annos natū bucolica edidiſſe. Nā eadē licētia ſenē ſe dixit: quū ſit iuuenis q̄ paſtorē ſe fecit: quū ſit urbanus: Aut Tityrū nominat quū ſit Virgi. Oē carmē in tres characteres diuidit̄. Drāmaticon: in quo perſonæ tātūmodo loquunt̄. Exegematicon: in quo ſolus poeta. Mixtū ubi ꝓmiſcue & poeta & ꝑſona. Oīum ſpecierū eclogas in bucolicis poſuit. Drammaticon erit prima Tityre tu patulæ. Exegematicon Siceli des muſæ. Mixtum erit prima ſyracoſio dignata eſt ludere uerſu. F I N I S.

¶ IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS: NOBILISSIMO ET OPTIMO IVVENI FEDERICO IACOBI FILIO PVRLILIARVM COMITI. S. P. D.

MVlti paucos ab hinc annos Iuuenis p̄ſtātiſſime litterariæ rei calamitatē miſerati: q̄ mācipes iſti librarii paſſim īuexerāt: in id omnē īduſtriā & ſtudiū collocarūt: ut rei omniū p̄neceſſariæ: & iā ꝓpe ꝯclamatæ opē q̄ maximā ferrēt: Nec hi: cōtēnēdā laudē: Quicūqꝫ ita uerſati ſunt: ut operā ſuā doctis hoībus ꝓbarint: aſſecuti. Quidā ad ſuperiorū diligētiā aliq̄d amplius addētes: eā characterū uenuſtatē: & uoluminū q̄ facillime quocūqꝫ circūferas: uſū excogitarūt: ut nulla felicitatis acceſſio maior ſperari poſſe uideret̄. Cæterū pleriqꝫ nō multo poſt expiētia (ut credere eſt) edocti: aīaduertebant deeſſe nō parū in his: quorū nouitas tātū paulo ante admiratiōis excitarat ſui: Cēſebātqꝫ ſi q̄d deeſſet adderet̄: fore ut cumulatiſſime omni hoīum uitæ: ꝙ ad hāc partē attineret: factū ſatis eēt: ut. n. ī pingēdi arte Monochromata ipſa a ſingulis coloribus dicta: poſt lumē & umbras coloꝝ differentia īuētas: nō admodū placere poterāt. Sic nuda illa uolumina & nullis illuſtrata cōmētariis poſt eorū operā ſemel ꝓbatā: haud ſane grata uideri. Verū illi cōſiliū ſecuti ſuū: q̄d alii deſiderarēt: haud ſane ſibi magnifaciēdū fortaſſe duxere: Præſertī cū iſta iā tota cōmētandi ratio: in multis nr̄a tēpeſtate: haud admodū uideat̄ ꝓbāda. Mea uero ſnīa: ut in aliis ab his nō multū diuerſa: ſic hac ī parte oīno diſſimilis: Neqꝫ. n. adeo ab oī enarratiōe abhorret aīus: ut q̄uis pleriqꝫ partī inepte: partī īerudite hāc ſtudiorū partē attigerīt: ſi q̄ tamē īduſtrie & bene ī his operā nauarint: uelī eos alienā culpā p̄ſtare: & cū alienū peccatū ſit: aliorū ſtultitiæ cauſa reos fieri: Et ut alios ī p̄ſentia omiſerim: q multa ſua cū laude ī īterp̄tādi hac tota rōne elaborarīt: Quis erit (q̄ſo) tā obduratæ frōtis: ut ſeruii Honorati grāmatici laudes aut ipē nō libēter p̄dicet: aut ab aliis p̄dicatas nō ſūma aī æq̄tate audiat? Cuius nō uulgaris eruditio: caſtigatiſſimæqꝫ lucubratiōes: adeo ſp ab oībus ꝓbatæ ſunt: ut nihil uel iniquorū iudicio aut acutius: aut p̄ſſius: aut deniqꝫ melius hoc ī genere legas. Nā & q ī illū caſtigatiōes quōdā edidere facile illi ꝓ ſua modeſtia & eruditiōe: nūc tēpori: nūc ſcriptoribꝰ: q̄ Seruio notā iuſtā malle: Cū igit̄ a Vergiliāi carminis maieſtate: ut Ioue Aratus: auſpicatiſſimū exordiū ſumere placuiſſet. atqꝫ ī eius carminis emēdatiōe ꝓ uirili elaboraſſem: haud quaq̄: tū ad cōmunē utilitatē: tū ad carminis ꝑſpicuitatē maiorē Seruii cōmētarios negligere ſtatui: Cuius iniq̄ſſima ſors miſeratiōe cuiꝰ digna uideri poterat. Mihi uero p̄ter miſerationē ſūmā tātū mœroris attulit: ut nihil unq̄ dolētius tulerī. Quippe quū mutilus: mācus: & lacer: uix aut ꝓ Seruio agnoſci: aut agnitus: ꝑcipi ſatis poſſet: Verū ī nulla eius opis p̄te grauius deſæuitū erat: q̄ ubi homericos uerſus ad cuius filū Maro p̄cipue carmē ſuū texuerat: citaſſet: Quare cū pene īfinita quæ deerāt addēda ex ſcriptis māu codicibꝰ cēſuiſſem: Sexcētos p̄terea & āplius cū Homeri tū alioꝝ ī poſſeſſio

nem legitimã uerſus uēdicãtes: Dimidiatũ Seruiũ atq; iō fœdũ: ītegrũ (ut opinor) & nitidũ fecimus: īterī tamē id tēpamētũ adhibuimus: ut q̄dã: qđ ad Geographiã attinet: immutare noluerī. In reliqs adeo elaboratũ a nobis ē: ut ſi tres aut ad ſũmũ q̄tuor demas locos: oīa tibi iã pſpicua & apta eē poſſint. His Probi cōmētariolus in Bucolica & Georgica: tametſi decurtatus: & ipſe nec ſatis ītegerr accedet: Cuius tibi lectio non parũ uoluptatis (ut ſpero) nouitate ſua: & utilitatis eruditiōe allatura ſit. Cæterũ de his melius q̄ legēt: illud q̄ in Maroniani carminis emēdatione ſecuti ſumus: Diligētē lectorē admonitũ pcipue uelim: Nos in eo emēdãdo multa ad uetuſtæ cōſuetudinis normã: Cuius Vergiliũ obſeruãtiſſimũ fuiſſe cōſtat: direxiſſe: ī pleriſq; antiqoribus potius auctoribus q̄ recētib⁹ grãmaticis adſtipulatos: In aliis ñ uſq; adeo ad uiuũ reſecuiſſe: ut aliqd uulgatæ cuidã cōſuetudini noluerī datũ: qn parce quoq; nec ſemp eadē ī eiſdē auſus ſum: ne ferulas licētiorũ grãmaticorũ tanq̄ crabronũ Aculeos irritarē: ut ſiqd uetuſtatis īerit: ad uetuſtiores puocatio ītegra ſit: ſiqd ruſus nouitatē redolebit: hoſce Criticos placatiores habeã. Hæc igit̃ tibi oīa: īmenſum ſane opus & īfinitas pene uigilias meæ erga patrē tuũ Clariſſimũ: & Optimũ uirũ bēiuolētiæ teſtes ſempiternos: neq; nō in te iuuenē nō nobiliſſimũ ſolũ oīum & familiæ uetuſtate: & a maioribus tuis rerũ geſtarũ amplitudine: ſed ſummæ Indolis & ſpectatiſſimæ probitatis: Hæc inq̄ tibi oīa & dico & nũcupo: Tũ ut qui ex uiua nr̃a uoce īduſtriã pbaſti pſens: Abſens quoq; eius aliquē fructũ capias: Tũ ut nos eo eē in te animo intelligas: ut nihil antiqus q̄ me uobis oībus horis: omni loco: omni tpe q̄ chariſſimũ eē: habeã. Ea eſt pterea poetæ huius lectio: quæ nō te ſolũ literarũ cupidiſſimũ: uerum etiam quemuis alium & delectare & iuuare plurimum poſſit: in qua ſi ut debes uerſabere: Non diffido quin ad ſummam familiæ tuæ Nobilitatem: Maximũ hoc quoq; literariũ Decus accedat. Quod & patris imitatione uel recenti epiſtolarum editione Celebris: & noſtra adhortatione facere debes: Cum præſertī hac ætate in quo aut tutius: aut honeſtius te exerceas quam in Litteris nihil habeas. Vale.

EGNATIVS AD LECTOREM.

NON licuit mihi lector optime in tãta rei difficultate tã ex actã diligētiã præſtare. ut quãdoq; offenſum nō ſit: ſed quicqd id ē: nō magni omnino (ut uidebis) momēti res erit. Tu q̄ſo id totũ boni cōſulas: nec ſi unus: alter ue næuus te offenderit: Cũ multo plura & iuuare & delectare poſſint: q̄ primũ reiicias: Quin id abs te petitũ etiã atq; etiã uelim: ut ſiquid a uulgata cōſuetudine abhorrēs īueneris: qđ interdũ eueniet: nihil niſi prius rē expenderis: immutes. Præſertim cũ modũ in his ſeruarim: Neq; enim ita a uetuſta cōſuetudine ſteti: ut ſemp id ſecutus ſim: guſtũ tantũ quendã pbere uolui: ut ſi pbares: haberes & tu qd in aliis eiuſdē notæ ſequerere. Scio quantũ hoc tēpore omnes conſuetudini datũ uelimus: quantũ recentior hæc ætas ſibi placeat: quantũ pleriq;: ſed meo iudicio imperite: Vetera hæc dãnent. Illud ego affirmare auſim (quocũq; ſtomacho hæc noſtratia ferant̃) Maronē omnes uetuſtatis illius umbras uſq; ad faſtidiũ quãdoq; cōſectatũ: Nec adduci poſſum: ut q̄ integros uerſus de poetaꝝ uetuſtioꝝ fontibus hauſerit: unde decoris multũ crediderit operibus ſuis accedere: ab eodē nō in uerbis: nō in tota ratiōe ſcribēdi ueteres æmulatos eſſe. Nã præterq̄ qđ religioſius carmen intermixta uetuſtate faceret: non parũ & ipſe Criticoꝝ ſui tēporis ferulas reformidare: quoꝝ cenſura iã ſibi tantũ uēdicabat licentiæ: ut pro libidine ſua poetaꝝ albo quoſdã adſcriberent: quoſdã uero penitus eraderēt. Accedit q̄ q̄ Enniana lectiōe plurimũ uteret̃: nō poſſet ex ea nō multũ cōtrahere: ut ex aſſiduo argēti uſu nũmularii colybo mãus decolorãt. Cæteꝝ hæc ſatis: illud unũ eſt qđ oēs præcipue: quicunq; hæc legēt: ſiqs tamē hæc quoq; ſiqs: admonitos uelim: ut ſi aliã ab hac impreſſionē cũ his omnibus interpræetibus legerint: ſciant illi pro certo nullam in illis induſtriam ineſſe noſtrã: hoc ãt ideo diximus: ut ab his impreſſionibus diligēter caueamus: q̄ paſſim ſub eruditiſſimoꝝ hominũ titulis emēdata circũferunt̃: addita quoq; eoꝝ epiſtola: quã uiri illi eruditi in codicibus a ſe primũ emēdatis appoſuiſſent. Vale.

¶ Hæc interī ſunt q̄ ut magis īſigniter errata uiſum eſt ſubnectere: ut ex his quã emendandi rationem tenere debeas agnoſcas. In primo Aeneidos commentario ubi a Landino uerſus græci de Achillis etymologia citantur: Corruptiſſimus locus eſt. tu igitur ſic emendabis.

εἰς φθιην χιλοιο κατιηιε παμπαν απαςος   τοὔνεκα μυρμιδονες μιν αχιλλεα φημιξαντο.

Adq; ad hãc normã alia q̄dã pui oīno momēti facile corriges ī græcis dictiōibus: ī qbus quãdoq; accētus deerit ſæpe ſupfluet: nōnũq̄ littera una ſubſultabit: q̄ facile legendo pcipias. In tertio ubi troiani Italiã attigere: cũ ad Mineruæ templum perueniſſent: uerſus ita legitur.

Vela legunt ſocii & portas ad littora torquent.   Tu emendato proras ad littora torquent:

Principium decimi libri ita fere legitur   Panditur interea domus omnipotentis olympi

Nos ī nr̃is Racemationibus æſtimatiōe q̄dã cēſuimus legēdũ oīpatētis: neq;. n. uideo qd ibi ſibi uelit epithetō Iouis. Tu uide ne ex emēdatiōe nr̃a oīpatētis quoq; legēdũ cenſeas. Alii aliter quēadmodũ ī uetuſtis q̄buſdã codicibus inueniri dicũt.   Pandit̃ interea domus omnipatentis olympia   Vt illud in ſexto.

Bis patriæ cecidere manus quin protinus omnia: Quãuis quidã omnē probēt: quaſi non legerint illud ſimile in Bucolico ludicro: Nec tantũ Rhodope miratur: & Iſmarus Orphea: cũ ſequens itidē carmē a uocali nō incipiat: ut fiat: qđ iſti aiunt: hypermeter. In Bucolicis q̄ ad Probi cōmentariolũ attinet ſecuti ſumus uetuſtatē illã quēadmodũ ex uetuſtiſſimo codice manu ſcripto Bobii quondã a Georgio Merula inuento adnotauimus. In Seruio illud de Oaxe ex ſcripto manu Seruio repoſuimus: quod miror a Politiano aut nō uiſum: aut omnino diſſimulatũ: ubi duos quoq; uerſus Attacini Varrōis: q̄ corruptiſſime legebant̃ ex Apollonii lectiōe reſtituius. In Georgicorum primo carmen ſic corrupte impreſſum eſt

Aut arguta lacus circumuolauit Irundo   Cum ſic legi debeat

Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo: Tu reliqua ad hunc modum ſi qua inuenias facile corriges.

F I N I S.

TITYRE Tu patulæ recubás ſub tegmine fagi. Inducit̃ paſtor quidá iacés ſub arbore ſecurus & SER.
ocioſus dare operá cátilenæ. Alter uero q cũ gregibus ex ſuis pellit̃ finibus: q cũ Tityꝝ reſpexiſ⁄ Ioſep. Scaliger de
ſet: ita locutus eſt. & hoc loco Tityꝝ ſub pſona Virgilii debemus accipe: nõ tamé ubiq;: ſed tátũ Tityro, in auro. de
ubi exigit rõ. Quod át ſub fago dicit iacere: allegoria é honeſtiſſima: q̃ſi ſub arbore glãdifera: q̃ re rusti. p. 252.
fuit uictus cá. Antea. n. hoíes glãdibus ueſcebát: unde ét fagus dicta eſt απο του φαγειν: qd' eſt
comedere. & hoc uidet̃ dicere iaces ſub umbra fagi in agris tuis tuas retentás poſſeſſiões: qbus

aleris: ſicut ét glãdibus alebant̃ ante mortales. ¶ Tu
patulæ: patulũ dicimus qd' per ſe patet naturaliter: Patulus
ut nares: arbor: patens eſt qd' & aperit̃ & claudit̃: ut Patens
hoſtiũ: & oculi. ¶ Silueſtré muſam. i. ruſticũ carmé.
¶ Tenui auena: culmo ſtipula: unde ruſtici plerũq;
cátare cõſueuerũt: ut alibi: Stridéti miſeꝝ ſtipula di
ſperdere carmé. Dicẽdo át tenui auena: humilis ſtili
genus latéter oſtẽdit: quo (ut ſupra dictũ é) in buco⁄
licis utit̃. ¶ Meditaris: qd' greci μελετω dicũt: p an⁄
tiſtichon meditor dixerũt latini. L. eni & D. interdũ
ſibi íuicé cedũt: unde & ſella ꝓ ſeda dicit̃ a ſedendo.
CANTO. TITYre: Tityrus mercenarii paſtoris
nomé a Theocrito ſumptũ: is. n. ecloga. iii. inqt: Tity
re laſciuas uirgultis paſce capellas: & í ultía. Tityrus
aſt illic miſeros cátabat amores Daphnidis. Hircus
át libyca lígua Tityrus appellat̃: ut Probus aſſerit: &
Meliboeus cura boũ diligés. Scribit idé ꝙ Maro p al
legoriá facit ſe eé Tityꝝ & Meliboeũ: Corneliũ Gal⁄
lũ: q admirat̃ ꝙ Vir. ſolus agros retinuerit. ¶ Patulæ:
apertæ: & late patétis. Patulũ boué Plautus appella⁄
bat: cuius cornua diuerſe ac late paterét: ut Feſt. edo
cet. ¶ Recubás: iacés: qeſcés: iacens át ſemiſupinus ſe⁄
dés ítelligendũ: q̃ qdé uoce: magná Tityri ſecuritaté
& reqeté innuit: Cũ iaceret oí ſpreto timore. ¶ Sub
tegmine: ſub umbra: hic ait poſtea: Tu Tityre létus
in umbra. ¶ Fagi: phagos græce latine uorax dicit̃:
Phago át comedo. Hinc fagus: uel fagus arbor glãdi
fera: ꝙ olim glãdibus ueſcerent̃. Nõ tamé ab re hic
ſub tegmine fagi inqt: ná & in agris Maronis fagus
erat: ut patet ecloga nona. ¶ Silueſtré muſam: ruſti⁄
cũ carmé: muſa. n. cátus dicit̃: muſico cátu cõtendo.
¶ Tenui auena: ſubtili calamo aut fiſtula uel ſtipula:
p qd' gracile dicẽdi: géus oſtẽdit. ¶ Meditaris: medi
tádo canis: exponis: exerces. ¶ Nos patriæ fines.

P. V. M. BVCOLICORVM TITYRVS. MELIBOEVS TITYRVS.

TITYRE TV Patulæ recu
bás ſub tegmine fagi ME.
Agreſté tenui muſam me⁄
ditaris auena.
Nos patriæ fines & dulcia
linquimus arua.

CHRI. TITYRE: Tityrus libyce hircũ ſignificat: Meliboeus græce cura boũ: Sũt át noía de Theocrito ſũ⁄ Tityrus
pta: p Tityꝝ ſe: p Meliboeũ reliquos Mátuáos allegorice ítelligit. Et ſi oꝛnis. v. ſint ptes: ultíæ tamé duæ memo Oratio⁄
ria: & ꝓnũciatio ſolius dicétis ſunt: Príæ át tres ét ad ſcribété ptinét: hæ ſunt íuétio: diſpoſitio: & elocutio. Veꝝ nis
elocutio ea eſt q̃ caracteré ſiue figurá oꝛnis q̃ triplex é: cõficit. Elocutio át hét elegátiá: cõpoſitioné: & dignitaté. Partes
Elegátia ſingula uerba eligit. Cõpoſitio illa iá electa cõſtruit atq; cõponit. Itaq; q̃lé figurá exprimere uolumus:
talia uerba: taliſq; cõpoſitio é adhibéda. Figura át generi reꝝ q̃s ſcribimus accomodáda é. Ergo cũ hic res paſto
ralis ageret̃ humilis oꝛo atq; depſſa fuit eligéda: ac humilis: íſimaq; figura. Quapp cũ elegiſſet. Tityre recubás
ſub tegmíe patulæ fagi: q̃ uerba nullũ hiatũ hént: nihilq; grãde reſonát. tamé ita illa cõſtruxit atq; cõpoſuit: ut il
lud íſimũ elocutiõis géus ñ excederet. Itaq; ſi attéte audias: Tityre tu patulæ recubás ſub tegmíe fagi. Intelliges
oía ſupſſa atq; demiſſá: Ná iudiciũ hoc totũ auriũ mõ ille eruditæ ſint: eé dephédes. ¶ Tityræ: amice ac familia⁄
riter icepit a noíe ꝓprio: qd' í hoíe æq̃li aut íferiori beniuolétiá cõciliat. Sin át ſupior ſit pſona a noíe dignitatis
ſuæ appellari poſtulat. ¶ Tu. q. d. ſolus ex oíbus nobis. ¶ Recubás: qd' ꝓpriũ ocioſi: ſecuriq; é. Ná cui aut negociũ
aut piculũ íminetis minime recubare audet. ¶ Tegmíe. i. í tegméto: a tegẽdo: ut agmé ab agẽdo. ¶ Fagi: glás triá Fugus
gulá cute ícludit̃. Hæc muribus gratiſſima é: & turdis. glires quoq; ſaginat: ſué hilaré facit: carné: & coctibilé: & Tenue
leué: & utilé ſtomacho. Et q̃uis ex abiectis quoq;: & picis: & tiliæ cortice uaſa fiát: ut ex cortice fagi: tamé in quo Subule
dá uſu ſacroꝝ religioſus é fagi cortex. ait Pli. Tenui: diſtat a ſubtili. Tenue. n. diminutioné rei: ut plurimũ notat.
Vnde é tenuis ubi argilla: & tenuæ argétũ: uenæq; ſecũdæ. Hic attenuo & extenuo nec hét laudé: niſi illa dimi⁄
nutio ſit ex uſu: ut ſi dicamus tenuia uellera. Subtile uero acuitaté habet. Ergo laudat̃ ſubtile ígeniũ tenue uitu
pat̃. ¶ Auena: pro oí culmo: ex quo ruſtici fiſtulá faciũt. ¶ Nos patriæ fines: cõtentio é color rhetoricus. eſt. n. cõ
tétio cũ cõtraria cõtrariis opponunt̃. Ité expolitio qa eadé de re ſæpius dicit: ſic in hoc loco. Nos anxii exulamus
tu ocioſus manes. Præterea eſt repetitio. Ná nos in principio clauſulæ repetit̃. Item eſt interptatio q̃ ſæpe affert
magnũ argumentum rei. Nam interpretatur fines patriæ eſſe dulcia arua: quæ res mouet commiſerationé.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Nos patriā fugimus tu Tityre lētus in umbra
Formoſā reſonare doces amaryllida ſiluas. TI.
O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit.
Nanq; erit ille mihi ſemper deus illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet Agnus.
Ille meas errare boues (ut cernis) & ipſum
Ludere quæ uellē calamo pmiſit agreſti. ME.
Non equidē inuideo miror magis undiq; totis
Vſq; adeo turbatur agris en ipſe Capellas
Protenus æger ago hāc etiā uix Tityre duco.
Hic īter dēſas Corylos modo namq; gemellos

¶SER. Nos patriā fu.plus ē q̄ ſi diceret relinqmus:ſic Hor. Teucer ſalamīa:patrēq; cū fugeret.¶ Lētus: ocio
ſus:ut Qui nūc lēti cōſedius aruis.¶ Reſonare doces ama.ſil.i.carmē tuū de amica Amaryllide cōpoſitū doces
ſiluas reſonare:& melius ē ut ſimpliciter ītelligāus.Male.n.qdā allegoriā uolūt:Tu carmē de urbe Roma cōpo
nis celebrādū oībus gētibus.Plus.n.ſtupet Mœlibeus ſi ille ita ſecurus ē:ut tātū de ſuis amoribus cātet.¶ O Me
libœe.ſ.qd miraris deus.i.Cæſar.Hæc ocia.Sane ſecuritatē uel fœlicitatē.¶ Nāq; erit ille mihi deus:Iteratio ipa
excluſit adulatiōis colorē.¶ Sēp.i.& poſt mortē & dū uiuit:Alii.n.īpatores poſt mortē ī numeꝝ referūt deoꝝ.
Auguſtus āt tēpla uiuus emeruit.Hor.Præſenti tibi
maturos largīur honores:Iurādaſq; tuū p nomē po
nimus aras.Sic Luca.de Nerōe:Sed mihi iā numē es.
¶ Sæpe tener no.ab oui.ib.ag.Imbuere ē ꝑprie īchoa
re & iniciare.Nemo āt unā eādēq; rē ſæpe īchoat.Sed
cōſtat ſæpe paſcua mutare paſtores:ſicut ēt ī geor.le
gīus:Itq; pecus lōga ī deſerta ſine ullis Hoſpitiis tātū
cāpi iacet.Vnde neceſſe ē paſtores toties aras ībuere:
quoties mutauerīt paſcua:Inuenīus ēt apud ātiqores
ībuere eē nō īchoare:ſed pfundere & madefacere:ſe
cūdū qd' abſolutus ē ſenſus:ut ſit ſæpe pfundet.¶ Er
rar:paſci:ut Mille meæ ſiculis errāt ī mōtibus agnæ.
¶ Ludere:ſcribere:ut Carmīa q luſi paſtorū.Hor. Po
ſcimur ſi qd uacui ſub umbra Luſimus tecū.¶ Cala
mo agreſti:ruſtico ſtilo:ſicut ſupra Tēui auena.¶ Nō
eqdē īuideo:Excuſat ſe ne frequēs īterrogatio fœlici
tatis aliēæ ex īuidia uēire uideat:dicit ſe admirari potius q̄ īuider.¶ Vſq; adeo:ītātū.¶ Turbat agris:turbamur
ſine ulla diſcretiōe culpæ uel meriti:& īuidioſe tēpora Auguſti carpit latēter.Sane uera lectio ē turbat : ut ſit ī
pſonale:qd' ad oēs ptinet generaliter.Nā Mantuanorū fuerat cōmunis expulſio.Si.n.turbāur legeris:uidet ad
paucos referri.¶ Protēus:porro tēus.i.lōge a finibus:uñ ē paulopoſt:At nos hīc alii ſitiētes ibīus afros.¶ Aeger:
& corpe & aīo æger dr:ut Eſto ægram nulli quondam flexere mariti.¶ Ago āt proprie:Nā agi dicunt pecora.
¶ANTO. Nos patriā fu.anaphora ē.i.relatio de q̄ legito noſtrū carmē de figuris.¶ Dulcia ar.Oui.li.i.de pō.
¶SER. Mori:pro contẽptu.¶ Frigora:ideſt aphrica loca.¶ Aeſtu:æſtiua.¶ Lacertos:genus ſerpẽtis.¶ Theſtylis nomẽ ruſticæ mulieris:quæ meſſoribus æſtu fatigatis diuerſa genera herbaꝝ contundẽs pulmẽtarium his parat:Vel cõcubina Corydonis:Vel Theſtylis.i.fictilis ruſticũ nomẽ:ut ab eo q̃ ponat cibũ ruſticis.¶ Feſſis: uel labore uel æſtu.Vel feſſis.i.feruẽtibus uehemẽti ardore fatigatis:uel laboris iſtantia.¶ Allia ſerpillũq;: herbas calidas q̃ æſtũ repellunt.Nã ut etiã Plinius dicit in naturali hiſtoria:Oĩs medicina aut a cõtrario aut a ſimili q̃ritur:Vnde etiã calor põt aut frigore:aut alio calore depelli.Hinc eſt qd' in ultima ecloga:cũ amator remediũ q̃rat ardori:dicit ſe ituꝝ ad ſcythiã aut ad æthiopiã:ut Aethiopũ uerſemus oues ſubſidere cãcri: q̃rũ regionũ altera eſt frigidiſſima:altera feruens calore. Sane ſerpillus herba ẽ q̃ i græco aſpirationẽ hẽt: quã græci ερπιλλον dicunt.In multis.n.noĩbus:quæ in græco aſpirationẽ habẽt:nos pro aſpiratione ſ ponimus:Inde ẽ pro herpillo ſerpillũ:pro ἓξ ſex: ꝓ ἑπτα ſeptẽ.¶ Rapido æſtu:uehemẽti feruẽti.¶ Feſſis autẽ uel æſtu uel labore.¶ At mecũ raucis tua dũ ueſtigia luſtro Sole ſub ardenti reſonãt arbuſta cicadis: Ad ſiper.d.fuerit:erit hyperbaton:ut ſit dũ tua luſtro ueſtigia:ad me arbuſta reſonãt cum raucis cicadis:Sed melius eſt ut at cõiunctio ſit:& ita intelligamus:Theſtilis herbas tritas meſſoribus parat:uerũ mecũ reſonãt arbuſta cũ raucis cicadis.¶ Triſtis Amaryllidis: bene addit triſtes (Plerũq; enim:ut ait Terentius:Amantiũ iræ amoris:redintegratio eſt)ut ueram iram oſtẽderet:non fictam illam quæ aliquid gratiæ habere conſueuit.Vnde Oratius: Vrit grata ꝓteruitas.¶ Superba faſtidia:ex faſtidio enim uenit omnis ſuperbia.¶ Nonne Menalcam? Tres dicitur amaſſe Virgilius: Alexandrũ quem donauit ei Pollio & Cebetem puerum cum Leria puella:quos a Mecœnate dicitur accepiſſe:unde uolũt quidam per Amaryllida Leriam:per Menalcham Cebetem intelligi.

¶ANTO. Mori me deniq; cogis.Theocritus ait in ultima: Poſtq̃ difficilis nunq̃ miſeraꝛ amicum Ille meũ miſeroq; mori:ſed cogit amore.¶ Nunc etiam.ꝓ.arguit amoris furore uexari:nam cum cæteri omnes: & animalia bruta quieſcant ſolus ipſe uagatur ſub ſole ardenti.¶ Nunc uirides etiam :Theocritus in ultima inquit. Quo nunc chare die nitido flagrantibus auris tendit inter uirides rapido ſpineta lacerta Symichida ſub ſole tegunt fœlicibus umbris:ac etiã obſcœna uolucres nunc frigus opacum Et molles altis captant i' mõtibns umbras.¶ Theſtylis:ruſtica mulier:ſed ueneficæ nomen in ſecunda Theocriti ecloga de qua quidem ſic ille: Nãq; potes:ut nempe facis peiora uenena.¶ Quã circe latio:medæa uel improba colchis.¶ Allia:allium antiqui:& inſanientibus dabant crudum:ut ſcribit Plinius lib.xx.& Galeni auctoritate eſt allium tyriaca ruſticoꝝ.¶ Serpillum:id putant a ſerpeno dictum : quod in ſylueſtri euenit in petris maxime:ſatiuum non ſerpit capitis doloribus decoctũ in aceto linitur tpibus ac fronti cum roſaceo.Item phreneticis auctor Pli.li.xx.¶ At mecum: ordo eſt ad dum ueſtigia tua luſtro ſub ſole ardenti arbuſta mecũ reſonãt cicadis raucis.i.ꝑpter cicadas uel cũ cicadis.¶ Cicadis:cicadæ oleas maxime amant:ut minus umbroſas loca.n. frigidiora aſpernantur.quãobrẽ in opacis nemoribus eẽ nequeũt: Ariſt.id ſcri.li.v.de anima.plura etiã Pli.li.xi.& Stra.li.vi.Ci. The.item in ultima ait:Hic eſt graciles rapido ſub ſole cicadæ Vocibus aſſiduis crepitabãt æſtibus aptæ.¶ Nõne fuit ſatius:q̃ amaryllida propter alex.reliquerit ſeſe arguit.¶ Satius:melius.¶ Superba fa.Faſtus ineſt pulchris:ſequiturq; ſuperbia formam.Irriſum uultu deſpicit illa ſuo.Ouid.in faſtis Menalcam:ruſtici pueri nomen.

Theſtylis
Tyriaca Ruſticorum
Serpillũ

¶CHRI. Mori me de.co.Magnam ꝓbat eſſe crudelitatẽ cum ad mortẽ deducat.¶ Nunc um.Quãto amore afficiaꝛ ꝓbat quoniã quo tẽpore & lacerti qui ſua natura frigidi ſunt & meſſores q aſſueti ſunt caloribus ferre æſtũ non poſſunt ipſe cogaꝛ in ſole ardẽtiſſimo:& quẽ ſolæ cicadæ perferãt illius fugitiui ueſtigia inquirere. ¶ Vmbras & fri.i.umbroſa frigora:ad quæ in calore nos recipimus.¶ Spineta loca:ſpinis denſa:ut dicimus a q̃rcubus querceta: a pinu pineta ab æſculis æſculeta:& ſic in multis aliis:a ſalicibus uero & roſis & uiolis: potius ſalicta roſaria & uiolaria dicimus.¶ Cicadis:cicadarum duo ſunt genera:Minores quæ primæ ꝓueniũt: & nouiſſimæ ꝑeunt:ſuntq; mutæ quæ canunt uocatur achetæ:& quæ minores ex iis dicũtur tetrigometræ.Nullæ tamen canunt niſi mares:gentes orientales:& etiã parthi q̃uis opulẽti illis ueſcunꝛ:unũ hoc ex iis quæ uiuunt ſine ore eſt pro eo quidam aculea tũ linguis ſimile:& hoc in pectore quo rore lãbunt pectus ipm̃ fiſtuloſum: Hocq; canunt rore tantum uiuunt in uentre nil eſt.Nullũ habent ad excrementa corporis foramẽ:in agro rhegino ſilent oẽs.Vltra flumen in locris canunt hæc Pli.ait Stra.Cum flu.alex.rheginum agrum a locrẽſi diuidat qui ꝑ uallem ꝓfundam curſum hẽt cicadæ quæ in locroꝝ ripa uerſantur canoræ ſunt quæ i rhegio:& mutæ: nã a locrenſi agro ripa eſt aprica:quæ illaꝝ alas aridas:& corneas reddit:unde aperte ſtridor emittiꝛ. In rhegino autẽ multa umbra afficit cicadas ita roſidas:ut allarum pelliculas minime pãdant:Eſt apud Locros:Eunoni citharedi ſtatua quæ inſidentẽ cythare cicadã habet.Nam cum hic cum Ariſtone rhegino in pythiorũ certamine de muſica certaret:& inter certandũ corda una fracta defeciſſet cicada ſuperuolans aſtitit:& ſupplemẽta uocis fecit.Ariſtotiles in lib.de animali.refert in cephalenia inſula flumẽ eſſe cuius altera ripa cicadarum copiam habet:altera omnino nullã.So.ãt tradidit graniũ huius ſilentii cãm ſcripſiſſe q̃ cũ obmurmurarent illi Herc.quieſcenti iuſſit deus ne ſtreperẽt:itaq; cœptum ex eo ſilentiũ permanet.¶ Luſtro:oculis cuncta luſtrando circũſpicio.¶ Triſtis:pro triſtes:ab effectu q̃ mihi triſticiã afferũt.¶ Suꝑba faſtidia:qa ex ſuꝑbia me faſtidit.

O formoſe puer nimium ne crede colori:
Alba liguſtra cadunt Vacinia nigra leguntur.
Deſpectus tibi ſum:nec quis ſim quæris Alexi.
Quam diues pecoris niuei:quã lactis abũdãs.
Mille meæ ſiculis errant in montibus Agnæ.

¶SER. O Formoſe puer:bene dicit Donatus ſuſpendendum o:& ſic dicendum:Formoſe puer ut intelligamus per iram eum aliud uoluiſſe dicere:ſed in hæc uerba ne Alexin offenderet amoris neceſſitate cõpulſum. ¶Ne crede:ne confide.Saluſtius:Virtuti ſatis credebant:ideſt confidebant. ¶Alba liguſtra cadunt:& ruſtice:& amatorie ex floribus facit comparationem.Liguſtrum autem flos eſt candidiſſimus:ſed uiliſſimus.Vacinia uero ſunt uiolæ:quas purpurei coloris eſſe manifeſtum eſt. ¶Quam diues pecoris niuei:Tria ſunt qbus amatores poſſunt placere:diuitiis:pulchritudine:cantilena:quibus omnibus ſe ualere commemorat. Et multi ſecundum Homerum qui ait:χαι γαλα λευκον legunt:niuei q̃ lactis:ſed melius eſt q̃ diues pecoris niuei.Nam candidæ oues in ingenti ſunt precio. Vnde in Georgicis legimus:Cõtinuoq; greges uillis lege mollibus albos:Item alibi:Munere ſi niueo lanæ ſi credere dignum eſt. ¶Mille meæ ſiculis errant in mõtibus agnæ.Theocritus.αλλ σῦτοσ τοιοῦτος ἐὼν βοτα χιλια βοσκῶ. ¶Errant autem:cum ſecuritate paſcuntur:& quod ait agnas:& a ſexu & ab ætate laudauit.nam ex fœmineo ſexu in pecoribus copioſior poſſeſſio prouenit.

¶ANTO. O formoſe:poteſt hic eſſe uocandi aduerbium:ſed melius doloris interiectio. ¶Crede:confide. ¶Liguſtra.liguſtrum arboris genus eſt:ait enim Pli.lib.xvi.cap.xxxi.liguſtra teſſeris utiliſſima. Item Vacinia
Italiæ in aucupiis ſata.galliæ uero etiam purpurea tingendi cauſa ſeruorum ueſtes.Intelligi põt igitur liguſtrũ Ligu/
albos flores producere nulli rei idoneos.Vacinia uero nigros ſeu purpureos qui ad tingendas ueſtes leguntur. ſtrum
Item quoq; lib.xxiiii.inquit ſic:Liguſtrũ eadem arbor eſt:qui in oriente Cyperos:ſuos in Europa uſus habet. Vacinia
¶Deſpectus tibi ſum:Tertia Ecloga Theocritus ſcribit:Cara amarylli animo ſemper gratiſſimo noſtro Cur miſerum uiridi latitans formoſa ſub antro Me fugis & uocitas tu me nõ amplius unq̃. Nimirũ tibi deſpectus ſum meq; peroſa es. ¶Nec qui ſim:legendum eſt qui non quis. ¶Quã diues:a tribus ſe laudat:diuitiis:cantu:forma.his enim rebus põt allici amor. ¶Pecoris niuei:color enim albus ut etiam ſcribit Columella lib.viii. tũ optimus eſt:tum etiam utiliſſimus:quod ex eo plurimi fiunt.

¶CHRI. Colori pulchritudini:Eſt enim pulchritudo recta proportio membrorum decenti colore ſuperinfuſa:admonet igitur ne formæ cõfidat quoniã res illa caduca:& momentanea eſt:Nam ut ait Salu. dignitas formæ aut morbo aut ætate defloreſcit. ¶Liguſtra.Plini.ſic ſcribit:Non niſi in aquoſis proueniunt ſalices alni populi:Siler:liguſtra teſſeris utiliſſima.Item uacinia italiæ in aucupiis ſata:galliæ uero etiam tingendi cauſa ad ſeruorum ueſtes Columella in hortis ſic ait de liguſtro.Et nigro permixta liguſtro balſama. In quo loco uidetur pro herba poni liguſtrum:quod etiam tenẽt medici:apud quos liguſtrum herba eſt quæ uiolabilis maior dicitur.qui per ſepes:& macerias ſerpit.Vel ut aliis placet herba eſt quæ dicitur caprifolium. alio loco idẽ Plini.ait.Liguſtrum eadem arbor eſt cuius acini cõtra phthyriaſim ſunt efficaciſſimi.Ergo & herba:& arbor erit ut de loto:& de nonnullis aliis uidemus. ¶Deſpectus tibi ſum:Iuſtiſſima querela quod antea deſpiciat q̃ qui ſit queſiuerit:q; recti eſt:ſed animi iam perturbati. ¶Diues:Et genitiuo iũgitur:ut hic:& ablatiuo. Hora. Diues agris diues poſitis in fœnere numis. ¶Pecoris:Quicquid humana effigie caret dicimus pecus:pecudẽ uero de inſectis dicere nõ uidemur:Cum dicimus beſtia crudelitatem uidemur exprimere:Cum uero beluas magnitudinem:& quaſi monſtruoſitatem.Feras opponimus cicuribus. ¶Mille.ſ.n.fuit apud priſcos. Varro. ĩ .xviii.humanarum:ad Romuli initium plus mille:& cẽtum annorum eſt.Item Cicero Milone in quo fundo illius inſanas ſubſtructiones mille hominum uerſabaẗ. ¶Lac nouum:ideſt recens:& nuper emunctũ:& quod non ſit iam coagulatum:& ſale cõditum.Non autem intellexit nouum:ideſt primum illud quod a fœtu prouenit.quã coloſtram in fœminino genere dixit Plautus Mea coloſtra meus melliculus caſeus. Et Columella ait de lacte ſcribens:exiguum emulgendum eſt quod paſtores coloſtram uocant. Et niſi aliquatenus emittiẗ nocet agno.Ergo non lac nouum eſt colloſtrum:ſed ut Plini.ait Spongioſa denſitas lactis a partu.Lac igitur cõueniens cibus eſt infanti quia eſt ſimile menſtruo ſanguini quo in utero nutritus eſt.Lac habentium dentes in utraq; maxilla non coagulanẗ.niſi forte lixetur:& dureſcat:quia ſubtile nimium & tenue. In alio coagulatur pinguedo ex frigido.Subtile dulcius eſt:Cameli tenuiſſimum.deinde equæ:poſtremo aſinæ:& ideo conſumptis datur:ut eos humefaciat.Lac quod eſt ſtatim poſt partum:& coloſtrum uocatur:nihil ualet:quia eſt purgamentum matricis.Quod autem nimis remotum eſt a partu:nimis eſt tenue:qa nobilius deſcendit ad matricem in libidinem quæ deſiderat conceptus:& ſanguis menſtruus deſcendit ad uias conſuetas:unde lac frequentius coeuntium deterius eſt:quia pars illa nobilior quæ eſſet itura ad mammillas per coitũ defluit. Subſtãtia lactis:triplex:eſt caſeus:ſerum quod aquoſius eſt:& butirum quod unctuoſius. ¶Amphion:lĩceus thebarum rex uxorem habuit Antiopem.Ex ea iuppiter Amphionem ac zetum filios ſubſtulit:alii Caam tertium addunt.Verum hac re offenſus cum illam pregnantem nouiſſet:Linceus ea repudiata.Dyrcem ſolis filiam nouam uxorem ſuperinduxit quæ a marito impetrauit:ut Antiope in uincula coniiceretur.Sed iuppiter calamitatem cõmiſeratus eam ſoluit:illa in cytheronem montẽ aufugit:ubi filios quos dixi peperit:qui expoſiti a paſtore nutriti ſunt.Zethus autem cum adoleuiſſet:Dircem tauro alligauit:a quo tracta diſcerptaq; eſt:& tandem in fontem ſui nominis immutata.Plutarchus in libro de muſica refert Heraclide auctore Amphionem thebanum:quem Antiope Ioui peperit primum a Ioue patre ethareticam poeſim edoctũ fuiſſe.Idq; probat ex iis quæ in ſyrione de ſacris argiuorum:& poetis:& muſicis ſcripta ſunt:Plinius autem ubi de rerum inuentoribus tribuit muſice inuentionem:& lydios modulos Amphioni.

Lac mihi non æſtate nouum non frigore defit.
Canto quæ ſolitus ſi quando armenta uocabat
Amphion Dircæus in actæo Aracyntho.
Nec ſum adeo iformis. nuper me in littore uidi.
Cũ placidũ uentis ſtaret mare. nõ ego Daphni
Iudice te metuam ſi nunq̃ fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atq; humiles habitare caſas & figere Ceruos

SER. Lac mihi nõ æſtate nouũ: nõ frigore defit: multo melius q̃ Theocri. Ille. n. ait: τυρος ου λει πει μου ουτ εν θε ρει ουτ εν οπωρη ουχει μῶνος ακρω. Sed caſeꝰ ſeruari põt: nõ mirꝝ ẽ ſi quouis tẽpore qs hẽat caſeũ. Hoc uero laudabile eſt ſi qs hẽat lac nouũ. i. coloſtrũ: qđ neutri generis ẽ: nã fœminini eẽ penitus nõ põt. Sane hunc uerſum male diſtinguẽs uirgiliomaſtix uituperat Lac mihi nõ æſtate nouũ: non frigore: defit. i. ſp mihi deeſt. Amphion dircæus ĩ actæo aracyntho: Amphion & Zetus frẽs fuerũt ex Ioue & Antiopa: ſed Zetus ruſticus fuit: Amphiõ uero muſicæ artis pitus. Sane aracyntus mõs ẽ thebãus: unde actæo litorali debẽus accipere: ut At pcul ĩ ſola ſecretæ troades acta: nõ athẽiẽſis: licet athenæ αντις prĩo dictæ ſint: quãq̃ pleriq; actæo aracyntho athẽiẽſi accipiãt: nõ q; aracynthus apud athenas ẽ: ſed ut oſtẽdat ruſtici ĩperitia. Nã Theocr. ad exprimẽdã ruſticã ſimplicitatẽ multa aliter q̃ res hẽat dicit hac rõne põt & Oaxis cretæ fluuius accipi: cũ ſit ut diximus meſopotamiæ. Nec ſum adeo iformis uerecũde ſuã cõmemorat pulchritudinẽ: Sic Cice. in cœliana: Vt eũ pœniteat nõ deformẽ eẽ natũ. Nã pulcherrimũ uoluit dicere. In littore uidi: Cũ placidũ uẽtis ſtaret mare: Negat hoc p rerꝝ naturã fieri poſſe: ſed Theocritũ ſecutus ẽ: qui hoc dicit de Cyclope. ηγαρπραν ες ποντον ες εβλεπον ηνδε γαλανα. Sed illic ẽ excuſatio: uel qa ĩgẽtẽ hẽt oculũ Cyclos: uel qa filius Neptuni ẽ: Vnde qa ait ĩ littore: uolũt qdã in aq̃ a fluctibus derelicta. i. ĩ lacuna littoris ſe eũ uidere potuiſſe: quã rẽ illud excludit Cũ placidũ uẽtis ſtaret mare: ſed iõ in mari imago nõ cernit: qa nõ ſtat: qđ ſi ſtet nõ põt ẽt nobis imaginẽ reddere. Nõ ego Daphni: Daphnis filius fuit Mercurii formoſiſſimus puer: q prĩus dr paſtor fuiſſe. Si nũq̃ fallit imago: Nulla. n. res ita decipit quẽadmodũ imago: nã & ĩ ſpeculo cõtraria oſtẽdit uniuerſa: & in aq̃ remũ itegrũ q̃ ſi fractũ uidẽus: qđ ẽt Ci. Ptuſ. pleius docet. Iudice te metuã: ac ſi diceret q meã deſpicis pulchritudinẽ. Tibi ſor. ru. utinã libeat tibi mecũ habitare. Rura tibi ſordida. i. q̃tu putas ſordida: nã tibi bis accipĩus. Sane meliꝰ habito illã rẽ q̃ habito ĩ illa re dicĩus. Nã ẽt prĩcipalitas huius uerbi frequẽtatiui accuſatiuũ regit: ut habeo illã rẽ: ĩde fit habito illã rẽ: nõ in illa re: ut habitare caſas. Figere cer. aut furcas quæ figunt ad caſæ ſuſtẽtationem: quæ dictæ cerui ad ſimilitudinem cornuũ ceruinorũ: Aut quod melius eſt Figere ceruos: ideſt uenari: & iaculari intelligamus: ut magis ad uoluptatem eum q̃ ad laborem inuitare uideatur.

PRO. Canto quæ ſolitus ſi quãdo armenta uocabat Amphion dircæus: amphionem & Zetum: Euripides: & apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei filia ait: Natos cãtãdo potuiſſe armẽta uocare Teſtãt id Thebæ: quas Apollonius in argonauticis a fratribus antedictis muro eſſe clauſas ait. Sed Zetus humeris ſaxa cõtulit operi: Amphion cãtu uocauit: Siquidẽ ſenſus aĩalium facilius q̃ ſaxa uincunt. Panniaſis & Alexander Lyrã a Mercurio mũeri datã dicit: qđ primus Cynarã liberauerit. Dircæum autẽ dixit pro thebano a fonte dirce. Actæo aracyntho: amœno mõte thebão: quẽ actæũ dixit nõ atticũ. Sed qđ ibi acteon a canibus ſit laceratus.

ANTO. Lac mihi nõ æſtate nouũ: ĩdicat ſuas oues optĩas eẽ adeo qđ nec æſtate nec hyeme corrugãt: Nã ĩquit Columella li. viii. id pecus frigoris ĩpatiẽtiſſimũ ẽ: nec minus æſtui uaporis. Lac nouũ. i. recẽs ĩtelligit. n. illud de quo Varro. li. ii. ſic ait A mulgẽdo atq; ortu optimũ ẽ id qđ neq; lõge abeſt a mulſa neq; a partu cõtiuo ẽ ſumptũ. Id autẽ dixit pp̃ter Coloſtrã quæ mala ẽ: de q̃ qdẽ Columella li. viii. ſic ait agnus aũt quũ ẽ editus erigi dicit: atq; uberibꝰ admoueri tũ eius deductũ os: pſſis humectat papillis: ut cõdiſcat maternũ trahere alimẽtũ: ſed priuſq̃ hoc fiat exiguũ emulgẽdũ ẽ: q; paſtores coloſtrã uocãt: ea niſi aliquatẽus emittit: nocet agno. Defit ita legẽdũ ẽ: nõ deſit p ſſed p f defit. Amphiõ dyrcæus: Amphiõ Iouis filius: prĩus ĩuẽit muſicã prĩus itẽ cũ

Amphion cythara cecinit: prĩus illã ĩuẽit: ut alii Orphe. ut alii Li. Pli. auctor. li. vii. De hoc Ho. ait ĩ arte. Dictus & Amphiõ thebanæ cõditor urbis Saxa moueꝛ ſono teſtudinis: & p̃ce blãda ducere quo uellet. So. uero ait: Thebas cõdidit Amphion: nõ qđ lyra ſaxa duxerit: neq;. n. par ẽ. ita geſtũ uideri: ſed q; affatus ſuauitate hoĩes rupium ĩcolas: & incultis moribus rudes ad obſeqi ciuilis pellexerit diſciplinã: Apud thebas ãt eodẽ auctore Dirce fons eſt: inde dyrcæus. Actæo aracyntho: mõs ẽ aracynthus clarus ĩ acharnania Epiri pte: ut docet Pli. lib. iiii. Actæo ãt. i. litorali. Acte. n. littus dr Lactã. uero li. iiii. th. ſcri. q; actea dr regio attica. uñ Vir. & mõtẽ atticũ aracynthũ: actæũ dixit. Pro. ãt ſic ait. a mõte amœno Thebão: quẽ acteũ dixit nõ atticũ ſed q; ibi actæõ a cãibꝰ ſit laceratus. Nec ſũ adeo ĩfor. Poly. quoq;. vi. Theo. ecloga. ad gala. ait. Nec ſum ade ĩformis fama iã notus ĩ orbe. Nup in obliquo ſpeculãs me littore uidi. Quũ placidũ uẽ. ſta. ma. da. de hoc circa prĩcipiũ dixĩus cui: & Maro. ĩmo: illud epith. ſcri. Daphnis ego ĩ ſyluis hĩc uſq; ad ſidera notus. Formoſi pecori cuſtos formoſior ip̃e. Ipſe idẽ in. ii. Theo. ait ille ſum Daphnis cui letis paſcere cãpis cura boues dõitos: & duros ducere tauros. Fõtibus & liqdis plenas depellere uaccas. Si nũq̃ fal. ima. Id dixit: qa uera imago uix appere põt in aqs. Vñ ut ẽt Alexãder aphrodiſeus ĩ pbl. ſcribit. Numus & pomũ in aq̃ maiora q̃ ſint uident: q; adiũcta ipſis aq̃ eorꝫ recipit colorẽ aſpectũq; decipit: utpote quæ maiora uideant &c. O tantum libeat: obtãdi aduerbiũ. Tibi ſor. q̃ tu ſordida putas.

CHRI. Dyrcæus: thebanus a dyrce fonte q a Dyrcæ ĩ eũ cõuerſa nomẽ habuit. Hora. Multa dyrceũ: leuat

Aracynthus aura cygnũ. i. Pĩdarꝫ uatẽ. Aracyntho: hic mõs: ut ſcri. Pli. in. iiii. eſt in Acharcania Daphnis: ut ſupra dixi filius fuit Mercurii ex nympha paſtorali uitæ deditus: q̃pp ſi quẽ excellẽtiorẽ paſtorẽ inducũt poete: eũ Daphnim appellãt. Sordida tibi. i. quæ tibi ſordẽt. Nã multis amena uoluptuoſaq; ſunt: ergo repete bis tibi: & ſit: libeat tibi: & ſordida tibi. Non enim uituperat rem ad q̃ puerum allicere cupit: ſed dixit ſordida tibi: quaſi admirãbundus q; ſorderent. Caſas. Minores ſunt q̃ domus: & quæ facile male ſuffulte cadere poſſint.

¶SER. Viridi hibiſco: ad hibiſcū cōpellere: ſcilicet a lacte depulſos. Hibiſcus autē genus ē herbæ: & ſic dixit hibiſco: ut It clamor cælo. i. ad cælū. ¶ Imitabere pana canēdo: exēplo numinis in agris mecū poteris canere. Nā Pan deus ē ruſticus ī naturæ ſimilitudinē formatus: unde & Pan dictus ē. i. oē. Habet. n. cornua ī radiorū Solis & cornuū Lunæ ſimilitudinē. Rubet eius facies ad ætheris imitationē. In pectore nebridē habet ſtellatā ad ſtellarū imaginē. Pars eius īferior hiſpida ē ꝓpter arbores: uirgulta: feras. Caprinos pedes habet: ut oſtēdat terræ ſoliditatē. Fiſtulā ſeptē calamorū habet ꝓpter harmoniā cæli: ī q̄ ſeptē ſoni ſunt: ut dixius ī æneides: Septē diſcrimina uocum. ραβδον habet: ideſt pedum propter

Hædorumq; gregē uiridi compellere Hibiſco.
Mecum una in ſiluis imitabere Pana canēdo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit. Pan curat oues ouiumq; magiſtros.
Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.
Hæc eadē ut ſciret quid nō faciebat Amyntas?
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis

annū qui in ſe recurrit: quia hic totius naturæ deus eſt: a poetis fingitur cum amore deo luctatus: & ab eo uictus: quia ut legimus Omnia uīcit amor: ergo Pan ſecūdum fabulas amaſſe Syringā nymphā dicitur quā cum ſequeretur: illa īmplorato terræ auxilio in calamū cōuerſa eſt: quem Pan ad ſolatiū amoris īcidit: & ſibi fiſtulā fecit. Sane ſciēdum Pana. pa. habere accētū: græca. n. monoſyllaba q̄ ad nos tranſeunt creſcūt ī obliqs caſibus: & ī genitiuo & ī datiuo ſingularibus ultimæ ſyllabæ accētū dāt: ut Panos pani: Lyncos lynci: plurales etiam iſti duo habent accentum: licet ad nos tranſire nō poſſint. ¶ Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellū: nō tibi parū uideat. Terē. At. n. quātū hic opis fiat non pœnitet. i. parū uidet. Et notādū pœniteat triuiſſe: p̄teritū ꝓ p̄ſenti poſitū uſurpatiue quod in defectiuis licenter fit: ubi p̄ſens non īuenitur: ut Quanq̄ animus meminiſſe horret. ¶ Labellum: Inaniſſimam quidam tentant facere diſcretionem: ut uirorum labra: mulierum labia dicātur. ¶ Quid non faciebat amyntas? Quemadmodum mihi non obſequebatur: & ex affectu alterius hunc cogit. ¶ Diſparibus ſeptē compacta cicutis: inæqualibus cannis: nam & harmonia inæqualis eſt. ¶ Cicuta āt eſt ſpatium: quod eſt inter cannarum nodos. ¶ Compacta: coniuncta: ut Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe.

¶ANTO. Hibiſco: paſtinacæ ſimile hibiſcum oſſibus fractis medetur: folia eius ex aq̄ pota aluū ſoluūt Pli. li. xx. ¶ Pā pri. Ab exemplo conat̄ allicere puerum ad fiſtulæ gratiam. Pā āt: ut Herodotus li. ii. ſcri. e penelope: & Mercurio genitus dicitur a græcis: uolebant autem per ipſum pana uniuerſæ ſubſtantiæ materialis damnatorem ſignificari: de quo late Macro. li. i. ſat. Fiſtulam uero pā primus īuenit teſte ēt Pli. li. vii. Meminit itē Oui. lib. i. met. ¶ Pœniteat. i. pigeat uel tedeat. Teren. in phor. Noſtri noſmet pœnitet amyntas: ab ultima Theocriti nomen ſumpſit Maro: eſt enim. Ibi tres comites gelidas ibamus alētis ad undas: Eucritus: Hic ſimilis mecū formoſus amyntas. ¶ Eſt mihi: laudat munus quo facilius attrahat puerum. ¶ Compacta: coniuncta.

¶CHRI. Hibiſco: In neutro genere poſuit Plini. Eius uerba hæc ſunt Hibiſco a paſtinaca gracilitate differt. Dānatū in cibo ſed medicinæ utile. ¶ Pana: pan ſecūdū fabulas natus eſt ex Demogorgone atq; ex chao una cū tribus parcis: quē Demogorgon cū cæteris aptior uideret̄ domui præfecit illiq; parcas ſorores dediſſe quas dedit Demogorgonē æternū intelligit deū: qui chaon ideſt elementoꝝ confuſionē diſtinxit: & in ordinē in quo nūc ſunt redegit: ac uim quādam naturā naturatā noſtri uocāt rebus oībus indidit q̄ cūcta fierent: creſcerētq;. Hunc pana appellarūt ab eo qd̄ eſt παν. i. omne: quia de iuſſu oīa inde ſunt propter q̄ rem naturæ deū illū dixerunt. Aſſunt tibi tres parcæ: qa cuncta quæ elemētis conſtant oriunt̄ creſcunt: atq; itereūt. Effigiē huius dei pulcherrime Ser. exprimit: Certauit cū amore: & ab eo uictus: qa natura naturata: q̄ ſtatim a prima cauſa ꝓducta cū ſuo opere delectaret̄: dictus eſt ab amore deuictus. Dictus eſt etiā amaſſe ſyrīga. i. harmoniā: quia nihil facit natura ſine harmonia: & ꝓportiōe. Hunc deum in ſummo honore apud ægyptios habitū Diodorus ſcribit. Cū & in oībus ſuis tēplis ſtatuas poſuiſſent: Et ſecūdum Thebē urbem ædificaſſent quā chemon (Id. n. eſt urbs) Panos appellarunt: Et cū priapo ſacra faciunt propter illud mēbrum. Vnde & ortus oīum aīalium Pana propter eandē cauſam ueluti nature deum colunt. Euſebius autē de p̄paratione euangelica ait: Pana uniuerſi ſymbolum obtinere. Nam quod alibi dicit de morte panos: alia ratio eſt. neq; huic loco quadrat. ¶ Calamo: græcum eſt: proprie gracilis harundo quāuis pro ſegetis culmine capiat̄: quia in illis īternodia caua ſunt: ut in calamis: puto harundinē ueluti genus eſſe cuius duæ ſunt ſpecies. Calamus qui gracilior: & cāna quæ craſſior: Calamus
Ait enim Pli. Nā in india illis eſt arboreoa amplitudo qualem uulgo in tēplis uidemus. Nauigiorum etiam uincem præſtant ſingula internodia principatum tenent harūdines belli paciſq; experimentis neceſſariæ: atq; etiam in delitiis gratæ: Tegulo enim earū domus ſuas ſemptētrionales operiūt. In reliquo orbe: & cameras læuiſſime ſuſpendunt chartiſq; ſeruiunt calami ægyptii: maxime cognatione quadā papyri: probatiores tamen gnidii: & qui in Aſia circa anæticum lacū naſcuntur: Ex coma illarū caupones pro pluma ſtrata replent. Oriētales populi pro miſſilibus utunt̄: his ſoles obumbrāt propter hoc dies ſerenos optāt: uentos odere: & imbres: qui inter illos pacē eſſe cogunt. Vtuntur his ſpiculis. Aethiopes: Aegyptii: Indi: Arabes: Scythe: Bactre: Sarmatæ: & omnes parthorum populi. p̄cipuus hic uſus ī cræta. Sed tamē nullus ſagittis aptior calamus: quā his qui in Rheno Bononienſi amne gignit̄ cui plurima eſt medulla ponduſq;: & cōtra flatus peruicax. Creticus tamē longiſſimus eſt inter nodiis: eſtq; illi obſequiū quo libeat flecti calefacto. Eſt itidē alius calamus totus cōcauus quem Syringam uocant utiliſſimus fiſtulis: quoniam nihil eſt ei neq; cartilaginis neq; carnis: Eſt Orchomenius cōtinuo foramine peruius quē auleticon uocant hæc tibiis utilior fiſtulis ille. Quapropter finxerūt pana ſyringem amaſſe qui in ſyringa harundinem conuerſa ſit: quoniam ex ea harundine primus fiſtulam inuenit Syrīga
teſte etiam Plinius. ¶ Eſt mihi diſparibus. Commendauerat ſe a diuitiis: a muſica a pulchritudine: inuitauerat ad amœnitatem ruris: in quo etiam ſit pan. Nunc offert donum: quod laudat ab auctore.

Fiſtula. Damœtas dono mihi quã dedit olim
Et dixit moriens te nunc habet iſta ſecundum.
Dixit Damœtas, inuidit ſtultus Amyntas.
Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli ſparſis etiam nunc pellibus albo.
Bina die ſiccant ouis ubera quos tibi ſeruo.
Iam pridẽ a me illos abducere Theſtylis orat
Et faciet quoniam ſordent tibi munera noſtra.
Huc ades o formoſe Puer tibi lilia plenis
Ecce ferũt Nymphæ calathis tibi cãdida Nais
Pallentes Violas & ſumma Papauera carpens
Narciſſum & florẽ iungit bene olentis Anethi
Tum Caſia atq; aliis intexens ſuauibus herbis
Mollia luteola pingit Vacinia Caltha.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine Mala
Caſtaneaſq; nuces mea q̃s amaryllis Amabat.

¶ SER. Et dixit moriẽs te nũc hẽt iſta ſcd̃m: Cõmẽdat munus: & ex eo qđ ei hæreditariũ datũ ẽ & ex eo qđ ĩuidiã meruit. Nã res optiæ & difficile donãt a uiuis: & acceptæ facile merẽt ĩuidiã. ¶ Præterea duo nec tuta mihi ualle repti: cõmẽdat a difficultate: ſic ĩ prĩo: Relliqas troia ex ardẽte receptas. ¶ Sparſis ẽt nu. pel. al. q hẽnt adhuc maculas a prĩa ætate uenientes. Acceſſu. n. tẽporis mutãt colorẽ: & eoꝶ maculæ eẽ grẽ minoris ĩcipiũt: ergo dicit ſeruo tibi capolos: q adhuc ſunt pellibus albo aſpſis. ¶ Quos etiã nũc tibi ſer. i. quos adhuc tibi ſeruo: licet roger a Theſtyli amica: q̃ hos a me cupit abducere. ¶ Siccãt: ſugunt. ¶ Orat abdu. orat ut abducat: & figuratũ ẽ: ut donat hẽre. i. dõat ut hẽat. ¶ Et fac. noluit dicere & faciã: ne quẽ amabat offenderet: ſi ſe uelle alteri dare munus diceret: qđ ei parauerat. ¶ Huc ades o for. pu. tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphæ calathis: Tãtũ honoris hẽt puero: ut ei dicat ẽt numina obſecutura. Sane calathus græcũ ẽ: nã latĩe q̃ſillũ dr̃. Cic. ĩ phi. Ac uero ĩter q̃ſilla pẽdat aurũ. ¶ Cãdida nais: uel pulchra: uel dea. Nã dii ũbris cõtrarii ſũt: q̃s nigras eẽ cõſtat: Hĩc ẽ Cãdidus ĩſuetũ mirat limẽ olympi. ¶ Pallẽtes uio. amãtiũ tĩctas colore. Orat. Et tĩctus uiola pallor amãtiũ: Vnde nõ pter affectionem amãtis eos flores nymphas dicit offerre: q ſũt amãtibus ſimiles. Sãe Pauer: Narciſſus: A nethus pulcherrimi pueri fuerũt q ĩ flores ſuoꝶ noĩum uerſi ſunt quos: ei offerẽdo: q̃ ſi admõet: ne ipſe ẽt tale aliqd unq̃ ex amore patiat. ¶ Tũ caſia: herba ſuauiſſimi odoris ut ſequẽtia indicãt: q̃ græci caſiã dicũt: & ſic dictũ ẽ: Tũ caſia atq; aliis ĩtexẽs ſuauib9 herbis: ut ĩ Sal. Leonẽ atq; alias feras.

¶ PRO. Narciſſus: flos Acuſilaus ĩfert a Narciſſo Amarãthi: q fuit Erechtheis ex ĩſula eubœa ĩteremptus ab epope: ex cruoꝛ ei9: flores: q noĩ eius acceperũt pcreati: a pictoꝛ Narciſſi florib9 Erinyas. i. furias prĩas eẽ coronatas: aiũt Pallas q̃s cõdidit arces. Ab haſtæ q̃ſſatiõe dicta. i. uibratiõe: q ſit bellicoſa. παλλειν. n. q̃teꝛ uocãt. gr. Hæc primũ ædificationũ uſũ ĩuẽiſſe dr̃.

¶ ANTO. Damœtas: paſtoris nomẽ a ſexta Theocriti ſumptũ. ẽ. n. illic: Cõpulerãt pecudes daphnis formoſus ĩ unũ: damœtaſq;: ambo dulces emittere cãtus edocti. ¶ Bĩa die ſiccãt: Theocritus quoq; ait ĩ. iii. Bĩos lactiferoq̃ nũc alit uberꝛ fœtus. Nõ tibi ſeruabo poſthac ĩgrata capellã: Merẽis hãc dudũ tẽtauit Erithacis a me Sũmeꝛ pulchra deceſq; cõis: & fuſca coloꝛ: Dõaboq; illi poſtq̃ tu ſpnis amores. Dura meos certaſq; tuũ me luderꝛ amãtẽ. ¶ Tibi lilia: conat pluribus modis illũ alliceꝛ cũ & nymphæ ſibi obſequãt. ¶ Calathis: calathos græca uox ẽ: ut ẽt Feſt. ait latini dicũt quaſillũ. ¶ Nais: aq̃ nympha. nao. n. fluuo ẽ. ¶ Pallẽtes uiolas. Pli. li. xxi. ca. vi. & ca. xl. ſcribit uiolaꝶ eẽ plura genera: ſũt. n. purpureæ luteæ albæ. Purpureæ crapulã & grauedĩes capitis ĩpoſitis corõis olfactuq; diſcutiunt. ¶ Narciſſũ: narciſſi duo genera. Vnum purpureo flore alteꝶ herbaceũ neruis inimicũ caput grauãs: & a narce narciſſũ dictũ: ñ a fabuloſo puero Pli. li. xxi. ſcri. Narce ãt torpedo dr̃. narceo obſtupefatio. ¶ Papauera: Fuiſſe papauera ĩ honoꝛ apđ Romãos ſemp ĩdicio ẽ. Tarqnius ſupbus q legatis a filio miſſis decutiẽdo papauera in horto altiſſima: ſanũ illud reſpõſum hac facti ambage reddidit Pli. li. xix. ¶ Caſia: Caſiæ duo genera: alia. n. cãdida alia nigra. ¶ Cãdida magis ſe humi ſpargit odorataq; ẽ: nigra odore caret. Ambo florent poſt æqnoſtiũ autũni & multũ dẽiq; tpis florẽt auctor ẽ Theophraſt9 li. vi. de ſuffruticib9 & herbis. Amplitudo fruticis triũ cubitorũ ĩqt Pli. li. xii. nã caſia frutex ẽ. ¶ Intexẽs. Theocritus itẽ ĩ tertia Cigã mea tpa ſertis pallẽtis uiolæ ac multũ redolẽtis anethi Atq; roſis: aliiſq; ĩtextis ſuauibus herbis. ¶ Tũ caſia: ordo ẽ. ¶ Tũ. i. pterea caſia atq; aliis ſuauibus herbis ĩtexens uacinia mollia pĩgit ea calta luteola. ¶ Vacinia flores nigros ſeu purpureos: de qb9 ſupra. ¶ Mollia: ãt iucũda. ¶ Luteola. i. ruffa: ẽ. n. luteus color ruffus dilucidior: uñ ei quoq; nomẽ eẽ factũ ueſter ab luce. ſ. auctor ẽ Gel. li. ii. ca. xxxvi. Et Pli. li. xxi. ĩqt. Lutei uideo honorẽ ãtiqſſimũ ĩ nuptialibus flãmeis totũ fœminis cõceſſũ. ¶ Caltha: uiolæ gẽus ẽ cuius folia olẽt: nõ flores: ut Pli. li. xxi. c. vi. ¶ Cana mala: cotonea ĩtelligit: q̃ græci cydõea uocãt ex Creta ĩſula aduecta plura eoꝶ gñra. Chryſomella ĩciſuris diſticta coloꝛ ad auꝶ ĩcliãto: q cãdidiora nr̃atia cognomĩata odoris pſtãtiſſimi: auct. Pli. xv. ¶ Caſtaneaſq; nuces. Nuces uocãus & caſtaneas ĩqt Pli. li. xv. q̃q̃ accõmodatiores glãdiũ generi. Sardibus eæ puenere primum: hæc ille. Quomodo autem & mala & nuces differant legito Mac. lib. iii. ſat. Cærea pruna: Prunorum ingens turba inquit Pli. lib. xv. ſunt autem & nigra: atque laudatiora Cærina atque purpurea: ſed pruna omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

Nais
Nao
Narciſſus
Narce
Narceo
Vacinia
Luteus Color
Caltha
Cana Mala
Prunorum genera

¶ CHRI. Dõauerat. i. Damœtas: & ita dõauit ut nẽo ãte illũ id habuerit: Qđ ãt donũ pulchrũ fuerit oſtẽdit ex ĩuidia amyntæ. ¶ Præterea duo. Et hoc ẽt munus cõmẽdat. prĩo a nũero q duo ſint: deĩde a difficultate q capti ſint ĩ ualle: ĩ q̃ a feris ĩmĩeãt picula poſtrẽo ab ætate. Ac demũ q ſine ſũptu alant: qđ ouis ubera exauriãt. Cõmẽdat q hmõi ſint q cupiãtur: & cupiant etiã ab ea quã ipſe amarit: & tamen q̃uis bina ouis ubera in illis aſſumat q̃uis ab amica muliere aſſiduis pcibus putantur: tamen illos ſibi ſeruat & ſi dabunt. Teſtyli nõ erit qa illã præponat ſed quia ipſe ſua munera faſtidiat ut ſic & illi amittendi timorem incutiat & ſi odium non pariet. ¶ Caſtaneaſq; nuces. i. eã ſpẽm nucis q caſtaneæ dicuntur. De his Pli. caſtaneas etiam nuces uocamus quamuis glandium generi accommodatiores ſint. Sardibus hæ primo ueneret: unde græci ſardianos balanos appellabant. Macrobius ait ex auctoritate Opii eas heracleoticas uocari: de nucum generibus dicemus alibi.

Addã cerea Prũa & honos erit huic quoqꝫ Po(mo.
Et uos o Lauri carpã & te ꝓxima Myrte.
Sic poſitæ quoniam ſuaueis miſcetis odores.
Ruſticus es corydon nec munera curat Alexis.
Nec(ſi muneribus certes)concedet Iolas.
Eheu quid uolui miſero mihi floribus Auſtrũ.
Perditus & liquidis immiſi fontibus Apros.
Quẽ fugis ah demẽs? hitarũt dii quoqꝫ ſiluas
Dardaniuſqꝫ Paris. Palas quas condidit Arces
Ipſa colat nobis placeant ante omnia ſiluæ.
Torua Leæna Lupũ ſeqᷓ Lupus ipſe Capellã.
Florentem Cytiſum ſequitur laſciua Capella.
Se Corydon o alexi. trahit ſua quẽqꝫ uoluptas.
Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa Iuuenci.
Et Sol creſenteis decedẽs duplicat umbras.
Me tamẽ urit amor qs.n. modus adſit amori?

¶SER. Honos erit huic quoqꝫ pomo: ſi a te dilectũ fuerit: ſicut caſtaneæ ĩ honore fuerũt amatæ Amarylli di. ¶ O lauri: licet Oracius dixerit: Sub lauru mea: Melius tamẽ ẽ iuxta ſecũdã formã ĩ flecteř. Nã melius ſonat. ¶ Proxĩa myrte: uel uicina lauro: uel ad odorẽ ꝓxima. Põt .n. utrũqꝫ ĩtelligi. ¶ Sic poſitæ quoniã ſuaues miſce/tis odores: quoniã ꝑmixtiõe uřa ſuauẽ odorẽ creatis. ¶ Ruſticus es Corydõ: arguit ſe ſtultitiæ: qđ eum ſe ſperat placeř mũeribus: q põt hẽre meliora: nã ſupra ait: Delitias domini. ¶ Iolas: uel ditior amator: uel eius dominus ¶ Eheu qd uolui miſero mihi? quo mõ eũ diſcedere dicit: quẽ ſupra cũ eo diximus nõ fuiſſe? Nã ait ſolus mõti bus & ſiluis: ſed ratione nõ caret. Epicurei .n. dicũt: quod etiam Cicero tractat geminam eſſe uoluptatẽ unam quæ percipitur: & alteram imaginariam ſcili cet eam quæ naſcitur ex cogitatione. Vnde ita de/bemus accipere hũc uſum per cogitationẽ illa ima/ginaria uoluptate: qua & cernere & alloqui uideba tur abſentem. ſed poſtq̃ obiurgatiõe ſua in naturalẽ prudẽtiam eſt reuerſus: caruit utiqꝫ illa imaginaria uoluptate ubi nunc ſibi ſe obfuiſſe dicit per hanc ra/tiocinationem: Ruſticus es corydon: nec munera curat Alexis Nec ſi muneribus certes concedet Io/las. ¶ Floribus auſtrum: quo facilius areſcunt. ¶ Fon tibus apros: q puros fontes cenoſos efficiunt. ¶ Quẽ fugis ah demẽs? Iterũ ꝑ phantaſiã quaſi ad præſen/tẽ loquiᷓ: & quaſi ille dixiſſet ſiluas: hic infert. ¶ Ha bitarunt dii quoqꝫ ſiluas Dardaniuſqꝫ Paris: Et Pa/ris habitauit ſiluas: qui de dearum pulchritudine iu dicauit. ¶ Palas quas condidit arces Ipſa colat: iõ dea artium Minerua dicitur: quia de capite Iouis nata ẽ: ſed quia dea eſt artium & ingenii: ideo iſta fingun/tur. Nihil .n. eſt excellentius ingenio: quippe quo re/guntur uniuerſa. ¶ Torua leæna lupum: Theocriti ſunt iſti uerſus. & bene ſe reuocat ad ruſticas compa ratiões: Pene .n. fuerat lapſus dicendo: Palas quas condidit arces. ¶ Leæna aũt: dictũ eſt ſicut dracæna. & qđ ait Torua leæna lupũ ſequiᷓ: uerũ ẽ. Nã neceſſe ẽ ut ueniẽte lupo aduẽtus agnoſcaᷓ leõis. ¶ Te Corydõ o Alexi: Do noa antibacchius ẽ: ſed o breuis fit: qa uocalis uocalẽ ſeqᷓ: ſic Home. πλαγχθη επεὶ τροίηςἱ ἑρον. ¶ Trahit ſua quemqꝫ uoluptas: Notaᷓ a criticis ꝙ hãc ſnĩam dederit ruſtico ſupra bucolici carminis legẽ: aut poſſibilitatẽ. ¶ Aratra iugo referũt ſuſpẽſa iuuẽci: Horatius: Videre feſſos uomerẽ uerſũ boues collo trahẽtes lãguido. & hoc uult dicere omnia excepto amore finiunᷓ. ¶ Sol creſcentes decedens duplicat umbras: uariauit: Nam ait ſupra: Maioreſqꝫ cadunt altis de montibus umbræ. ¶ Duplicat autem: auget. Saluſtius: Et Marius uictus duplicaue/rat bellum. ¶ Me tamen urit amor: cum iam calor ſit ſolis exhauctus.

¶ANTO. Erit: ſi tibi placuerit. ſ. nam a te capiet auctoritatem. Vnde Pli. lib. xiiii. de uinis generoſis Italiæ in quit. Ex alia uacinia urbis Veliterna priuernatiaqꝫ (nam quod Signiæ naſcitur auctoritate nimia continendæ utile aluo inter medicamẽta numeratur) quartum curriculum publicis epulis obtinuere a Diuo Iulio. Is .n. pri mus auctoritatem iis tribuit: ut epiſtolis eius apparet. ¶ Et te ꝓxima myrte: Proxima uel ad odorẽ rettulit uel quia curro quoqꝫ triũphãtes myrthea corona uſui ſunt: ſicut & laurea: & Marcus Valerius duabus coronis ute batur laurea & myrtea: lege Pli. li. xv. ¶ Ruſticus es Corydon: ſeipſum ignauiæ arguit: cum aduertat meliora alexim ab altero accipere poſſe. ¶ Iolas: Pollio intelligitur pueri dominus: nam uti puero & ſibi mutauit no/men: ita & pollioni. ¶ Eheu quid uo. pœnitet eum iam incepti amoris. ¶ Floribus auſtrum: auſtro enim flores ſoluuntur: zephyro fiunt: humidus enim grauiſque auſter eſt: ut Philoſophus ſcribit lib. viii. de animalibus. ¶ Apros: quibus quidam in luto uolutatio grata eſt. ¶ Paris: qui regius fuit. ¶ Pallas quas condidit arces: hoc ait: quoniam teſte Diodoro li. vi. palladem ueſtium apparatu & ædificandi artem exprimẽdique olei modum & multa alia inueniſſe uolunt. Idem quoque Diodorus lib. i. ſcribit ꝙ putant aerem nominatum palladem ac iouis filiam dici: & uirginem fuiſſe quoniam & non corrũpatur: & ſublimiorem locum teneat quapropter ex uertice Iouis diciᷓ nata. ¶ Torua leæna lupum. Climax eſt latine gradatio diciᷓ teſte Fab. lib. ix. de qua latius in carmine Torua: terribilis: ꝙ fit torto uultu. Trahit Terent. in phor. ait. Vetum ita hoc eſt quot homines tot ſententiæ ſuus cuique mos: & Pli. epi. primo. Varia ſunt hominum iudicia: uariæ uoluntates. Tamen q̃uis ſol occiderit. Modus finis cum omnia finiantur. Veliterna

¶CHRI. Ruſticus: arguit ſeipſum: & ait ruſticus es: ſcilicet non ſolum quia ſis. natus ruri. Nam hoc om/nes ſciunt: ſed quia iudicium ſcilicet tibi ruſticanum & inſulſum eſt: Nam putas poſſe illum capi tuis mune ribus: cum neque donis moueatur: & ſi moueatur: habet alium ditiorem te qui te facile in dandis muneribus uincat. ¶ Auſtrũ: Quo flante flores: decutiuntur: & ſpes pomorum perit. ¶ Quid uolui: Damnat ſtulticiam ſuam qui deterrimum ſumpſerit conſilium. ¶ Fontibus aprum: prouerbium ruſticanum quo exprimitur ſtultitia eorum qui ſuis rebus perniciem immittunt. ¶ Torua leæna lu. de his feris dicetur in ſequentibus. Voluptas autem leæne in lupo eſt ut eum uoret. ¶ Cythiſum: Frutex eſt de quo loco dicetur. ¶ Aſpice: Ex hoc oſtendit reliquos a labore quandoque ceſſare. Suo autem amori nullam requiem dari.

¶ANTO. Quæ te demētia cepit? idest cur amoribus uacas: cū multa ſint q̄ debes ī agro pficere? ¶ Semiputata tibi frōdoſa uitis ī ulmo ē: plus ē q̄ ſi īputata diceret. Tolerabilius ē.n. nō īcipere aliqd q̄ īcepta deſerere. Hic ē illud in prīo: Me ne īcepto deſiſtere uictā? Itē ī georgicis: Atq; ope ī medio defixa reliqt aratra. Sane geminā arguit negligētiā: & q̄ ſemiputata uitis ſit: & q̄ frōdoſa ulmus: nā utrunq; obeſt: unde eſt ī georgicis: Bis uitibus īgruit umbra. Et aut ſimpliciter ītelligi9 hūc locū ut ſuā arguat negligētiā: aut certe illud ē: nō mirū me eē demētē: q habeo uites ſemiputatas. Nā in ſacris dicit̄ qd' corripiat̄ furore q ſacrificauerit de uino: qd ē de uitibus īputatis. ¶ Quin tu: quinimmo: hortātis ē. ¶ Quoꝝ īdiget uſus. i. q̄ uſus ruſticus reqrit. Sāe & eget illa re/ dicius: ut eget illo ſenatu: & eget illius rei: inde eſt īdiget: Nā & hoc utriq; iungit̄ caſui. ¶ Detexere: multū texere. Finire: pficere. Nā de mō nō minuētis ē: ſed augētis. ¶ Inuēies aliū ſi te hic faſtidit Alexis: aliū Alexī aliū pueꝝ formoſiſſimū: q te minime ſpernat. & uolūt qdā ī hoc loco eē allegoriā antiq ī Auguſtū: ut intelligāus aliū īpatorē: ſi te Auguſtus cōtēnit ,p agris rogātē: ſed melius ſimpliciter accipimus hūc locū. Nā nihil habet: qđ poſſit ad Cæſarē trahi. Illđ uero paulopoſt pene apte dicet̄ ī Auguſtū Cæſarē: Quoniā ſors oīa uerſat.

Ah Corydon Corydō quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondoſa Vitis in Vlmo eſt.
Quin tu aliqd ſaltē potius quorū īdiget uſus
Viminibus molliq; paras detexere Iunco?
Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.

¶ANTO. Ah Corydon: Finis huiuſce eclogæ docet nullo pacto uacādū eē amori cū pp illū aſſeqndū & dāna & dedecora pluría eueniāt: uñ dānari nō pōt Maro cū talia ſcripſerit. ¶ Quin tu aliqd ordo ē. Quī cur nō potius tu paras aliqd detexer̄ uiminibus & molli iūco: illoꝝ ſaltē quoꝝ īdiget uſus: ſi qn eēt hortātis hoc loco: ordo nō ,pcederet: legēdū eteni eē para uel pares: qđ nō ē ī antiqs. ¶ Inuēies aliū. Succeſſore nouo uicit̄ oīs amās.

¶CHRI. Semiputata tibi: Duplex ſibi remedium aduerſus amorem adhibet: primū ut uacādo rebus utilibus ociū fugiat. Nā & Terēti. Menedemus obiurgat in filio. Et Ouid. idē ſentit cū ait: q̄rit̄ ægyptus quare ſi factus adulter in prōptu cā eſt deſidioſus erat. Et florentinus Petrarcha. Amorē ex ocio & hūana laſciuia natū refert. Alterū ut nouo amore hunc pellat. Nam clauo clauus truditur: Et ſucceſſore nouo tollitur omnis amans.

SER. DIC mihi Damœta cuiū pecus? Tranſit in eclogā plenā litigii & paſtoraliū cōuitioꝝ. Qui.n. bucolica ſcribit: curare debet ante oīa ne ſimiles ſibi ſint eclogæ: qđ ēt Vir. fecit. Nā prīa hēt uni9 ociū: & alterius q de ſuo agro pellit̄ conqueſtionē. Scđa amātē exprimit ruſticū. Hæc uero lites hēt & altercationē. Vnde ēt drāmatico charactere ſcripta ē. Nā nuſq̄ poeta loq̄t̄: ſed ītroductæ pſonæ tātū. Nouimus āt tres eē characteres dicendi: Vnū exegematicū: in quo tātū poeta loquit̄: ut ē ī tribus libris georgicorū. Aliū drāmaticū: in quo nuſq̄ poeta loquit̄: ut ē in comœdiis & tragœdiis. Tertiū mixtū ē: ut in æneide. Nā & poeta illic & ītroductæ pſonæ loquunt̄. Hos āt oēs characteres ī bucolico eē cōuēit carmīe: ſicut liber ēt iſte demōſtrat. Nā hēt illū exegematicū: ī quo tātū poeta loquit̄: ut Sicelides muſæ paulo maiora canāus. Hēt mixtū: ut Extremū hūc arethuſa mihi cōcede laborē. Nā ēt Gallū illic īducit loquētē. Habet drāmaticū: ut ī prīa ecloga: Itē in hac quā miro ordīe ex rebus cōibus uenietē cōpoſuit. Habet.n. in ipſo q̄ſi prīo occurſu lites & iurgia: Inde q̄rit̄ iudex: quo p̄ſente habeāt cōflictū & diſceptationē. Seq̄t̄ īde ſnīa q̄ uniuerſa cōcludit. ¶ Cuiū pecus? Ab amaritudine cœpit. Nā dicēdo cuiū pecus: oſtēdit eū eē mercenariū. Cuiū āt antique: aut uitās ομοιοτέλευτον: ne diceret cui9 pecus: qđ mō triū ē generū: Antiq dicebāt ſicut meus mea meū: ſic cuius cuia cuiū. Terēti. Quid uirgo cuia ē? ¶ Nō uerū ægōis: Amare ēt hic riualis eius pecora eſſe dicit: ut & diuitias illius oſtendat: & dicat duras eſſe huius partis: ſiquidem riualis eius traditis ouibus ſolus amicæ communis amoribus uacet. ¶ Mihi tradidit: meæ fidei commiſit & credidit.

ECLOGA TERTIA PALAEMON.

MENALCAS. DAMOETAS. Palæmon.

DIC MIHI Damœta cuium pecus? an Melibœi? DA.
Non. uerum Aegonis. nuper mihi tradidit Aegon. ME.
Infelix o ſemper ouis pecus. ipſe Neæram

¶ANTO. Dic mihi da. Sūpta ē ecloga maxīe a Theocriti amore īqt Oui. quarta & qnta: in quarta Battus & Corydō colloquunt̄: ē āt initiū tale Batto īterrogāte: illo poſtea reſpōdēte. Dic mihi o Corydō: cuiū pecus? eſt nephilondæ? Reſpōdet Corydō: nō ueꝝ ægonis nup mihi tradidit ægō: inde Battus ait: Me cuſtode boui tonderēt paſcua prati: Reſpōdet Corydō: Nōne boues furtim ſero ſub ueſpere mulges? Scribit̄ fuiſſe quendā: qui liuore ductus: ut Virg. derideret duo carmina prīa ſic mutauerit. ¶ Dic mihi Da. cuiū pecus: anne latinum. ¶ Nō: uerū ægonis uñ ſic rure loquunt̄. ¶ Cuiū id cuius cuia cuiū uariat̄: de quo lege Priſ. li. xvii. ¶ Pecus: ouiū gregē hic ītelligit: ut Oui. li. xiii. met. hoc pecus oē meū eſt: ubi de ouibus & capris intelligit. ¶ Infelix o: dolentis admirātiſq; interiectio eſt. ¶ Sēp. o. i. molle & debile: ait.n. poeta li. g. iii. Glacies ne frigida ledat molle pecus.

¶CHRI. Dic mihi. Stati in iurgiū ,prūpit: & ut oſtēdat ſūmū cōtēptū ueluti uiliſſimo imperat: & tanq̄ certus q̄ pecus ſuū nō ſit cuius ſit īterrogat. ¶ Ouis pecus: Ouis ſpēs ē: pecus genus. Eſt āt a græco. Illi.n. οις dicunt nos digāma æolicū in. u. cōſonātē interponimus & dicimus ouis ſicut ab eo qd' eſt ωον dicimus ouū: Oues ut refert Ariſtote. ī li. de aīali. Paſcere ſedulæ ac ſtabile ſolēt ex potu pīgueſcūt: itaq; dāt ſale qnto quoq; die. ſ. ſingulis cētenis ſingulos modios. Sicq; īcolumes & pingues cōſeruant̄ ſale ſub īde plus æq̄ hauriūt: & hic plus lactis ,puenit: opimat illas olea oleaſter & palea q̄ oīa ſalſugine ſolēt aſpergere. Aqua ī autūno aqlonia q̄ auſtrina utilior eſt: & paſcua ad occaſum ſpectātia ,pſunt: iudicāt paſtores eā meliorē q̄ pruinā ſuſceptā hibernis tpibus ſeruat. Nā ībecillæ oues parū cōſtantes diſcutiūt ſuo motu. Pelles uelleraq; ouiū q̄s lupus occiderit & ueſtes ex iis

Ouis Pecus

ſactæ aptiores ſunt ad pediculos gignēdos. ⁋ Mulget Huius p̄teritū deberet eſſe mulſi uelut īdulgeo indulſi: & urgeo urſi: ſed Priſciano teſte ut differat ab eo qđ eſt mulceo qđ facit mulſi ſcribit̃ p x & facit mulgeo mulxi.

Dum fouet ac ne me ſibi præferat illa ueretur.
Hic alienus Ouis cuſtos bis mulget in hora.
Et ſuccus Pecori & lac ſubducitur Agnis. DA.
Parcius iſta: uiris tamen obiicienda memento.
Nouimus & qui te traſuerſa tuētibus Hirqus
Et quo ſed faciles Nymphæ riſere ſacello. ME.
Tum credo cum me arbuſtū uidere Miconis
Atq; mala uites incidere falce nouellas. DA.
Aut hic ad ueteres fagos cum Daphnidis arcū
Fregiſti & calamos: quæ tu peruerſe Menalca
Et cum uidiſti puero donata dolebas.
Et ſi non aliqua nocuiſſes mortuus eſſes. ME.
Quid domini facient audent cū talia fures?

⁋ SER. Neæram: amicā cōmunem ſuam: & Menalcæ. ⁋ Dum fouet: dū amplectit̃. ⁋ Præferat illaueret̃: ac ſi diceret iō timet ab ea diſcedere: qa ſcit me p̄ferri ſi ip̄e diſceſſerit. ⁋ Bis mulget ī hora: qđ uix per totū diē pōt in ouibus fœcūdis fieri. Nā ꝓ laude ī georgicis poſuit bis ad diē mulgeri oues dicēs: Qđ ſurgēte die mulſere: horiſq; diurnis: Nocte p̄mūt qđ iā tenebris & ſole cadēte Sub luce exportāt calathis. Quid ſit bis mulget ī hora ip̄e dicit: Et ſuccus pecori & lac ſubducit̃ agnis. Parcius Melius hic diſtīguit̃ licet poſſit dici ēt Parcius iſta. Sēſus āt eſt: Noli ualde hæc obiicere: tamē ſcias uiris fortibus obiiciēdas rapinas: Ipſe. n. ait ī. viii. Cōuectare iuuat p̄das & uiuere rapto. ⁋ Nouimus & q te: ſub audis corruperūt: qđ ſuppreſſit uerecunde: licet Theocritus aperte ipſam turpitudinem ponat & exprimat.
ΗΟΥ μέμνα ὅτ᾽ ἔγων ἀτήλασα χαὶ τυ σεσάρως
εὐ ποτὲ νιγνγι ζευ. ⁋ Sacello. i. ī quodā ſacro: Nā diminutiue dictū ē. ⁋ Traſuerſa tuētibus hirqus. i. ueſtrā turpitudinē īdignātibꝰ. Alii hoc īprobāt & legūt hirqs. Hirq āt ſūt oculorū anguli ſecundū Suetoniū Trāqllū ī uitiis corporalibꝰ: ut ſit ſenſus: Nouimus q te corrupit hirqs trāſuerſa tuētibus: & ē hypallage: ꝓ oculis ī hirquos retortis: Quā rē ſolet libido p̄ficere: Unde Iu. Oculoſq; ī fine tremētes. Perſius: Patrāti fractus ocello. ⁋ Sed faciles nymphæ riſere: iō īqt: Indulſere nymphæ: qa mites ſūt & exorabiles. ſic ī georgicis: Et faciles uenerare napæas. ⁋ Tū credo: & ruſtice & naturaliter reſpōdet. Nō. n. ante purgat obiecta: ſed alia obiicit: Ita. n. irati facere cōſueuerūt: cū aut nō potuerīt: aut noluerint obiecta diſſoluere. ⁋ Mala falce: q̈ tu male uteris. Et dictū ex affectu utētis: ſicut: Inutile ferrū Cingit̃. In hoc aūt maximū nefas ē: qđ ait: uites nouellas. Nā uetulæ & cū utilitate īcidūt̃. Fuerat āt capitale ſuppliciū arbores alienas īcidere. Et arbuſtū qdā locū: ī quo arbores ſunt uolūt accipere: ſicut ſalictū. ⁋ Et calamos: Nā habēt arma paſtores: ut ī georgicis docuit. Armaq; amyclæūq; canē: creſſaſq; pharetras. ⁋ Peruerſe mēalca: Aut cōuerſe ad turpitudinē: aut ītelligāus fuiſſe quēdā Mēalcā nobilē ut iſtū puerſū Mēalcā dixerit illius compatiōe: Sic Salu. Sæuus iſte Rōulus. ⁋ Aliq̈ nocuiſſes. i. aliq̈ tēus: aliq̈ rōne. ⁋ Quid domini facient audent cū talia fures? Plerunq; pſonæ ſuis nominibus exprimuntur: plerunq; per officia deſignantur: ut ſi dicas philoſophus: nomē ipſum ponis. Si autem uelis dicere ſapientiæ operam dans perſonam exprimes per officiū: ſicut hoc loco. Nam pro ſeruo furem poſuit. Furta enim ſpecialiter ſeruorū ſunt: Sic Plautus de ſeruo: Homo es triū litterarū. i. fur.

⁋ ANTO. Fouet: amplectitur. ⁋ Bis mulget in hora: ſcribit Var. lib. ii. ca. ii. interea dum nutricantur agni eorum matres non mulgendas uel melius omnino perpetuo: q̧ & lanæ plus fuerunt & agnos pluris. ⁋ Pecori & lac: non fit hoc loco ſynalœpha nec ſcribendum eſt: lac & ut quidem fecere textus deprauantes. ⁋ Parcius iſta uiris: ideſt modeſtius iſta dicenda ſunt uiris: hoc eſt claris & dignis. Tamen obiicienda memento: ideſt quæ tibi obiici poſſunt. ⁋ Et qui te: corrupere: intelligendum eſt enim uerbum pudoris gratia decenter ſubtractum. placet autem Quinti. lib. ix. hic eſſe ſynecdochem. ⁋ Tranſuerſa: pro tranſuerſe. ⁋ Faciles: mites. ⁋ Sacello: id a Sacellū
ſacro diminutiuum eſt: eſt enim locus paruus deo ſacratus: cum ara: Trebatius auctor eſt: ut Gellius refert libro. vi. cap. xii. ⁋ Tum credo: aliud obiicit crimen: ut ſuum diſſoluat. ⁋ Nouellas: quod maioris damno accedit. ⁋ Puero donata: Theocritus quoq; ait in quinta: Hoc quum Donatum uidiſti tergere lacon: Egregio ſi nō nocuiſſes mortuus eſſes. ⁋ Fures: ſeruos intelligit. Iis enim ſæpius furta committuntur.

⁋ CHRI. Succus ꝓprie humor eſt quo aīalis corpus alit̃ ac ſubſtentat̃. Terē. Corpus ſolidū & ſucci plenum. Succus
Qui uero corruptus ē humor plus dicit̃: ſi uero nimis mulgeat̃ fœmina macreſcat oportet: quoniā uniuerſus ſuccus quo erat alendū corpus inde fluit. ⁋ Parcius iſta uiris. Non uidetur quadrare huic loco uerſus qui a Seruio inducitur: primo enim conuectare iuuat prædas & uiuere rapto ad uenationes rectius referri uidetur ut in eo loco exponemus. Deinde etiam ſi laudaret ibi prædas ex hoſtibus raptas laudaret robur & audaciam. Hic autem quod robur eſt lac ſubripere ac furari. Quapropter hanc a Virg. hic inductam credo ſententiam. Quāuis tu ingenii tui prauitate multa multis obiicias: tamen hæc qui obiicis de furto: quoniam in eo uitio nulla eſt excellentia animi noli obiicere uiris: ideſt fortibus hominibus: quoniam non ueriſimilia ſunt in eorum ingenio: neq; ipſi æquo animo ferrent: ergo hæc tam uilia tamq; humilia. ⁋ Viris qui ſi quando peccant elatione animi nō humilitate peccant. ⁋ Viris: quaſi dicat mihi qui uir ſum: & iniuriam ulciſci potero. ⁋ Arbuſtum Locum arboribus conſitum. Columella de re agraria. Qui uineam uel arbuſtum conſtituere uolet ſeminaria Semina
prius facere debebat. Item alibi. Itaq; cui arbuſtum nouum inſtituere cordi eſt: ſeminaria ulmorum: fraxino ria
rumq; parentur. Ergo ſeminaria ſunt ubi ſeminantur arbores. ⁋ Arbuſtum: locus quo transferentur iam grā Semina
diuſculæ factæ. Semina etiam dicuntur nouellæ plantæ anteq̃ transferantur. Alii putant arbuſtum continere arbores: qbus uites adiungunt̃. ⁋ Fures: q̈ſi dicat quid facient domini gregum: cū fures hoc audent. Nā furci coarguit eum cū dixit: Et ſuccus pecori: & lac ſubducit̃ agnis: ac deīde illi furto hoc addit q̧ ip̄e ſuis oculis uidit.

¶SER. Nõ ego te uidi: manifeſte eum furti arguit dicendo uidi. ¶ Excipere: dolo capere: ut Excipit incautum. ¶ Latrante lyciſca: Lyciſcæ ſunt: ut etiam Pli. dicit Canes nati ex lupis & canibus cum inter ſe forte miſcentur. ¶ Poſt carecta latebas: loca caricis plena. Carex autẽ herba eſt acuta: & duriſſima aſparago ſimilis: alibi: Et carice paſtus acuta. Sane ſuper hoc loco ſuperfluam eſſe allegoriam dicentes rem nuſq̃ lectande Virgi. Aiunt enim hoc: Varrus tragœdiarum ſcriptor habuit uxorem litteratiſſimã: cum qua Virg. adulteriũ ſolebat admittere: cui etiam dedit ſcriptam tragœdiam: quã illa marito dedit tanq̃ a ſe ſcriptam. Hanc recitauit pro ſua Varrus: quam rem Virgilius dicit per allegoriam. Nam tragœdiæ præmium caper fuerat. Oratius: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum. Sed melius ſimpliciter accipimus. Refutandæ enim ſunt allegoriæ in bucolico carmine: niſi ut ſupra diximus: ex aliqua agrorum perditorum neceſſitate deſcendũt. ¶ Meus caper: debitus merito uictoriæ. ¶ Reddere poſſe: ſcilicet ne ſuo iudicio uideretur eſſe ſuperatus. ¶ Cantando tu illum? imperitus peritũ. ¶ Cera iuncta fuit: ſupra: Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. ¶ In triuiis: Conſuetudo enim fuerat ut per triuia & quadriuia ulularẽt: & flebile quiddam in honorem Dianæ cantarent ruſtici ad reddẽdam Cereris imitationem: quæ raptam Proſerpinã in triuiis clamore requirebat. Nouimus autem eandem eſſe Proſerpinam quam dianam: ſic in æneide. Nocturniſq; hecate triuiis ululata per urbes. ¶ Miſerum carmẽ: triſte: flebile: quale canunt ſtipulæ: & qđ cõgruit: ad imitationem matris orbatæ. Vis ergo inter nos: aut noſtri comparatiõe: aut quod melius eſt nullo iudice præſente: poſtea enim ex improuiſo Palæmõ aduenit. ¶ Viciſſim experiamur: ideſt amœbœo carmine. Amœbœum autem eſt quoties hi qui canunt: & æq̃li numero uerſuum utuntur: & ita ſe habet ipſa reſponſio: ut aut maius: aut contrarium aliquid dicãt: ſicut hic ſequentia indicabuntur. ¶ Ego hanc uitulam: ſubdiſtingue ut ita intelligamus: ne eam uilem exiſtimes.

Non ego te uidi Damonis peſſime Caprum
Excipere inſidiis multum latrante Lyciſca?
Et cum clamarem quo nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus tu poſt carecta latebas. DA.
An mihi cantando uictus non redderet ille
Quẽ mea carminib9 meruiſſet Fiſtula caprũ?
Si neſcis meus ille Caper fuit & mihi Damon
Ipſe fatebatur ſed reddere poſſe negabat. ME.
Cantando tu illum? aut unq̃ tibi Fiſtula cera
Iuncta fuit? non tu in triuiis indocte ſolebas
Stridẽti miſerũ ſtipula diſperder carmẽ? DA.
Vis ergo inter nos quid poſſit uterq; uiciſſim
Experiamur? ego hãc uitulam ne forte recuſes

Lyciſca
Carex

¶ANTO. Lyciſca: dicitur quaſi lyci ſcylax. Lycos enim lupus dicitur: ſcylax uero catullus. ¶ Proripit: ꝓcul rapit. ¶ Carecta: carex herba eſt quæ naſcitur in paludibus teſte Probo. Eſt autem acuta: hinc Maro lib. iii. Geor. & carice paſtus acuta. ¶ An mihi: cum nequiret obiectum apertumq; crimen repellere purgat ſe: nam confeſſionem præcedit defenſio: quod etiam Fabius meminit li. ix. ¶ Redderet: reddere debebat. ¶ Aut unq̃ tibi fiſtula cæra? Theocritus quoq; ait in quinta. An fuit ulla tibi calamis compacta canoris fiſtula? qua pecudes fierent per gramina lætæ: Nõne tuos cantus diſperdere raucus inertes. Stridenti ſtipula iam cum Coridone ſolebas. ¶ Miſerum carmen: quia ab illo male canebatur: uel flebile ut aiunt: ſi uolueris intelligere illorum morẽ: qui in triuiis flebile canerent in honorem Dianæ ad cæreris imitationem. ¶ Vis ergo: ordo eſt. Vis ergo uiciſſim experiamur ĩter nos quid poſſit uterq;: Ego hanc uitulam. Theocritus quoq; ait in quinta: Ergo hædum ſi forte uelis depõere mecum. Nil ſacrum ſanctum que nihil nullaq; minoris. Rem facio: certabo equidem dum uictus abibis. Et domitum donec teipſum fateare canendo.

Capri
Maialis
Veruex
Cãteri9

¶CHRI. Caprum pro hirco ut puto poſuit: Nam proprie capri caſtrati dicuntur in hoc genere: quemadmodum capi in genere gallinaceo. Et uterq; quia teſtibus capti & priuati ſint: in ſuæ uero dicimus maiales in ouillo pecore ueruecem in equis canterium. De capro uero & hirco audi Martialem. Cum iugulas hircum: factus eſt ipſe caper. ¶ Liciſca: nomen proprium ſuæ canis: Nam quod ait Seruius non memini legiſſe. Scri. tamẽ Pli. indos ex tygribus canes concipere. Nam coitus tempore in ſyluas alligant fœminas. Primo tamen & ſecundo fœtu nimis feroces putant gigni: tertio educant. Hoc idem gallos e lupis facere ait: poteſt tamen eſſe lyciſca a lupo: qui λυκος græce dicitur. ¶ Redderet: reddere debuiſſet. ¶ Ipſe fatebat: mihi quaſi dicat ipſe mihi hoc eſt cum ſoli & ſine teſtibus eſſemus. ¶ Fatebatur: quaſi coactus a pudore a quo negare prohibeat. Fatemur enĩ coacti: Confitemur ſponte. ¶ Sed reddere poſ. ne. fatebatur debitum cum non adeſſent teſtes ſed dicebat non eſſe ſoluendo. ¶ Cantando tu illum: in ſingulis uerbis magna uis eſt cantando: quaſi dicat ea re cuius tu nullam habes experientiam. ¶ Tu illum: ideſt indoctus doctiſſimum: inſurgit autem ex indignatione quod irati eſt: & eclypſi utitur. Detraxit enim uerbum ſcilicet uiciſti adhibet etiam ĩterrogationem quæ frequẽtiſſime in ore eſt iratorum: ſic Ter. ego ne illũ? q̃ illa? q̃ me? q̃ nõ? ¶ Fiſtula cæra iũcta: potuiſſe quidem ſingulas fiſtulas inflare: ut omnes indocti ſolent: ex qua nulla uidetur erudita muſica naſci poſſe. ¶ Plures autem calamos quod panos inuentum eſt cæra coniunctos: in quibus artificium apparere poteſt ne habuiſti quidem. ¶ Stipula: placet autem quod dicit Ser. de ſacris Dianæ. Sed poſſumus tamẽ dicere in triuiis: ideſt carmen triuiale: Nam mẽdici qui indocti ſunt uel ſtipe in triuiis uel paruo lucello ducti ita canunt ut carmen diſperdant. Dixit enim diſperdere cum ex in experientia ita effluat ſonus fiſtulæ ut non comprimatur debitus refactus & conuenientes diſtinctiones.

Fateri
Confiteri
Vitula

¶ Vitulam optimum præmium. Nam in illa & propter ætatem & propter ſexum ſpes eſt propagandæ ſobolis. Vitulus autem ita dicitur in genere bubulo ut in equino & aſinino pullus. Sed etiam in elephante uitulum inuenimus: poſuit autem uitulam pro adulta uaca. Res autem multi facienda ꝙ & bis mulgeatur: & quod rariſſimum eſt binos alat fœtus.

¶SER. Bis uẽit ad mulctrã:binos alit uberẽ fœtus:ut eã laudarẽ ex fœtu & ex ætate uideat.Malẽ enĩ quæſtionẽ mouẽt dicẽtes uitulã paruã eẽ:nec cõgruere ut eã iã enixã eſſe dicamus:ſed debere nõ iuuẽcã ſubaudire:ut ſit. Ego hanc iuuẽcã pono uitulã ne forte recuſes:nã & uitula a uiridiore ætate dicta eſt: ſicut uirgo : ut paulo poſt ipſe dicturus eſt: Si ad uitulã ſpectas nihil eſt ꝙ pocula laudes.Itẽ Et uitula tu dignus:& hic:Vnde & iuuẽcã ſubaudire nõ poſſumus:ſed ſecũdũ ſuperiorẽ ſenſum ĩtelligamus.Vitula enĩ ẽ nomẽ ætatis nõ qđ tãtũ ante partũ uaccæ poſſideãt.¶Mulctrã:& fœmineo genere dicimus hæc mulctra:& neutro hoc mulctrare : Vnde ẽ ĩ georgiciis:Implebũt mulctaria uaccæ.Alii faciunt diſcretionẽ ut ſit mulctra tẽpus quo mulgent̃ aĩalia:Mulctrare uas ĩ qđ mulgent̃.¶Depono:ĩ ſpõſiõe colloco ſeqſtro.¶De grege nõ auſim qcq̃ depõerẽ tecũ:Supra .n.eũ aliena paſcere dixit aĩalia:ut Dic mihi Damœta cuiũ pecus?¶Iniuſta nouerca: epithetõ gñale nouercarũ.¶Biſq; die numerãt ambo pecus : & dũ uadit ad paſcua : & dũ inde reuertit̃.¶Alter & hædos: Male qdã priuignũ accipiũt.Alter.n.de duobus dicimus nõ de tribus:unde alter de nouerca ĩtelligamus Nec nos moueat ꝙ alter dixit de fœmĩa nã & ĩ ſubauditiõe ponunt̃ ea q̃ nõ poſſumus dicere:& ſcimus qa quoties hæc duo genera iungunt̃:maſculinũ ꝑponderat fœminino.¶Inſanire libet quoniã tibi:uel ſub ſpõſione cõtendere:uel qđ melius ẽ carmĩa cõponere.Nã ĩſani dicunt̃ poetæ.¶Diuini opus Alcimedõtis:laus ab artifice.Cicero:Polycleti eẽ dicebãt : Pocula ãt fagina: q̃ſi rẽ maximã.¶Quibus torno facilis:Dõatꝰ ſic legit:legit̃ & tamẽ torno facili ad excludẽda duo epitheta:qđ ẽ ĩ latinitate uitioſum:ſi ſit lẽta facilis uitis.¶Corymbos:uuas hederarũ.¶Conõ:dux fuit cuiꝰ nomẽ dicit:quia in oĩum ore uerſatur.Nam philoſophi tacet:quod nõ poteſt facile ad ruſticum ꝑuenire:& bene ea dicunt philoſophi:quæ ad ruſticum pertinent:ut Tempora quæ meſſor:quæ curuos arator haberet.

(Bis uenit ad mulctrã binos alit ubere fœtus)
Depono tu dic mecũ quo pignore certes. ME.
De grege non auſim quicq̃ deponere tecum.
Eſt mihi nãq; domi pater eſt iniuſta nouerca.
Biſq; die numerãt ambo pecus alter & hædos.
Verũ id quod multo tute ipſe fatebere maius
(Inſanire libet quoniam:tibi) pocula ponam
Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis.
Lenta quibus torno facili ſuperaddita Vitis
Diffuſos Hedera ueſtit pallente Corymbos.
In medio duo ſigna Conon & quis fuit alter?

¶PRO. Conon:Conon ſamius mathematicus.Sed q̃uis fuerit mathematici elegãter ruſticũ errãtẽ induxit dicẽtẽ Quis fuit alter.Alter.n.accipit̃ unus.ex duobus ĩ alio ſic Conon mathematicus ægyptius natione Ptolemeo ad ſidotis libros de aſtrologia.vii.reliqt.Alterũ poſt Cononẽ:quẽ dicat ĩcertũ ẽ.Sed ſuſpicant̃ Archimedẽ: ꝙ Cononis diſcipulus:Quidã Eudoxũ Cnidiũ:q de aſtrologia diſputauerit:Quidã Aratũ:ĩ quẽ fides uidet̃ nutare quoniã ꝓgnoſtica fecerit : Quidam Heſiodum ꝙ dixerit πληιάδων ατλαγενάων ἐπιτελλομενάων: qđ & hic tempora quæ meſſor quæ curuus arator haberet.

¶ANTO. Mulctram : mulgendi : uaſculum.¶Bis:mane & ueſpi:q̃q̃ binos ẽt fœtus alat:qđ quidem maxime fecũditatis eſt.¶Alter & hædos :de nouerca intelligit:ẽ ãt figura alleotheta.i.aliter poſita:ſeu uariatio : uel alloeſis.i.ꝑmutatio:cõfundit̃.n.genus:ut ibi.Dulce ſatis humor:depulſis arbutus hædis:ad dulce.n.qđ eſt neutrũ tã maſculina q̃ fœminina reddidit:de hac latius ĩ carmĩe.¶Verũ id:ordo ẽ.Verũ.i.ſed quoniã libet tibi inſanire:ponã id:qđ tute ipẽ fatebere multo maius:appoſitio pocula fagina.¶Pocula fagina:imitatio Theocriti loco ſic eſt.En hædũ depono meũ pinguedine tardũ:agnũ ẽt ſubnecte tuũ ꝓ pignore piguẽ.¶Et mecũ ſi nũc audes cõtẽdere tẽta . Pli.ãt li.xvi.c.lv. ſic ait fagis pectines trãſuerſi in pulpa:apud ãtiquos ĩde & uaſis honos. Marcus curius iurauit ſe ex ꝑda nihil attigiſſe ꝑter guttũ faginum:quo ſacrificaret.¶Opus alcimedontis:ab artifice tribuit illis dignitatẽ.¶Lenta qbus:ordo ẽ qbus facili torno ſupaddita lẽta:ueſtit corymbos diffuſos ab hædera pallẽte.¶Vitis:Theocritꝰ quoq; ait ĩ prima:Et Sciphũ multo imbutũ tibi nectare binis auribus amplexũ:ligni redolẽte ſapore.Donabo:labris pallẽs ĩflectit̃ amplis Hic hedera:hãc circũ frondẽs ſupaddita uitis. Cũ croceis hædere ramo ridẽte corymbis.¶Corymbos:corymbõ roſtrũ nauis dicit̃:corymbos cacumẽ:ora corymbus.Dicunt̃ ãt corymbi racemi hædere:ut ẽt ſcri.Pli li.xvi.¶Conon:fuit conõ Atheniẽſium dux:de quo Aemilius Probus & Iuſtius li.v.hic uero de aſtrologo intelligitur ait.n.Probus:ꝙ conon Samius mathematicus de aſtrologia libros ſeptẽ reliqt.¶Et qs fuit alter.Anaximãder mileſius primus terræ mariſq; circuitus deſcripſit: & ſphærã ĩſuper cõſtruxit.Auctor ẽ Laertius:& Strabo.li.xiiii.de hoc igitur intelligendum.

Corymbon
Conon

¶CHRI. Depono:deponimus rem cum illam alicuius fidei ſeruandam tradimus:hinc dicimus boni uiri eſſe reddere depoſitum.Sic præmium certaminis quoniam penes aliquem ſeruandum damus deponere dicimus.Nouerca dicitur quaſi νεαρχη:ideſt noua princeps:nam defuncta matre pueri illa quæ ſuper inducitur uxor priuigno noua princeps inducitur ei:priuignus ãt dicitur q prius q̃ illæ nouæ nuptiæ factæ fuerint genitus ſit.¶Inſanire libet:putat.n.inſaniã nimis ꝑcioſo pignore certare.¶Fagina:ex fago quæ arbor in ꝑcio erat apud priſcos.¶Opus:recte.Nã opus eſt qđ factũ remanet.Nã domus eſt opus fabri.Vnde q̃rto.Pẽdẽt opa interrupta minæq; murorũ:opatio ẽ ipa actio opa uero labor & iduſtria:q̃ adibet̃ circa agẽdũ.¶Alcimedontis:Torno græcũ ẽ.Illi.n.τορνος & inde τορνεύω dicũt.¶Signa:ſignũ ẽ quo aliqd ĩ notitiã nr̃am ĩducit̃:ut Signa tibi dabo tu cõdita mẽte teneto.Per q̃ndã deĩde ſimilitudinẽ dicimus ſigna militaria.i.uexilla:ut ſigna pares aquilas & pila minantia pilis.Item queadmodũ ſimulacra picta tabulas appellamus:ſic ea q̃ cælata:ſculpta:ficta:fuſa ue ſunt:ſigna dicimus.Ergo ſigna.i.ſimulacra.Hic ſigilla parua ſigna:hĩc ſigillaria.¶Conõ :duos excellẽtes uiros eodẽ nomine fuiſſe accepimus:Alterũ atheniẽſem ĩpatorẽ egregiũ quẽ reſpu.ſua omnibus ĩſulis ꝑfecit. Ipſe autẽ ſua uirtute uictis lacedæmõibus pr̃iæ libertatẽ reſtituit.Alterũ mathematicũ ĩſignẽ:quẽ Probus grãmati

Deponо
Nouerca
Priuignus
Opus
Opatio
Opera

cus ſummũ fuiſſe ſcribit. Hic ut refert Hyginus Ptolemeo regi rettulit ſe uidiſſe crinem. Berenices reginæ īter ſydera collocatum. Vnde Catullus: Idem me ille conon cæleſti numine uidit e bereniceo uertice cæſariem. Et Proper. Nauta de ſeipſe ait: Me rotat archytæ ſoboles Babylonius orops: Oron & a proauo ducta conone domus. Itaq; placet mihi ꝙ & Probo placere uideo: Maronem cum de altero tanq̃ de aſtrologo quærat ſic Cononem non exercitus ducem: ſed aſtrorum peritum intelligit: Hic de aſtrologia ſeptem reliquit libros.

Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem
Tēpora quæ meſſor quæ curuos arator hēret?
Nec dũ illis labra admoui ſꝫ cōdita ſeruo. DA.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit
Et molli circum eſt anſas amplexus Acantho.
Orpheaq; in medio poſuit ſiluaſq; ſequentes
Nec dum illis labra admoui ſed condita ſeruo.
Si ad uitulã ſpectes nihil ē ꝙ pocula laudꝫ. M.
Nunq̃ hodie effugies ueniã quocunq; uocaris.
Audiat hæc tãtum uel q uenit ecce Palæmon.
Efficiã poſthac ne quēquã uoce laceſſas DA.
Quin age ſiqd habes in me mora nõ erit ulla.
Nec quēquam fugio tantum uicine Palæmon
Sēſibus hæc imis (res ē nõ parua) repõas. PA.
Dicite quãdo quidē in molli cõſedimus herba.
Et nũc omnis ager nunc omnis parturit arbos.
Nũc frondēt ſiluæ nũc formoſiſſimus annus.
Incipe Damœta tu deinde ſequere Menalca.

¶SER. Radio: ideſt uirga philoſophorum: qua geometræ lineas īdicãt. Inuēta aũt hæc ē ars tēpore quo Nilus plus æquo creſens cõfudit terminos poſſeſſionē: ad quos īnouãdos adhibiti ſunt philoſophi qui lineis diuiſerũt agros. Inde geometria dicit̃ cum nõ tãtũ terræ: ſed etiã maris & cæli: & aeris ſpatia metiri conſueuerit: ſignificat autē aut Aratum: aut Ptolomæum: aut Eudoxum. ¶ Nec dum illis labra admoui: hypallage: pocula enim labris adhibemus: ut Dare claſſibus auſtros: & tãtam in eis dicit uenerationē: ut nec dum illis uſus fuerit. ¶ Idē Alcimēdon: Irriſio eſt facta iteratione uerborum: & mire omnia in uituperationem trahit quæ ille laudauit. ¶ Et nobis fecit: ac ſi diceret putas te ſolum habere pocula: cui enim Alcimedon non fecit? tu pro reuerentia ea nõ tangis: ego ideo quia uilia eſſe exiſtimo. ¶ Molli acãtho: quia ille dixerat Lenta uitis. ¶ Siluaſq; ſequentes: non ſecutas: ſed quaſi adhuc ſequentes. ¶ Nunq̃ hodie effugies: ac ſi diceret ne contēdas: excuſatiões reqris: non quia uilia æſtimas pocula. ¶ Veniã: deſcēdam. ¶ Audiat hæc tantum: ſubaudi aliquis. ¶ Tantum autem: ideo qa ſuſpicatur eũ uictũ non poſſe cedere: q ita ante ēt certamē eſt cõtumax. ¶ Vel qui: q̃ſi requirentis eſt cum ſubito uenit Palæmon: Alii diſtingunt: uel q uenit. Bene autem dubitat ne eũ ipſe immiſiſſe uideat̃: & ſit credibile qꝺ ad eius iudicet gratiã: hoc etiam Damœta ſentiēs dicit: Nec quenq̃ fugio: ideſt cõſentio etiã ad edititiũ iudicem. Edititius eſt iudex quē una pars eligit. ¶ Vicine palæmon: beniuolũ reddit ex uicinitatis cõmemoratiõe. Terentius: Vel uirtus metua: uel uicinitas: qꝺ ego in ꝓpinqua parte amicitiæ puto. ¶ Et nũc oīs ager: nũc oīs parturit arbos. Ipſe alibi: Parturit almus ager. Sane bñ ſubdidit: Nũc frõdēt ſiluæ: referēs ad arbores ſteriles: Nã parturiũt de pomiferis dicius. Vult ãt tēpꝰ exprīer: quo & delitiæ ſũt ī agris & ruſtici miꝰ laborãt: ut ſit duplex ad cãtilenã īuitatio.

¶ANTO. Radio: uirga geometrica. ¶ Tēpora q̃ meſſor: de his late ī prīo Geor. Amplexus. Theocritꝰ quoq; in prīa. Prætera uiridi circũ ē amplexus achãto paſtorale decus. ¶ Acantho: ē acãthus urbana herba elato lõgoq; folio: crepidines marginũ aſſurgentiũq; puluinorũ toros ueſtiens. Duo genera eius ſunt: aculeatũ & criſpũ: qꝺ breuius. Alterũ leue. Pli. auctor li. xii. Eſt ãt flexibili uirgulto hīc legit̃ li. iiii. Geor. flexi uimē acãthi. Eſt ēt arbor Vnde ſecũdo Geor. ē: & bacchas ſemp frõdētis acãthi. ¶ Orpheaq;. De hoc nos ecloga. iiii. ¶ Nec dũ: Theocritus in. i. Nec dũ illi labra admoui: ſed cõditus arca ītactuſq; mãet. Tãto te mũere dignũ Efficiã mihi ſi dulcē cãtaueris hymnũ. ¶ Vicine beniuolētiã captat hac uoce. ¶ Palæmon: ī Theocriti quīta. Morſona eligũt lacon & comatas cãtãtes comatas ait. Hũc igit̃ lacõ ſi uis uocitabimus ambo. Quē nũc ipſe uides īcidere ſectile lignũ. Eſt nãq; is Morſon: ante alios iuſtiſſimus unus hic aderit iudex. Efficiam poſt hac: Lacon comatæ: īquit: Huc ades: huc tandē ipſe ueni: non amplius unquã poſt hac efficiam audebis contendere cantu. ¶ Quin age ſi quid. h. citius iã fare comata. ¶ Res eſt non par. Comatas ait Morſoni. Magna hic res agitur grauiter contendimus ambo.

Acanthus

¶CHRI. Radio: uirga ē q̃ mathematici lineas īdicãt. Radios ēt ſolares dicius. Itē q rotas currũ īterſecãt. Oui. Aurea ſũmæ curuatura rotæ radiorũ argēteus ordo. Itē ēt quos textores ad telas adhibēt. ¶ Illis labra admoui Cēſeo nõ Hyppalage uſum eē: ſed uoluiſſe uel: uenerationē: q̃ pocula coleret demõſtrare. Nã hmõi rebus ſolemus ob reuerētiã potius labra admouere q̃ illas labris: uel morē ruſticanũ q adeo ſolēt pocula implere ut uerītine inter monēdũ aliqd īde excutiat̃ os ad illa demittũt: nõ illa ad os attollũt. ¶ Alcimedon: nõ puto ãt ut hæc dicat qa uelit uilitatē afferre poculis: ſed ut oſtēdat ſe nõ minus acceptũ Alcimedonti fuiſſe & quãto pluris: illa facit tãto pluris uitula faciēda ſit quã illis p̄fert. ¶ Acãtho: acãthus frutex in ægypto eſt ſemp frõdēs ſic dicta: qa ſpinis eſt plena. ¶ Orphea: de hoc dicemus ī ſequētibus. ¶ Sequētes magna artificis laus cũ ſyluas dicat nõ ſecutas: ſed ſequētes. i. ita ſculptas: ut uideat̃ ēt nũc ſeq: & q̃ſi moueri. ¶ Ad uitulã ſpe. i. ſi aīum ad uitulæ q̃litatē cõuertas. ¶ Nihil ē: ꝙ. p. l. No. ꝙ non ſint digna laude p ſe ſed obruũt̃ illæ laudes cõparatiõe uitulæ. Veluti: ſi dicãus lucere qdē lunã: ſed ſi ſolis lucē cõſiderēus: euanuerit lux lunæ. ¶ Veniã quocũq; uo. q. d. q̃uis difficillimã ꝓponas mihi de p̄mio cõditionē tñ & ad eã deſcendã. ¶ Vicinæ: uicinus dr̃ a uico. Viæ. n. urbanæ uicini dicũt̃: ergo uicinus q eũdē īhabitat uicũ. ¶ Senſibus imis. i. pfundis. ꝓprie. n. ſenſus eas uires aīæ dicimus qbus corporea & q̃ finita ſunt pcipimus. Hæ aũt utunt̃ inſtr̃o corporeo ut uiſus oculo auditus aure. Et quoniã non niſi p inſtr̃m corporeũ ſentiũt. Oportet tales ſenſus finitos eē. Sũt ergo hi ſenſus exteriores qnq;: uiſus: auditus: olfatus: guſtus: &

tactus. Sunt & alii qnq̧ interni. Senſus cõis: imaginatio: phãtaſia: exiſtimatio: & memoria: de qbus alio loco dicemus. Et quoniã ẽt iſti corporeo organo utunt̃ circa particularia tantũ uerſant̃. Rõne uero ĩtellectu & ĩtelligẽtia uniuerſalia aſſeqmur: uerũ ẽt iſta tria philoſophi aliquãdo ſenſus noiãt: ſed ꝓfundos ſenſus: & de his nunc intelligit poeta. Ergo imis ſenſibus .i. ĩtimæ mẽti. ¶ Cõſedimus: tãq̃ .n. iudex ſeder̃ uoluit: Hoc pricipiũ Arati ẽ: unde Papinius ab Ioue principium magno deducit aratus.

Alternis dicetis amãt alterna Camœnæ. DA.
Ab Ioue pricipium Muſæ Iouis omnia plena.
Ille colit terras illi mea carmina curæ.
Et me Phœbus amat. Phœbo ſua ſemp apd̃ me
Mũera ſũt Lauri & ſuaue rubẽs Hyacith9. DA.
Malo me Galatea petit laſciua puella
Et fugit ad Salices & ſe cupit ante uideri. ME.
At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas
Notior ut iã ſit canibus nõ Delia noſtris. DA.

¶SER. Alternis dicetis: qa q̃ſi iratus fuerat q̧ Damœtæ prior loc9 dabat̃: iccirco ait: Alternis dicetis. In amœbœo .n. carmĩe difficilior ps reſpõdẽtis eſt: q nõ ꝓ ſuo arbitrio aliqd dicit: ſed aut maiorẽ: aut contrariã format reſpõſionẽ: ut dixim9 ſupra. ¶ Camœnæ: muſæ: qbus a cãtu nomẽ eſt inditum: ¶ Ab Ioue pricipium muſæ: uel muſæ meæ ab Ioue eſt pricipium uel o muſæ ſumamus ab Ioue. Eſt ãt Arati q ait. ἐκ Διος ἀρχωμεσθα τον ουδεποτ ανδρες εωμεν αρρητον· μεσαι δε Διος πασαι μεν αγυιαι πασαι δ ανθρωπων αγοραι μεση δε θαλασσα και λιμενες παντη δε Διος κεχρημεθα παντες ¶ Iouis omnia plena. Lucanus: Iuppiter eſt qdcumque uides: quocumq̧ moueris. Ipſe alibi: Spiritus intus alit: totaq̧ infuſa per artus Mens agitat molem. Ipſe enim eſt ſpiritus: ſine quo nihil mouetur aut regitur. ¶ Colit terras: amat. Cæterum ſuperior colitur non colit inferiorem: ſic alibi: Vnam Poſthabita coluiſſe ſamo: ideſt amaſſe. Nec mirum ſi ruſticus ſumpſit ab Ioue principium: quem amare terras conſtat: & habere carminum curam. ¶ Et me phœbus amat: aut ſimile eſt quod dicit quia unicuique deus quem colit ſummus uř; ut Summe deum ſancti cuſtos ſoractis Apollo: ut Appollinem exæquauerit Ioui. Aut certe ordo ſit talis Me & phœbus amat: ut & plus dicat: nec Ioui uideatur Apollinem comparare. ¶ Sua mumera: ipſi grata: ideſt laurus & hyacinthus. Nam ſcimus & Daphnem Ladonis fluminis arcadiæ filiam dilectam ab Appolline: & terræ miſeratione in laurum conuerſam: & hyacinthum amatum tam a Borea quam ab Appolline: qui cum magis amore Apollinis lætaretur dum exerceretur diſco: ab irato Borea eodem diſco eſt interemptus: & mutatus in florem nominis ſui. ¶ Ante uideri: antequam lateat. Oratius: Nunc & latentis proditor intimo gratus puellæ riſus ab angulo.

¶PRO. Et me phœbus amat: Apollo infra Sol: ſine quo fruges neq̧ oriuntur: neq̧ matureſcunt: Laurum ei gratam accipere debemus: q̧ Daphnem (ut uult Parthenius in uolumine: q̧ de amãtibus compoſitum eſt) Amydeſi filiam dilexit: quam ne per uim ſtupraret: Iuppiter in arborem laurum conuertit. Inſcripti Hyacinthus enim ab Apolline adamatus propter nimiam pulchritudinem: & ab ipſo per ignorantiam occiſus diſco: conuerſus eſt in florem: qui in ſe litteras habet Aia: ut ſit uox plorantis. Quidam ex Aiacis ſanguine.

¶ANTO. Alternis pro alternatim. ¶ Camœnæ: muſæ a carminibus ſunt dictæ: uel q̧ canunt antiquorũ laudes: uel q̧ ſint caſtæ mentis præſides: ut ſcri. Feſtus Ab Ioue pri. mu. ordo eſt: muſæ: ideſt modo cantui principium ſit ab Ioue: hoc autem loco illa quæ Macro. libro primo de ſom. ſcribit inſeram: inquit enim deum uero qui non modo immortale animal ac diuinum ſit plenum inclytæ ex illa puriſſima mente rationis: ſed q̧ & uirtutes omnes quæ illam patriæ omnipotentiam ſummitatis ſequuntur: aut ipſe faciat: aut ipſe contineat. Ipſum deniq̧ Iouem ueteres uocauerunt: & apud theologos Iuppiter eſt mundi anima: hinc illud eſt ab Ioue principium muſæ Iouis omnia plena: quod de Arato poetæ alii mutuati ſunt: qui de ſideribus locuturus a cælo in quo ſydera exordium ſumendum eẽ decernens ab Ioue incipiẽdum eſſe memorauit. ¶ Hæc: ille. ¶ Colit: diligit. ¶ Et me phœbus amat: Theocritus quoq̧ in quinta: Et me phœbus amat: nunc molli paſcitur herba Me cuſtode aries: ueniens quum carnea mactem. ¶ Phœbo ſua: ordo eſt munera ſua: ideſt propria & conuenientia Phœbo quæ pro: ideſt lauri & ſuaue rubens hyacinthus ſemper apud me ſunt: uel ſic & lauri & .ſ. r. h. appoſito Munera. ſ. ph. ſemper apud me ſunt. ¶ Lauri: erat laurus ſpectatiſſima in monte Parnaſſo: ideoq̧ etiam gratã Apollini: aſſuetis eo dona mittere iam & regibus romanis. Hæc Plinius libro. xv. ¶ Hyacinthus: flos hic maxime durat. hyacinthum comitatur fabula duplex luctum præferens eius quem Apollo dilexerant: Aut ex Aiacis cruore editi: ita diſcurrentibus uenis: ut græcarum litterarum ea figura legatur inſcripta. Homerus autem tres flores laudat. Crocon: Loton: & hyacinthum. Plinius libro. xxi. Malo me galatea petit. Theocritus in .v. Malo me Clearista petit formoſa puella: & cãtu noſtras permulcet molliter aures. ¶ At mihi: Theocritus in quinta: inſanire facit Cratides mihi quum obuius extat. Quumq̧ mouet flauos per candida colle capillos. ¶ Delia: uel uetus amica uel Diana ipſa uenationis dea.

Hyacinthus

¶CHRI. Ab Ioue principium: quare principium ſit ab Ioue comodius in ſexto ænei. li. explicabimus. Quid muſæ ſint in primo explicabimus. Aprouianus tamen uult per Iouem & Appollinem Auguſtum ĩtelligi: qui utriq̧ templum fecit & per Damœtam Cornelium Gallum: & per Menalcam Virgilium. At ego credo tantum poetam profundiorem quandã ſcientiam arati ſecutum eſſe. ¶ Phœbus: de hoc dicetur ſuo loco. Eſt autem color rhetoritus qui dicitur traductio. Fit autem cum idem uerbum mutatis caſibus repetitur: ut hic Phœbus & Phœbo. ¶ Mũera: idem munus apud nos ẽ quod apud græcos γερας. ſignificat enim donum & officium. Nam dicimus præſtitit munus amico: ideſt functus eſt officio ergo amicum: & obire munera in republica dicimus cum præſtamus debita officia: ut pendere uectigal præſtare cuſtodiam: & huiuſmodi.

Parta meæ Veneri ſunt munera nanq; notaui
Ipſe locũ aeriæ quo cõgeſſere Palumbes. ME.
Quod potui puero ſiluestri ex arbore lecta
Aurea mala decẽ miſi cras altera mittã. DA.
O quoties & quæ nobis Galatea locuta eſt?
Partẽ aliquã Vẽti diuõ referatis ad aures. ME.
Quid ꝓdeſt? q̃d me ipe aio nõ ſpnis Amynta.
Si dum tu ſectaris apros ego retia ſeruo? DA.
Phyllida mitte mihi· meus eſt natalis Iola.
Cũ facia uitula pro frugibus ipſe uenito. ME.
Phyllida amo ante alias nã me diſcedere fleuit

¶SER. Offert ultro: iſte plus dicit lege amœbœi carminis. ¶ Delia noſtris: Deliam alii amicam priorem uo/
lunt: Alii Dianam quæ eſt a delo: & eſt canibus nota: per quos uenamur: quaſi dea uenationis. Nam ſi ad ami/
cam referas hoc dicit: ſic ad me frequenter Amyntas uenit: ut canibus meis notior ſit: q̃ amica Delia. ¶ Parta:
præparata. ¶ Meæ Veneri: meæ amicæ. ¶ Aeriæ aerii coloris. ¶ Cõgeſſere: nidificauere. ¶ Aurea mala miſi: plus
dicit: Nam cum dixiſſet ſe eſſe miſſurum: iſte iam manifeſte confirmat. Aurea autem aurei coloris: & uolunt
quidã hoc loco eẽ allegoriã ad Auguſtũ de decẽ eclogis: quod ſuperfluum eſt. Quæ enim neceſſitas hoc loco al/
legoriæ? ¶ Diuom referatis ad aures: Ita inqt dulce
locuta eſt mecũ Galatea: ut deorum auditu ea digna
ſint uerba. ¶ Animo non ſpernis. i. libẽtiſſime amas:
& eſt liptotes figura: ſicut Munera nec ſperno. Et
multi hunc locũ allegoricos accipiunt: ut uideat᷑ Au
guſto dicere: Quid prodeſt quia me diligis: ſi ad ca/
piẽdos hoſtes pergẽs in ocio me relinqs? Dicit᷑. n. Vir
gi. ſequi uoluiſſe Auguſtũ cõtra Antonium ad accia
ca bella properantem. ¶ Retia ſeruo: quæ res in ue/
natione minus poſſidet uoluptatis. ¶ Amynta: uoca
tiuus græcus eſt. Et ſciendũ græca nomina in as exe
untia ſiue creſcant ſiue nõ creſcant in genitiuo: uoca
tiuũ in a mittere: ut Aeneas æneæ o ænea: Pallas pal
lãtis palla: ut Non hæc o palla dederas ꝓmiſſa paren
ti. ¶ Phyllida mitte mihi: amicã communem cauſa
natalis dici: in cuius tãtum ſacrificio licebat uolupta
tibus operã dare. Nã in aliis ſacrificiis erat caſtitatis
obſeruatio: qđ etiam ſequẽtia indicant ubi dicit. ¶ Cũ faciã uitula: ideſt cũ pro frugibus ſacrificare cœpero: tu
tãtũmodo uenito. Sane cum natalis apud maiores plenũ fuerat: poſteritas natalis dies dicere cœpit. Nã cũ Ora/
ti. dixerit. Natalis grate numeras: Iuue. ait: Natali coruine die mihi dulcior hæc lux. ¶ Cũ faciã uitula ꝓ frugibꝰ
ipſe uenito: cũ ſacrificauero: & figurate faciam uitula ait: ut Faciam ture: ut faciã agna. Oratius in primo carmi/
nũ: Siue poſcat agna: ſiue malit hædo. Dicit᷑ ãt hoc ſacrificiũ ãbaruale: qđ arua ãbiat uictima: Sic ipe ĩ georgicis
Terq; nouas circũ felix eat hoſtia fruges: ſicut ãburbale uel ãburbiũ dicit᷑ ſacrificiũ qđ urbẽ circuit & ãbit uictĩa.
¶ANTO. Veneri. i. amori. ¶ Ipſe locũ. Theocritus in. v. Aeriã uiridi en capiã ſub fronde palũbẽ. Qua donabo
meã nõ ĩmemor ipe puellã. ¶ Palũbes: colũbi oĩ tẽpore pariũt: Turtur & palũbes uero: nec plus q̃ bis. Vita palũ/
Chryſo mela biũ uel ad. xl. ãnos durare exiſtimat᷑ Philoſophus li. vi. de aĩa. ¶ Aeriæ: ſublimes. ¶ Aurea: mala. Chriſomela ĩtel
ligit Chryſion. n. aurũ dicit᷑: melon pomum. Theocritus ait in tertia. Roſida mala decẽ duco: cras altera ducã.
¶ Phyllida: eius amicã intelligit. ¶ Natalis: erat. n. celebre natale priſcis. Hic natalis & hoc natale dicit᷑. ¶ Cum fa/
ciã ui. p. f. i. quũ faciã rẽ diuinã: nõ oue nõ capra: ſed uitula: tãq̃ dicat: quũ uitulã ꝓ frugibus ſacrificauero q; ẽ: quũ
Vitulas uitula rẽ diuinã fecero Vitula ãt dicta q; potẽs ſit uitæ tolerãdæ: & iõ hac ꝓ frugibus fieri ſacra dicunt᷑: qa frugi/
bus uita hũana tolleret᷑: legito. M. li. iii. ſat. c. ii. ¶ Quũ faciã uitula: Theocritus ĩ qnta: Quũ facies agno nymphas
ueneratus agreſtes: Tum properato mihi magnam promittere partem.
Laurus ¶CHRI. Munera ẽt populo exhiberi dicunt᷑: cũ ludi ad illũ oblectandũ exhibent᷑. ¶ Lauri: Daphnes fabulã
enarrat Oui. quã Penei fluminis filiã dicit: Serui. ãt Ladonis. Hæc ĩmutata ẽ in arborẽ ſui noĩs. Nã Daphne græ
ce latine laurũ ſignificat. hac cã Phœbo laurũ ſacrã uolũt fabulæ. Lauri autẽ duo genera a prĩcipio põit Pli. dein/
de addit & plura alia. Arbor pacifera ẽ. Nã cũ ẽt ĩter armatos hoſtes ꝑtendit᷑ qetis eſt inditiũ. Rõanæq; uictoriæ
nũcia: hic Iuue. Miſſa eſt a Cæ. laurus. Addit᷑ militũ lanceis piliſq; faſces impatorũ decorat. Ex iis in gremio Io/
uis optimi maximi deponit᷑: quoties uictoria leticiã attulit. Nõ tamẽ qa ꝑpetuo uiret: nec qa pacifera eſt ꝑferen
da myrto: & oleæ eſt: ſed qa ſpectatiſſima in mõte parnaſſo: ideoq; grata Apollini aſſuetis iã eo dona mittere re/
gibus Rõanis teſte Bruto fortaſſe in argumẽtũ: quoniã ibi libertatẽ publicã is meruiſſet lauriferã tellurẽ illam
oſculatus ex reſpõſo: Sola ex arboribus fulmine nõ icit᷑. Ob has res honorẽ habitũ in triũphis potius credide/
rim q̃ q; ſuffimẽtũ ſit cedis hoſtium & purgatio ut tradit Maſſurius: Adeo in ꝓphanis uſibus Pollui laurum:
& oleã fas nõ eſt: ut ne ꝓpitiandis qdẽ numinibus accendi ex iis altaria aræue debeãt. Laurus manifeſto ãbdicat
ignes crepitu. Euſe. ait laurũ dicari Apollini quoniã ignea arbor ẽ. Vnde odio a dæmõibus maxime habet᷑: & q̃
uſta reſonat qđ ꝑdicẽdi uim notat. Tyberius Cæ. tonãte cælo ea coronabat᷑. Laurus triũphis ꝓprie dicat᷑ gratiſ/
ſima domibus: ianitrix cæſarũ põtificũq;: ſola domos exornat: & ante limina excubat. ¶ Hyacithus: fabula pue
Diana ri nota ẽ: hyacĩthi aũt flos duplex eſt: croceus & cœruleus. ¶ Malo: hoc pomũ græci μῆλον dicũt & etiam oues
Palum/bes μῆλα appellãt: hic ambiguitas noĩs ĩduxit fabulã de malis aureis. ¶ Delia: Diana q̃ ꝑeſt cãibꝰ ad uigiliã noctur
nã adhibitis: ideo nocturna diana ſanguine catuli placabat᷑. ¶ Palũbes: ſyluaticæ ſunt: & ĩ arboribus nidificãt: q̃s
Colum bæ Ariſt. in li. de aĩa: his in anno parere ſcribit: ut turtures. Colũbæ uero q̃ a culminibus ſecũdũ Varronẽ dñr qm̃ il
la frequẽtant decies in anno parere: idẽ Auctor ẽ. Et in ægypto duodecies: & plerũq; marẽ & fœminã pariunt.
Miſcel/lum Octenis annis uiuũt ſecundũ Pli. colũborũ duo genera ponit. M. Var. Vnũ ſaxatile qđ in turribus nidificet: uel
uillæ culminibus maxĩe timidũ. Alterũ clementius q; cibo domeſtico cõtẽtũ ĩntra limina ianuæ ſolet paſci. ex
Vitula duobus his fit tertium genus miſcellũ dictum. ¶ Vitulã. Quædã ſacrorũ uerba amæne ita ĩterpretatus eſt: ut
Vitula/ria mutato uerborꝝ ſono ĩteger ĩtellectus maneret. Nã uitulari ut ẽ apud pictorẽ. eſt uoce lætari. Varro in. xv. rerũ
diuinaꝝ ait põtifex qbuſdã ſacris uitulari ſolet qđ græci παιανίζειν dicũt. Hic Hillꝰ ĩ li. de diis uitulã ait uocari

deam quæ lætitiæ præeſt. Piſo ait uitulam uictoriam nominari quod poſt uictoriam certis ſacrificiis fiat ui/tulatio. Voluntq; nonnulli ſic dictam: quod cauſa ſit uitæ tollerandæ. Et ob hoc huic deæ pro frugibus quæ uitam ſuſtentant fiunt ſacra. Vnde hic uitulam pro uitulatione dixit. Tamen alii legunt uitulam in abla/uo. i. ſacra non alia hoſtia q̃ de uitula.

Et longum formoſe uale uale inquit Iola. DA.
Triſte Lupus ſtabulis. maturis frugibus ĩbres
Arboribus Venti nobis Amaryllidis iræ. ME.
Dulce ſatis humor. depulſis arbutus Hædis.
Læta Salix fœto pecori. mihi ſol⁹ amyntas. Da.
Pollio amat noſtram q̃uis ſit ruſtica muſam.
Pierides uitulam lectori paſcite ueſtro. ME.
Pollio & ipſe facit noua carmina. paſcite Taurũ
Iã cornu petat & pedib⁹ q̃ ſpargat Arenã. DA.
Qui te Pollio amat ueiat quo te quoq; gaudet
Mella fluãt illi ferat & Rub⁹ aſp amomũ. ME.
Qui Bauiũ non odit amet tua carmina Meui.
Atq; idẽ iũgat Volpes & mulgeat Hircos. Da.
Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.
Frigid⁹ o pueri fugite hic lat; ãguis ĩ herba. M.

¶SER. Vale inqt Iola: Hic paſtor aut habuit duo nõia nã ſupra eũ Menalcã dixit: aut certe Iolã eũ qua/ſi paſtorẽ optimũ appellauit: a quodã paſtor nobiliſ/ſimo: ſicut uirũ forte plerũq; Achillẽ: adulterum Pa rim uocaus. Sane Lõgũ formoſe uale: ita ait: ut tor/uũ clamat: ꝓ aduerbio nomẽ poſuit. ¶ Vale uale in/quit: le corripit ſequẽs uocalis: ut Te Corydon o Ale xi. ¶ Triſte: triſtis res. ¶ Dulce: dulcis res. ¶ Satis: ſege tibus. ¶ Depulſis: a lacte ꝓhibitis: ut depulſos a lacte domi q̃ clauderet agnos. ¶ Pollio amat nr̃am q̃uis ſit ruſtica muſam: Blãdit iã Pollioni patrono quẽ tra/gœdiaꝝ & hiſtoriaꝝ ſcriptorẽ Oratius fuiſſe teſtat᷑: Nã ĩ ſecũdo carminũ dicit: De hiſtoriis ꝑiculoſæ ple/nũ opus aleæ tractas: & ĩcedis ꝑ ignes ſuppoſitos ci/neri doloſo. Itẽ paulo poſt: Paulũ ſeuere muſa tragœ diæ deſit theatris: quẽ carmẽ ſuũ licet ruſticũ: tamẽ amare cõfirmat. ¶ Pierides uitulã lectori paſcite ue/ſtro. i. paſcite ei⁹ armẽta: q̃a legit hoc carmẽ: uel uitu lã ei nutrite ꝓ p̃mio. Sane alii legũt Polliõ ut pria ꝓ/ducat᷑: alii Polio. ¶ Noua carmina: magna miranda. ¶ Paſcite taurũ: hic auget: nam ille uitulam dixerat. ¶ Quo te quoq; gaudet: ſubaudi ueniſſe. Peruenerat autẽ ad cõſulatũ poſt triũphũ dalmaticũ: Nã uicerat ſalonas ciuitatẽ dalmatiæ. Oratius: Cui laurus æternos ho nores dalmatico pepit triũpho. ¶ Amomũ: flos ẽ aſſyrius: ut Lucanus: Vicinæ meſſis amomũ. ¶ Qui Bauium nõ odit: ꝓ pœna ei cõtigat: ut diligat meuiũ peiorẽ poetã. Nã Meuius & Bauius peſſimi fuerũt poetæ inimici: tã Oratio q̃ Virgilio. Vnde Oratius: Mala ſoluta nauis exit alite ferẽs olẽtẽ Meuiũ. ¶ Mulgeat hircos: faciat ea q̃ cõtra naturã ſunt. ¶ Fraga: mora q̃ ĩ herbis naſcunt᷑: ideo dixit: Humi naſcẽtia. ¶ Latet anguis ĩ herba: allegoria eſt: nã uidet᷑ hoc ad Mãtuanos dicere: q̃ ĩter milites uerſabant᷑ armatos: quos ſicut anguis mortẽ ĩferre poſſe nõ dubium eſt. ¶ Non bene ripæ Creditur: ipſe aries etiam nunc uellera ſiccat: Allegoria ad illud quod ſupra di/ximus pertinẽs: quia poſt acceptos agros ab Ario centurione pene eſt intereptus: niſi ſe ꝓcipitaſſet in fluuium.

¶ANTO. Vale ĩqt: nulla hic fit ſynalœpha. ¶ Triſte: ꝓ triſtis uel triſtis res ꝑ alleothã: de q̃ ſupius. ¶ Depulſis: a lacte remotis: q; fit ubi hædi trimeſtres ſũt facti: ut ſcri. Varro. ¶ Arbutus: de hac lege Pli. li. xv. & xxiii. ¶ Pol/lio: De hoc late in Alexi. ¶ Pierides: dictæ ſunt muſæ a Piero mõte: ut ſcri. Feſtus ẽ ãt pierus mõs Theſſaliæ: q ad Macedoniã ꝓtendit᷑ auctore. Pli. li. iiii. ĩ Heſiodi ãt theogonia legit᷑ ex Ioue & Mnemoſyne muſas in Pieria na tas. Ergo nõ dictæ ſunt a Pieri natab⁹: ut q̃dã aiũt. De muſis ãt plura legito apud Diodorũ li. i. & li. v. ¶ Noua: mi rãda. cũ nũq̃ talia facta fuerĩt. Fuit autẽ tragœdiæ ſcriptor: ut meminit Hora. ode pria ſecundi libri. ¶ Pedibus q̃ ſpargat harenã: id tauri pugnaturi faciũt. Vnde Maro li. iii. Geor. ait Vẽtoſq; laceſſit ictibus: & ſparſa ad pugnã ꝓludit arena. ¶ Quo te. ſ. ueniſſe: ꝑuenerat ãt ad cõſulatũ: ut habet᷑ etiã ſequẽti ecloga triũpharat quoq; de Dal macis. ¶ Amomũ: amomiũ in uſu eſt frutice: uenoſo palmi altitudine: carpiturq; cũ radicæ: naſcit᷑ ĩ Armenia in media: & ĩ põto: plura Pli. li. xii. Dioſco. ait q; amomũ genus eſt odoratiſſimæ herbæ: cuius frutex ſimilis eſt botro coloris ruffi: circũ circa folia iũcta & copioſa ſunt: ex tyrſo botroſum ſemẽ reddit᷑ florẽ hẽt albũ. ¶ Qui bauiũ nõ odit. Aſteiſmos ẽ. i. urbanitas: aſteizo iocor: putat᷑ ãt id q̃cq̃d ruſtica ſimplicitate caret & facta ſatis ur/banitate exponit᷑: ut q̃ bauiũ nõ odit amet tua carmĩa mæui. i. ꝓ pena ei cõtingat: ut diligat mæuiũ peiorẽ poe/tã. Nã mæuius & Bauius peſſimi fuere poetæ: inimici tã Horatio q̃ Vir. unde Hor. ĩ epod. mala ſoluta naris exit alite ferens olẽtẽ mæuiũ. Euſe. autẽ ſcribit: q; Marcus Bauius poeta: quẽ Virgili. in bucolicis notat in Cappado/cia mortuus ẽ: ſed de urbanitate latius Fabius libro ſexto. ¶ Atq; idẽ iungat uolpes. i. faciat q̃ contra naturã ſunt.

¶CHRI. Lupus: de hoc ĩ ſequẽtibus dicet᷑. ¶ Arbutus: arbuti radices ualẽt cõtra peſtem pomũ ſimilitudinẽ habet cũ fragris: hoc duobus noĩbus appellãt græci cameron & memeclion. Iuba auctor eſt q̃nq̃genũ cubitorũ in arabia eẽ arbutos. ¶ Pierides: muſæ a pierio mõte in quo ex Ioue & mnemoſine natæ ſunt. Vnde Heſiodus μου σαι πιερι ηθεν σαι ἀηδι κλει ουσαι. Cõueniẽs ãt ẽ ut muſæ poetæ uitulã nutriãt. i. p̃miũ dent. ¶ Rubus: hic frutex mora fert: amomũ: ut ait Dioſcorides ẽ genus herbæ odoratiſſimæ: cuius frutex ſimilis eſt botro in circuitu cuiuſlibet arboris naſcens: ramulos habẽs ſiccos & duros uirgulis aſſimiles coloris ſubruffi: circa quos folia copioſa ex tyrſo butruoſum ſemen redolens & ſibi connexum album ueluti uiolæ foliis ſimilis brioniæ: Triplex eſt armenicum quod cæteris præſtat aurofi coloris uel fului odoris boni alterum medicum: Tertium ponticum. ¶ Vulpes: dicitur uulpes quaſi uolipes: hoc animal in Creta inſula nõ eſt: ſicut nec lupus nec ſerpẽs. ¶ Fraga: herba quæ illa fer fr agantia dicitur. ¶ Latet an. in her. Euridice dum herbas perambularet calcauit inſcia latentem ſerpentem: cuius morſu periit: ſed iam loco prouerbii eſt ne quid inter res letas noxium no/bis incautis eueniat. ¶ Frigidus: noxius. Nam uitæ aduerſatur frigus: uel quia frigidæ ſit naturæ uel frigidus.

Pieri/des

Aſteiſ/mos
Aſteizo
Bauius
Meuius
Arbuti

Pieri/des
Rubus
Amo/mum

Parcite oues nimiũ procedere.non bene ripæ
Credit̃ ipſe Aries etiã nunc uellera ſiccat.DA.
Tityre paſcentes a flumine reiice capellas.
Ipſe(ubi tempus erit)oẽs in fonte lauabo.ME.
Cogite oues pueri ſi lac præceperit æſtus.
Vt nuꝑ fruſtra preſſabim⁹ ubera palmis.DA.
Eheu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in eruo?
Idẽ amor exitiũ ẽ pecori pecoriſq; magr̃o.ME
His certe neq; amor cauſſa ẽ uix oſſibus hærẽt.
Neſcio qs tenẽos ocul⁹ mihi faſciat agnos.Da.

¶SER. Parcite ãt:ꝓhibete.¶Procedere.i.ſeruate ne ꝓcedãt:ut Gnatis parce tuis.¶Tityre paſcentes a flumĩ ne reiice capellas.i.o Mãtua noli mõ uelle aliqd agere de repetẽdis agris.Nã cũ opportunũ fuerit ego oẽs lauabo .i.purgabo oẽs apud Cæſarẽ:cũ de acciaco bello reuerſus fuerit:& bene ĩ fonte:Ipſe.n.ꝑ amicos Cæſaris agrũ me ruerat:tanq̃ ꝑ riuulos quoſdã.Nũc ãt Mãtuanis beneficiũ dicit ſe ab ipſo ĩperatore meriturũ.¶Reiice capellas: reiiceca:ꝓceleuſmaticus ẽ ꝓ dactylo:& ſic ẽ poſitus:ut Genua labant.Itẽ Arietat in portas.¶Cogite oues:ĩ ouilia colligite:ut Tityre coge pecus.¶Præceperit:ꝓoccupauerit:nã naturale ẽ ut lac augeat̃ frigore:calore minuatur.¶Vix oſſibus hærẽt:uix oſſa eorũ cohærẽt.¶Teneros oculus mihi faſcinat agnos: dicit cãm maciei: & ꝑ trãſitũ pulcrũ ſe habere pecus ſignificat:qđ utiq; meruit faſcinari.¶Eris mihi magnus Apollo:relicto certamine ſibi ꝓponunt enigmata.Bene autẽ ait Eris mihi Apollo:qa ĩ rebus ĩcertis ſola opus ẽ diuinatiõe.¶Treis pateat cæli ſpatiũ non amplius ulnas: Vlna ꝓprie ẽ ſpatiũ ĩ q̃ntũ utraq; extẽdit̃ manus.dicta ulna ἀπο τῶν ωλενῶν.i.a brachiis.Vnde & λευκώλενοσ ἥρη dicit̃:licet Suetonius unũ cubitũ uelit eẽ tãtũmodo.Sane hæc q̃ſtio uarie ſoluit̃.Nã alii dicunt ſignificare cũ ſepulcrũ Cælii luxurioſi cuiuſdã qui uẽditis oĩbus rebus & cõſumptis tãtũmodo ſibi ſpatium reſeruauit:qđ ſepulcro ſufficeret:& uoluiſſe eũ errorẽ facere ex cæli & cælii ſimilitudĩe:ut ſit:Dic mihi ubinã ſepultus ẽ Cælius:cuius tribus ulnis cõtinet̃ ſepulcrũ.Alii uero uolũt puteũ ſignificari:q ẽ in Siene parte ægypti:quẽ ad hoc nimiæ altitudinis philoſophi effoderũt:ut ꝓbarẽt locũ illũ eẽ ſolũ quẽ recto ſol intuitu irradiaret.Nã.viii.kalẽ.Iulias die quãdo in cẽtro ſuo eſt ſol lumine ſuo tã imã quoq; illius putei q̃ ſummam terram irradiat:ſed neutrũ horũ conuenit ruſtico:Vnde ſimpliciter intelligendus eſt cuiuſlibet loci puteus:in quem cum quis deſcenderit tantum cæli conſpicit ſpatium:q̃tum putei latitudo permiſerit.

¶ANTO. Ipſe aries:placet magis ut ſimpliciter accipiatur q allegoricos:quod indicat etiam illud:ipſe ubi tempus erit omnis in fonte lauabo.Eſt enim Theocriti in quinta ubi ait Fœlicem ſperate diem:uitamq; capellæ.Cras ego uos omnes ſybaritis fonte lauabo.¶Præceperit:præoccupauerit:attraxerit.¶Taurus in eruo:In antiquiſſimis textibus eruo & aruo legi in illo ſummi pontificis aruo eſt per:a plures autem eruo habent per e.Eſt autem eruum leguminis ſpecies ſimile piſo:quod amplius q̃ uitia runcatur.Sufficiunt ſingulis bouum iugis modii quini ſati.Martio menſe ſatum noxium eſſe bobus aiunt.Item autũno grauedinoſum.Innoxium
Eruum autem fieri primo uere ſatum:auctor Pli.lib.xviii.meminit idem Columella libro.ii.ubi ait etiam ꝙ eruum lætatur loco macro nec humido:quia luxuria plerumq; corrumpitur.Per hæc autem uerba optime exponemus pingui eruo:ideſt læto.¶Vix oſſibus herent:Theocritus quoq; in quarta:Nemphe uolunt prati teneris iam paſcier herbis.Illa adeo macra eſt uitula:& uix oſſibus heret.¶Faſcinat:laudando decipit:uel degrauat.Faſcinum & fas a fando nominatur:ut Feſtus ait Pli.autem lib.vii.cap.iii.ſcribit in aphrica eſſe familias quaſdam effaſcinantium:quarum laudatione intereant probata:areſcant arbores:emoriantur infantes eſſe eiuſdem generis in triballis:& illyriis qui uiſu quoque effaſcinent:interimant ꝙ quos diutius intueantur:iratis præcipue oculis:quod eorum malum facilius ſentire puberes:notabilius eſſe ꝙ pupillas binas in oculis ſingulis habeant: fœminas quidem omnes ubiq; uiſu nocere:quæ duplices pupillas habeant.Cicero quoq; auctor eſt.Hæc & plura Pli.Dic quibus omiſſo canendi ſtudio ad enigma diuertit quo decentius cantum abſolueret:nec uictus
Siene eſſe uideretur ne item infinitum quodammodo canere cogeretur.¶Cæli ſpacium:in æthyopie fine Siene eſt inſula.C.M.Paſſuum ambitu:ut ſcribit Pli.lib.v.Stra.quoq; li.xvii.docet:ꝙ in ipſa Siene puteus quidam eſt: qui æſtiuum indicat ſolſtitium:quoniam hæc loca circulo tropico ſunt ſubiecta:& in meridie umbilicos faciunt ſine umbra:& ſol ſupra uerticem ibi manentibus habetur unde neceſſe in puteos q̃q̃ profundiſſimos uſq; ad aquam radios iaci.Itaq; de hoc puteo intelligere poteris & de quocunq; alio:nam in fundo cuiuſq; putei manentibus cælum non uidebitur niſi pro aditus magnitudine.Vlnas:Olene & olenos ulna dicit̃:eſtq; ut aiunt utriuſq; manus extenſio:uel magis unus cubitus tantum.¶Apollo:cui diuinandi poteſtas Macro.libro.i.ſat.ſcribit ꝙ diuerſæ uirtutes ſolis nomina diis dederunt uirtutem igitur ſolis quæ diuinationi curationiq; præeſt:Apollinem uocauerunt:quæ ſermonis auctor eſt Mercurii nomen accepit.

Aries ¶CHRI. Aries:mas eſt non caſtratus qui oues ſalit.Qui uero caſtratus eſt:& propterea inutilis Veneri
Veruex ueruex dicitur quoniam in eo uerſa ſit natura.¶Vellera:a uellendo dicuntur:Nam priſci ouium lanas non tondebant:ſed uellebant.¶Fruſtra præſſabimus:ideſt q̃uis uehementer premamus:tamen fruſtra erit:Eſt autem preſſo frequentatiuum a premo.¶In eruo:antiquus habet codex & non aruo.Dicimus enim eruum & eruiliam leguminum genus:quo.M.Varro pecus pingueſcere ſcribit.¶Faſcinat:a græco eſt hoc uerbum.Illic enim
Faſcinatio βασκαίνω dicunt:eſt autem faſcinatio morbus qui ex ſpiritu faſcinantis per oculos faſcinati ad cor ipſius ingreſſo peruenit ſpiritus enim a cordis calore ex puriori ſanguine generatur.Tales autem ſunt in nobis ſpiritus:qualis eſt ſanguinis humor.Spiritus autem ſimiles ſibi radios per oculos quaſi per uitreas feneſtras emittit Cor.enim ſuo perpetuo quodam motu proximum ſibi ſanguinem agitans ex eo ſpiritu:in totum corpus perque illos luminum ſcintillas per membra diffundit quidem ſingula per oculos autem maxime.Ad altiſſimas partes cum ſit leuiſſimus maxime euolat ſpũs:Eiuſq; lumen per oculos cum perſpicui maxime ac

nitidi ſint maxime emicat. Nam ꝙ aliquid lumen in oculis ſit: patet ex eo ꝙ quorūdam brutorum oculi in tenebris micant. Quin. &. A. Octauianus adeo lucidos oculos habuiſſe fertur: ut cum acrius quēdam intueretur cogeret eum quaſi ad ſolis fulgorē oculos ſubmittere Tyberium quoqꝫ ēt & in tenebris uidiſſe. Tranq. auctor eſt: ſed ad breue & cum primum a ſomno patuiſſet. Quod aūt radius ab oculo emiſſus uaporē ſpiritalē ſecum trahit: & uapor ſanguinē: ex eo iā pſpicuum eſt: ꝙ lippi rubenteſqꝫ oculi radii ſui emiſſione eos qui uident eodē morbo cogunt laborare: hoc. n. indicat radiū uſqꝫ ad obuium illum ꝓtendi & cū radio una uaporem corrupti ſanguinis emanare: cuius cōtagione oculus ſpectantis nidificat. Refert Ariſtoteles mulieres mēſtruo affectas intuitu ſuo ſpeculū ſanguineis guttis ſæpe fœdare. Eſt. n. uapor ſanguinis ſanguis qdē tenuiſſimus q aſpectum fugit oculoꝝ: ſed in ſpāli ſupficie factus craſſior iam apparet. Hoc in rariori aut minus terſa materia nō efficit: quia in ea penetrat aut diſſipatur radius. Non ergo mirum: ſi patefactus & in aliquē intentus oculus radiorum ſuoꝝ aculeos in aduerſos oculos iaculat: & una cum aculeis qui ſpirituum uehicula ſunt ſanguineū illum uaporem quem ſpiritum nominamus inuehit. Hic uiolentus aculeus diuerberat oculos. & cum a pcutiētis corde incitatur percuſſi precordia quaſi regionem propriam repetit & cor uulnerat: neqꝫ eius duriori dorſo hebeſcit. Redit in ſanguinē. peregrinus hic ſanguis: & cum ab eius qui ſautius eſt alienus. ſit ſanguinem eius ꝓprium inficit: Infectus āt ſanguis ægrotat. Hæc ægrotatio faſcinatio eſt: quæ iccirco magis noce teneriori ætati: quia illius corda: cum molliora ſint minus reſiſtunt ferienti: & magis leduntur: dixi ut potui hac uerborum breuitate. unde ſit faſcinum. Addam illud in illyriis & triballis homines eſſe qui interrimant uidēdo ſi quicquam diutius irati perſpiciāt eaſqꝫ binas pupillas habere maximeqꝫ hoc malum ſentire puberes ait Gellius atqꝫ Plinius qui etiam in Aphrica familias quaſdam eſſe dicit teſte Iſogono & Nymphodoro: quorum laudatione intereant probata. Areſcant arbores. Emoriantur infantes. Fœminas quidam omnes ubiqꝫ nocere: quæ duplices pupillas habeant. Cicero quoqꝫ apud nos auctor eſt. Faſcinum pro membro uirili poſuit in priapeia. Maro. ut priape quod ſis faſcino grauis tenero: & paulo infra. Placet priape qui ſub arboris comis ſoles ſacrum reuinctus Pampino caput. Rubes ſedere cum rubente faſcino.

Dic qbus in terris & eris mihi magnus Apollo
Treis pateat cæli ſpatiū nō āplius ulnas. ME.
Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcātur flores & Phyllida ſolus habeto. PA.
Non. noſtrū inter uos tantas componere lites.
Et Vitula tu dignus & hic & quiſquis amores
Aut metuet dulces aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri ſat prata biberunt.

℃SER. Dic quibus in terris inſcripti nomina regū Naſcunt flores: Quia ſoluere non potuit: ipſe aliā obiicit quæſtionē: & captioſe Quibus in terris dixit. Hiacynthus. n. ubiqꝫ naſcitur flos: qui natus eſt primo de Hiacynthi ſanguine: poſtea de Aiacis: ſicut & Ouidius docet. Eſt aūt rubrū quaſi liliū: deſignās primā hiacynthi litterā. Regū aūt nomina non quoniā ipſi reges fuerūt: ſed quia regū filii: ut Magnū reginæ ſed. n. miſeratus amorē: cum de Ariadne diceret Paſiphaes reginæ filia. Sane multi uolunt nomina regū pro nomine regis poſitum: ut ſit quēadmodū illud in Terentio: Non perpeti meretricū contumelias: cū de una loqueret. Nā flos iſte Hiacynthi tantū & nō Aiacis nomē retinet. Tamē ſciēdū ænigmata hæc ſicut fere oīa carere aperta ſolutiōe. ⁋ Phyllida ſolus hēto: amicā cōmunem: quod plus eſt q̄ eſſe Apollinē nā eſſe Apollinē impoſſibile eſt: quod ille promiſerat: hic uero poſſibilia pollicet. ⁋ Nō: hic diſtinguēdū eſt: ut ſit ſenſus: Officii iudicis eſt ferre ſententiā: nō eorū qui inter ſe contendūt: unde male qdā totū iungūt: Nō noſtrū īter uos tantas cōponere lites: Nā negaret ſe facturū quod faciet. Iudicaturus. n. eſt eos eſſe pares dicēs: Tu uitula dignus: & hic. ⁋ Cōponere: finire: ut Ante diē clauſo componet ueſper olympo ideſt finiet. ⁋ Et quiſquis amores. Aut metuet dulces: aut experietur amaros. Et tu & hic digni eſtis uitula: & quicunqꝫ ſimilis uſ̄ri ē. Nā ſupra unus dixerat: Triſte lupus ſtabulis: maturis frugibus imbres: Arboribus uenti: nobis Amaryllidis iræ. Item alter: Dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis: Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus amyntas. Ad cuius amatoris ſimilitudinem pertinet: Aut metuet dulces: nanqꝫ hic Menalcas & amabat & amabatur: ſed tanq̄ prudens timebat ne unquā poſſet amor ille diſſolui: & contra Damœtas amaritudinem amoris expertus fuerat ex amicæ Amaryllidis iracundia. ⁋ Metuet dulces: timebit pro dulcibus ne eos amittat. ⁋ Sat prata biberunt: aut intelligimus hunc exiſſe ut iuberet pueris ſuis ut arua irrigarent: quod illis cātātibus factum eſt: & re uera dicit Riuos claudite: aut certe allegoricos hoc dicit: iam cantare deſinite. ſatiati enim audiendo ſumus.

℃ANTO. Nomina regum: de hyacintho flore intelligit: de quo iam diximus habet enim in foliis hya. quod etiam Ouidius in met. docet apertius. ⁋ Non: hic fiat colō: ut dicamus. ⁋ Non: ſcilicet ueſtrum eſt: ſed noſtrum qui iudex ſum componere &c. ⁋ Et uitula tu dignus. in Theocriti quinta: ubi Lacon & Comatas: acerbe certauerunt: alter uictus eſt. Ait enim ſic Morſon iudex: Laconem Morſon iubeo reticere: quid ipſū nūcio deuictū: mea ſic ſnīa poſcit. Do tibi lanigeꝝ pignus certaminis agnū. Quem nuper docta meruiſti uoce comata. In ſexta autem ubi Damœtas & Daphnis amici cantarunt. Deuicit neuter: neuter ſuperatus abiuit. ⁋ Aut metuet dulces: uti Menalcas ſcilicet dixerat enim Dulce ſatis humor &c. ⁋ Aut experietur amaros: uti Damœtas ſcilicet nam dixerat. Triſte lupus ſtabulis &c. ⁋ Riuos: ideſt ora. ⁋ Prata: aures. ⁋ Biberunt: auſerunt audiuerunt. Eſt enim allegoria quā Fabius lib. viii. in uerſionem interpretatur: ut aliud uerbis aliud ſenſu oſtendat.

℃CHRI. Componere: finire: ut hic. Item tranquillum reddere: ut ſed motos præſtat componere fluctus. Item cōparere. Salu. Vbi metelli dicta cū factis compoſuit illud. Sic paruis componere magna ſolebam. Item ornare: Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Item coniungere: ut Componens manibuſqꝫ manus: atqꝫ

oribus ora. ¶ Riuos: Nam e propinquo flumine deducuntur riui quibus irrigantur prata: unde dicimus deriuare flumina cum ex alueo per riuos dicuntur. ¶ Prata dicuntur quaſi parata: quia ſine cultura fructuum redunt. Solum expectatur dum herba creſcere deſiit & æſtibus areſcere tūc ſubſecatur: ut perareſcat: furcillis uerſatur. Remoto fœno ſicilienda ſunt prata: ideſt falcibus conſectanda quæ fœni ſit prætererunt: & quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum a qua ſectione arbitratur Varro dictum eſſe ſicilire prata.

ECLOGA QVARTA POLLIO.

SICELIDES Muſæ paulo maiora canamus.
Nō omnes arbuſta iuuant humileſq; Myricæ.
Si canimus ſiluas: ſiluæ ſint Conſule dignæ.
Vltima cumæi uenit iam carminis ætas.

SER. SICELIdes muſæ paulo maiora canamus. Aſinius Pollio ductor germanici exercitus: cū poſt captas ſalonas Dalmatiæ ciuitaté primo meruiſſet laureā: poſt etiā conſulatū adeptus fuiſſet: eodé anno ſuſcepit filiū: qué a capta ciuitate Saloninū uocauit: cui nunc Virgilius genethliacon dicit: quem conſtat natū riſiſſe ſtatim: qđ parétibus omen eſt īfelicitatis. Nam ipſum puerū inter ipſa primordia periiſſe manifeſtū eſt. ¶ Sicelides auté græcū eſt. Nā latine ſicilienſes facit. i. Theocritiæ: Nā Theocritus ſyracuſanus fuit: quem in hoc opere Virgilius imitatur: ut diximus ſupra. ¶ Paulo maiora canamus: Bene paulo. Nam licet hæc ecloga diſcedat a bucolico carmine: tamen inſerit ei aliqua apta operi. ¶ Myricæ: uirgulta ſunt humillima. ¶ Vltima cumæi uēit iā carminis ætas: Sibyllini: q̄ cumana fuit: & ſæcula p metalla diuiſit: dixit ēt qs quo ſæculo īperaret: & Solé ultimū. i. decimū uoluit. Nouimus aūt eundé eſſe Apolliné: unde dicit: Tuus iā regnat Apollo. Dixit ēt finitis oībus ſæculis rurſus eadem renouari: quam ré etiam philoſophi hac diſputatione colligūt dicentes: Completo magno anno omnia ſidera in ortus ſuos redire: & referri rurſus eodé motu. Quod ſi eſt idé ſiderū motus: neceſſe eſt ut oīa q̄ fuerūt héant iterationé. Vniuerſa. n. ex aſtroꝝ motu pédere manifeſtū eſt. hoc ſecutus Virgi. dicit reuerti aurea ſæcula: & iterari oīa q̄ fuerūt.

¶ PRO. Cumæi: uel a ſibylla quæ cumana: & poſt quatuor ſecula παλινγένεσιαν: futuram cecinit: uel cumæi carminis Heſiodi a pře Dio. q cumæus fuit Heſiodus aūt libris ſuis quatuor ſeculorū facit mentionem. Tiphys gubernator nauis argus. Argo auté a celeritate dicta eſt. Sic & Home. qui κυνας αργους celeres dixit: inde arguti: qui multum: ac celeriter loquuntur: ut arguta hirundo.

¶ ANTO. Sicelides muſæ. in antiquis ēt pluribus textibus: & ī illo q in ſummi pōtificis bibliotheca maioribus characteribus ſcriptus é Sicelides p e nō p i legi. qđ quidé græce dixit. illis. n. Sicelia: nobis uero Sicilia dicit̃. Celebrat̃ hic Aſinius Pollio q fuit orator & cōſularis: ut docet Euſebius de quo latius ī Alexi. fuit hiſtoriarū & tragœdiarū ſcriptor: q & de Dalmatis triūphauit. Vnde Horatius ode prima ſecūdi uoluminis ad eū ſcribens ait: Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho. laudat ibidé eūdé a pietate a prudétia a dignitate: & honore: ab eloquétiæ uiribus. Dicūt alii a Salona dalmatiæ urbe capta ſuſceptū filiū Saloninū uocaſſe: q & ſi paꝝ uixit. Hic quoq; a Marone cū patre celebrat̃: Sed laus ipſa talis é: q; ſæpe ad Auguſtū quoq; raferéda eſt. Vt ſuo loco docebimus. Aduertédū p̄terea ī Strabōe legi Salonæ ſalonarū. in Plinio ſalona ſalonæ: Itaq; nō recte ſalonæ p o in prima ſyllaba dicit̃. ¶ Sicelides muſæ: q̄ ſcilicet Theocrito ſyracuſano fauiſtis: ſeu o Theocri-

Myrica ti cantus & carmina. ¶ Arbuſta: ideſt minima & humilia. ¶ Syluas. i. altiora. ¶ Humyleſq; myricæ. Myrica genus é fruticis: quam alii tamaricen uocāt Auctor eſt Plinius libro. xiii. Idem quoq; libro. xxiiii. ſic ait: Myrica quam & amaricon uocat Læneus ſimilis eſt ſcopis amerinis arbitrantur quidam hanc eſſet tamaricam: uulgus infelicem eā arboré appellat: quoniā nihil ferat: nec feratur unquam. Hæc ille. ¶ Sint: & ſunt in antiquis

Cumæ eſt in illo ſummi pontificis ſint per. i. ¶ Conſule: pollione. ſ. ¶ Cumæi carminis: Cumæ: in Campania ſunt: antiquitate cunctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit: urbs ipſa plura legito apud Strabonem lib. v. & apud Dyoniſium lib. vii. idem autem ſybillæ ſacellum erat: ſed eius quæ rebus romanis quinquageſima olympiade interfuit: cuiuſq; librum ad Cornelium uſq; Syllam pontifices Romani conſulebant tunc. n. una cum capitolio igni abſumptus eſt: auctor é Solinus. Meminit idé Gellius li. i. c. xix. ſed latius Dyoniſius li. iiii. ¶ Vltima ætas: ferrea ītelligit̃: unde ait īferius. Quo ferrea primū deſinet: ac toto ſurget gés aurea mūdo nā ab ītegro ſæclorū ordo naſcebat̃. Pro etiā ſcribit quod cumana ſibylla poſt quatuor ſæcula: nonā generatiōem futuram cecinit.

Sicilides ¶ CHRI. Sicelides: dep̄cat̃ erroré ſi paulo ſublimius q̄ paſtoria res reqrit canat: Dixit aūt ſicelides & nō ſicilides: Nā cum uſus ſit patronymico noīe q; potius græcū quā latinū deduxit ab eo q; eſt ſicelia ut dicunt græci & nō ſicilia ut dnt latini. ¶ Arbuſta: cū ꝓprie arbuſtū ſit locus cōſitus nouellis arboribus. ¶ Arbuſtæ q̄ ex ſeminario auulſa ſunt ſeminaq; appellant̃ uoluit notare humiliores arbores. ¶ Myricæq;: Virgulta non multū a geniſtis diſtantes. ¶ Syluas: nā in p̄cio fuit paſtoria & agricultura. ¶ Vltima cumæi. i. ultimum ſæculū ex quatuor ſæculis quæ p̄dixerat Sibylla cumæa. Verū de Sibyllis dicemus in æneі. qđ āt ad hūc locū attinet Sibylla cumæa fuit e cuma q̄ urbs eſt in locréſi agro qui eſt Ioniæ Aſiæ minoris quā aliqui uicinitate loci Erithreā appellarūt Hæc ut ponit Seruius ꝓfecta in Italiā. Multa de romanoꝝ fatis uaticinata eſt. Sed ut oſtédit Auguſtinus multa ēt de Chriſto eſt uaticinata. ¶ Cuius uerſum: ut oſtendit Phocianus capita ita ſe habent ut primæ litteræ cōficiant ιησους χριςος θεου υιος σωτηρ Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator. Hæc igitur illum de uirgine oriturum p̄dixit uerum Maro iſtius theologiæ ignarus ad Octauiani felicitatem referens uirginem iuſtitiam intellexit a qua ſit Octauianus quem appellat: ideſt Solem. Nā noſtri quoq; natū eſſe ſolem iuſtitiæ Chriſtū dicūt. Priſci uero prima ſæcula aurea: ideſt ab omni uitio pura fuiſſe dicunt: & in illis uirginé: ideſt iuſtitiam cū hominibus habitaſſe teſte quoq; ipſo Virgi. aſſerūt hæc igitur ſæcula iam ſua ætate rediiſſe nunc teſtatur Maro.

Arbuſtæ

Sibylla cumæa

Quod etiam mathematice dictũ eſſe poteſt demonſtrari. Nam apud hebreos inſignis aſtrologus Habraham
ſcripſit ſeptẽ eſſe planetas & ſeptẽ angelos eſſe illorum ductores appoſitos. ſ. Caphiel: Saturno: Sathiel: Ioui: Sa/
mael: Marti: Amael: Veneri: Michael: Mercurio: Raphael: Soli: Gautici: Lunæ: Quẽlibet aũt illorũ ducere mũ
dũ annos. cccliiii. & menſes q̃tuor. ¶ Fuiſſeq; ordinẽ: ut primus Saturnus duceret qua hora Saturni creati ſunt
Sol & Luna poſt Saturnum duxit Venus: poſt Venerem Iuppiter: Ioui ſucceſſit Mercurius: & illi Mars Marti
Luna: itaq; ducatus omnium iſtorum ſeptem abſumit annos circiter ſeptuagintaocto ſupra duo milia & qua
dringentos. Quod ſi ſecundo peragatur huiuſcemodi ducatus perueniet ultra annum ſextum ac quinquageſi
mum ſupra quatuor milia ac noningentos annos: Sed Maro floruit anno a mundo cõdito fere. lx. ſupra quin/
que milia ac centum annos ex quibus omnibus perſpicitur quod tunc tertio iam regnabat Saturnus.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & uirgo redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mondo.
Caſta faue Lucina tuus iam regnat Apollo.
Teq; adeo decus hoc æui te Conſule inibit
Pollio & incipient magni procedere menſes.

¶ SER. Ab integro: denuo. ¶ Seclorũ: ſynereſis ꝓ
ſæculorũ. ¶ Redit & uirgo: Iuſtitia q̃ Erigone fuit: &
permiſcet laudes tã pueri q̃ Pollionis: q̃ Auguſti. Nã
felicitas tẽporũ ad ĩperatoris ꝑtinet laudẽ. ¶ Iam no/
ua ꝓgenies cælo demittit̃ alto: ut uideant̃ homines
non ex mortalibus nati: ſed ex numinibus q̃ſi e cælo
lapſi. & hinc cõiicit fore aurea ſecula: q; Auguſtus im
perat: q; talis ẽ natus puer: q; cõſul eſt Pollio. ¶ Quo:
deeſt naſcẽte. Nã hoc dicit faue ei Lucina: cuius ortus
ſæcula ĩmutabit aureis. ſ. ferrea. ¶ Caſta faue Lucina:
mõ dianam accipimus: Sic Oratius: Siue Lucinam
probas uocari. Terentius: Iunonem Lucinam dicit:
ut Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro: tamen
ambæ unum ſunt. ¶ Tuus iam regnat Apollo: & ultimum ſæculum oſtendit: quod Sibylla Solis eſſe memo/
rauit: & tangit Auguſtum: cuius ſimulacrum factum eſt cum Apollinis cunctis ĩſignibus. ¶ Inibit: inchoabit:
exordium accipiet: aureum ſcilicet ſæculum. ¶ Incipient magni procedere menſes: illud tangit: quod Iulius &
Augu. menſes in honorem Cæſaris & Auguſti acceperunt nomina. Nam ante quintilis & ſextilis dicti ſunt.
& hoc etiam trahit ad argumentum aurei ſeculi.

¶ ANTO. Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo. Edictis Cumææ ſibyllæ hæc poeta ſumpſit: quæ
quidem omnia de Chriſto prædixerat. Vnde & Gregorius in moralibus ait: Chriſtum iudeorum & gẽtilium
uocibus prophetari: qui pro utrorumq; ſalute ueneratur. Bene quidem ab integro: quoniam Chriſti aduentu
ceſſerunt uetera plurima: nouaq; alia inſtituta ſunt: ceſſit & ciuilium bellorum furor. Natus eſt enim ut Eu/
ſebius ſcribit: anno imperii auguſti. xlii. Virgilius autem brunduſii perierat anno imperii prædicti. xvi. itaq;
Chriſtum minime uidit. Sed in Auguſti Pollioniſq; laudem illa quæ de Chriſto Sibylla dixerat hic inſeruit.
Credebat enim: futura eſſe: ut reuera fuit. ¶ Iam redit & uirgo: ideo redit dixit: quoniam uirgo teſte Heſio/
do iouis & themidis filia teſte arato aſtrei & aurore: quæ in aureo ſæculo fuerat: eorumq; princeps: propter
diligentiam & æquitatem iuſticia appellata: in cælum fugerat ætate ænea auctor iginus. ¶ Saturnia regna:
ideſt aurea ſæcula quæ quidem Saturno regnante in latio fuerant: quo tempore: fides iuſticia & omnis uirtus
colebatur: & tellus per ſe dabat omnia: non bella non enſes erant: uer erat eternum. Sue autem ſcribit fuiſ/
ſe quondam ut omne tempus primo die natalis uſque ad exitum Auguſti: ſæculum Auguſtum appellare/
tur: & ita in faſtos referretur. ¶ Redeunt ſaturnia regna: id dixit Maro: quoniam ut ſcribit Liui. Auguſti tem
pore poſt bellum actiacum clauſum eſt iani templum: pace terra: mariq; parta. Et ut Lucius Florus etiam ſcri/
bit. ¶ Auguſtus ipſe conuerſus ad pacem. primum in omnia mala & in luxuriam fluens ſæculum grauibus
ſeueriſq; legibus coercuit. merito ergo redeunt ſaturnia regna dixit. ¶ Noua progenies: id etiam Sybilla di/
xerat de Chriſto intelligens Maro tamen de filio pollionis intellexiſſe uoluit: ut amico gratificaretur. Nec
intelligas de Auguſto. quoniam dicit: modo naſcenti puero & poſtea tuus iam regnat apollo. Per quem
Auguſtum ipſum intelligit: nam ut Suetonius ſcribit acclamatum eſt Cæſarem eſſe apollinem. Item exiſti/
matum Apollonis filium: quoniam Auguſtus menſe decimo natus eſſet. ¶ Lucina: Luna ut Varro inquit na/
ſcentium dux eſt: hinc ab iuuando & luce iuno lucina dicta ab latinis: ipſa enim menſibus actis in lucem pro/
ducit infantes. ¶ Tuus iam regnat apollo: dixerat enim Sibylla ultima ætate regnaturum apollinem: quod in/
telligendum erat (ut uult maro) de Auguſto: nam ut oſtendimus apollo dictus eſt: & apollinis filius exiſtima/
tus. ¶ Adeo: certe. ¶ Pollio: pollioni blãditur cum eo conſule dicat aureum ſæculum initum iræ. ¶ Procedere:
ulterius ire magni menſes: ideſt Iulius & auguſtus: qui olim Quintilis & Sextilis appellabantur: de quibus ple
ne legite Macro. lib. i. ſat. ¶ Te duce: te Pollione conſule.

¶ CHRI. Noua progenies. Quod ſibylla de Chriſto predixit: hic ad Octauianum refert. Noua ergo in Chri
ſto quia nuſquam alias uiſa eſt in terris progenies: quæ eſſet deus & homo: Sed noua in Octauiano. i. admiran
da propter orbem illo regnante omni ex parte redactũ. Vel noua: quaſi genus nouum hominum renaſcatur.
¶ Apollo: puto per apollinem Octauianum intelligendum eſſe qui ſit ueluti alter ſalutaris ſol orbi infuſus:
uel propter iuſticiam: quæ per ſolem exprimitur: appellat apollinem: ut per hoc numen oſtendat rediiſſe ſa/
turina ſæcula in qua iuſticia habitauit inter mortales. Eſt etiam apollo: quia ſuo ſplendore orbis totus illuſtra
tus ſit. Quin & alibi inducit apollinem. Octauiano in bello actiaco fauentem. Vt actius hæc cernens arcum
tendebat apollo: Nec placet quod ad apollinem referatur. Ipſe non regnauit. ¶ Tuus. ſ. frater: nã Lucina diana
eſt Solis ſoror. ¶ Magni menſes: perplacet ſeruiana ſententia: uel magni. i. admirabiles propter aurea ſæcula.

¶SER. Te duce: uel Auguſto: uel polliõe: uel Salonino. ¶ Sceleris ueſtigia noſtri: Bene nullum uult eſſe præſentium tempoꝝ uitium: ſed reliq̃s dicit eſſe ſupioris ætatis. Sic in georgicis cũ laudaret Auguſtũ: & carpſiſſet tempora uicina dicens: Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes. ¶ Arma ferunt: ſæuit toto mars impius orbe: intulit Fertur equis auriga neq; audit currus habenas: ut oſtenderet tantas eſſe reliquias præteritorum malorum: ut ne ab optimo quidem rectore ſedari poſſe uiderentur. Veſtigia autem ſcelerum dicit bella ciuilia: quæ geſſit Auguſtus cõtra Antonium apud Mutinam: contra Lucium Antoniũ fratrem huius Antonii apud Peruſium: contra ſex Põpeiũ filium Pompeii in freto ſicilienſi: contra Brutum & Caſſium in Theſſalia: cõtra Antoniũ & Cleopatrã in Epiro apud actiũ promontoriũ. ¶ Irrita: ad nihilũ deducta. ¶ Veſtigia: & non dicit: Iã irrita ſoluent terras formidĩe: ſed fiẽt irrita: & ſoluẽt terras timore uel formidine: ꝑpetua autẽ eſt longa. ¶ Ille deũ uitã accipiet: ſicut ſupra artificioſe laudem cõfundit: ut poſſit eẽ communis. Nam ad quẽuis poteſt referri ille: uel ad Auguſtũ: uel ad Saloninũ. ¶ Patũq; reget patriis uirtutibus orbem: uel Auguſtus Cæſaris: uel Saloninus Pollionis uirtute pacatum orbem tenebit: & mira laus utriuſq; eſt: & eius qui pacauit: & qui pacatũ tuetur. ¶ At tibi prima puer nullo munuſcula cultu: Rhetorice digeſta laudatio. Non enim improuide in principio uniuerſa conſumpſit: ſed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. ¶ Munuſcula: Bene in rebus minoris ætatis uſus eſt dimminutione. ¶ Errantes hederas paſſim cum baccare tellus: paſſim uagãtes: Vnde antiqui lyrici dixerunt: Flexipedes hederas: quod hac & illac uagantur. Mire autem puerum laudat ex ipſis muneribus. Nam hedera indicat futurũ poetam. ut Paſtores hedera naſcentem ornate poetam: Baccar uero herba eſt: quæ faſcinum depellit: ut Baccare frõtem Cingite: ne uati noceat mala lingua futuro: per quod pulchrum indicat puerum.

Te duce ſi qua manent ſceleris ueſtigia noſtri
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.
Ille deum uitam accipiet Diuiſq; uidebit
Permixtos Heroas & ipſe uidebitur illis
Pacatumq; reget patriis uirtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes Hederas paſſim cum Baccare tellus

¶ANTO. Noſtri ſceleris: uult enim bella ciuilia deorum ira fuiſſe ob Romanoꝝ ſcelera: quod etiam Horatius aſſerit: dicit enim in epod. Sic eſt acerba fata Romanos agunt: ſceluſq; fraternæ necis &c. ¶ Perpetua ſoluent formidine: quod uerum fuit: nam ut diximus poſt actiacum bellum clauſum eſt. Iani tẽplũ pace terra mariq; parta. ¶ Ille deum uitam accipiet. Cicero lib. primo de natu. deo. ſcribit eam eſſe deorum uitam qua nihil beatius nihil omnibus bonis affluentius cogitari poteſt. nihil enim agit nullis occupationibus eſt implicatus: nulla opera mollitur: ſua ſapientia & uirtute gaudet. ¶ Ille deum: hic locus aperte oſtendit pro apolline Auguſtum intelligi. ¶ Ille ergo: ideſt apollo: qui & auguſtus erat deũ uitam accipiet: nam ut in Tytiro diximus. Auguſto uiuenti etiam templa & aræ conſtitutæ ſunt. De polliõis filio non intelligas: quoniam de illo inferius ait: at tibi prima puer nullo munuſcula cultu &c. ¶ Heroas: Qui ſunt heroes Auguſtinus lib. x. oſtendit his uerbis. Nomen heroum ab Iunone dicitur tractum: quod græce Iuno hera appellat: & ideo neſcio quis filius eius ſecundum græcorum fabulas heros fuit nuncupatus: hoc uidelicet myſticum ſignificante fabula: quod aer Iunoni deputetur ubi uolunt cum dæmonibus heroas habitare: quo nomine appellãt alicuius meriti animas defunctorum. Idem quoq; lib. vii. ſcribit iter lunæ gyrum & nymborum ac uentorum cacumina aerias eſſe animas ſed eas animo non oculis uideri & uocari heroas & lares & genios. Triſmegiſtus quoq; auctor eſt: heroas habitare inter aeris puriſſimam partem ſupra nos & terram ubi nullus eſt nebulis locus. ¶ Patriis uirtutibus: ideſt militia qua quidem auguſtus iulium patrem imitatus eſt: & ea orbem pacauit de qua re legito Appianum circa finem libri: qui illyrius dicitur. legito item Florum in fine. ¶ At ti. pri. pu. iam uertit ſermonem ad Saloninum Pollionis filium per apoſtrophen: laudans eum a bonis eius gratia futuris. Prædicit autem multa ac ſi uicturus eſſet. innuit tandem quum hæc ſcripta ſunt illum obiiſſe. Ergo in pollionis gratiam id omne actum eſt. ¶ Hederas: per has futuros honores indicat. hedera: ideſt poetæ coronabant. Virgi. in ſeptima ecloga. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam. Et Pli. ſcribit poetas coronari hedera habenti croceum ſemen. Scribit item Alexandrum ex india redeuntem exercitum hedera coronaſſe exemplo liberi patris. Probus autem lib. iii. Geor. ſcribit: quod ideo poetis ex hedera corona datur: quia exiſtimatur liber eſſe cum muſis. ¶ Cum baccare: baccar radicis tantum odoratæ eſt a quibuſdam nardus ruſtica appellatur. Odor ei eſt cinamomo proximus Ea auxiliatur cõtra ſerpentes: capitis dolores feruoreſq; odor ſomnum gignit: ueſtibus odoris gratia inſeritur Pli. libro. xxi. capitulo ſeptimo & quadrageſimoprimo.

Hero

¶CHRI. Veſtigia: irrita ſoluent terras: ideſt reliquiæ ſcelerum iccirco ſoluent. i. liberabunt a perpetua formidine terras: quia erunt irrita: ideſt ad nihilum reducta. ¶ Pacatum: proprie pacare eſt: cum ex bello aut tumultu aut alia turbulentia ad pacem tranquilitatemq; rem reducimus. ¶ Hederas: de hederis alibi dicetur. ¶ Baccare: baccaris ait Plinius. Quia radicis odoratæ eſt quidam nardum ruſticum appellauere. Vnguenta ex eius radice fieri ſolita apud antiquos. Ariſtophanes comicus teſtis eſt. Odor ei eſt cinamomo proximus: & paulo infra. Eorum error corrigendus: qui baccar nardum ruſticum appellauere. Eſt enim alia herba ſic cognominata: quam græci aſaron uocant. Dioſcorides ait quod aliqui perſam uocant in medicinæ uſu eſt Veſtibus odoris gratia miſcetur: & poſt ſtatim de aſaron ſubiungit quod alibi ab eo uocatur baccaris. ¶ Colocaſia: ait Plinius quam aliqui ciamon: ideſt fabam dicunt: in ægypto nobiliſſima: Hanc ex Nilo metunt caule cum coctus eſt harenoſa in madendo: thyrſo autem qui inter folia emicat ſpectabili foliis latiſſimis. Dioſcorides Fabam ægyptiacam appellat: arabice culcas dicitur. ¶ Acantho: Eſt acanthus arbor in ægypto ſemper frondens ſic dicta quod ſpinis abundat. Nam ακανθοσ ſpina eſt. Vnde acanthis luce dicitur alba ſpina.

Pacare

¶SER. Ridenti acantho: læto: & eſt herba quæ in ægypto naſcitur. ¶ Ipſæ lacte domum referent: Quid
enim eſt aptius infantibus lacte: & laus in hoc eſt quod ait ipſæ referent. ¶ Nec magnos metuent armenta leo/
nes: bona uſus eſt moderatione: dicens: Erunt quidem magni leones: ſed minime armentis nocebūt. ¶ Cuna/
bula: lectuli in quibus infantes iacere cōſueuerunt: uel loca in quibus naſcuntur quaſi cynabula. Nam κυειν
eſt græce prægnantē eſſe & eniti. ¶ Et fallax herba ueneni: non cicutam dicit quæ oībus nota eſt: ſed illā ſardo
niā: q̄ apiaſtri ſimilis hoīes decipit: Vel aconita: ut Nec miſeros fallūt aconita legentes. ¶ Aſſyriū uulgo naſcet

Mixtaqꝫ ridenti Colocaſia fundet Acantho:
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta Leones:
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores:
Occidet & ſerpens: & fallax herba ueneni
Occidet aſſyrium uulgo naſcetur Amomum.
At ſimul Heroum laudes & facta parentis
Iam legere & quæ ſit poteris cognoſcere uirtus.
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta
Incultiſqꝫ rubens pendebit ſentibus Vua.
Et duræ quercus ſudabunt roſida Mella.
Pauca tamē ſuberunt priſcæ ueſtigia fraudis.
Quæ tētare Tethym ratibus. q̄ cingere muris
Oppida quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

amomū: Amomū herba ē ſuauiſſimi odoris: q̄ tātū
in aſſyria naſcitur. ¶ Vulgo: paſſim. ¶ Heroum lau/
des & facta parentis: ſi fuerit epexegeſis: melior ſen/
ſus eſt: Quæ erunt heroum laudes: tui uirtutes pa/
rentis. ¶ Quæ ſit poteris cognoſcere uirtus: Acceſſu
enim ætatis quanta ſit uirtus agnoſcit: & cuius glo/
riæ. ¶ Suberunt: ideſt erunt: ſed latenter: & bene pri/
ſcæ fraudis ad ſuorum temporum excuſationem: ſi
cut diximus ſupra. ¶ Quæ tentare tethym ratibus
quæ cingere muris Oppida: A ſequentibus oſtendit
præcedentia: quæ uitauit quaſi laudi īcōgrua. Nam
per nauigationem oſtendit fore auaritiam quæ ho/
mines nauigare compellit: per muros bella ſignifi/
cat: per agriculturam famis oſtendit timorem.
¶ANTO. Colocaſia: in ægypto nobiliſſima eſt Coloca ſia
colocaſia: hanc e nilo metūt. Ferebatur in Italia glau
tias acria corporis colocaſia leniri putauit & ſtoma/
chum iuuari. Pli. libro uigeſimooctauo capitu. uige/
ſimonono. & libro decimo. ¶ Acantho: uide in palæ
mone. ¶ Amomum: diximus ibidem. ¶ Fallax: fallit
enim ignaros. ¶ Parentis: ideſt pollionis: de quo ſæ/
penumero meminit Appianus ſcripſit item hiſtorias & tragœdias: ut dictum eſt. ¶ Virtus: uirtus eſt uitium Virtus
fugere inquit Horatius: uirtus eſt nihil aliud quam in ſe perfecta & ad ſuum producta natura. Tullius libro
primo de legibus Virtus eſt affectio animi conſtans conueniensqꝫ laudabiles efficiens eos in quibus ineſt. Tul.
libro quarto tuſcu. Legito item Apuleium in libro de philoſophia. ¶ Molli ariſta: mollem appellat: quia non
dura ſed fragilis eſt. ¶ Flaueſcet: ſplendebit flauus fiet matureſcente ſegete hinc ait paulatim: Eſt autem flauus Flauus color
color ex uiridi: & ruffo & albo cōcretus. lege Gel. libro ſecundo. ¶ Roſcida mella: uenit enim ex aere & maxime
ſyderum ex ortu. Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur. Plinius libro undeci/
mo de quo latius legito librum Georgi. quarto. ¶ Tethym: pro mari poſuit: fuit enim tethys Achillis mater
Nerei filia. ¶ Tentare: auaritiæ uidelicet cauſa. ¶ Oppida: Cæſar libro quinto de bello gallico ſcribit: quod op/
pidum britanni uocant: quum ſyluas impeditas uallo atqꝫ foſſa munierunt: quo incurſionis hoſtium uitandæ
cauſa conuenire conſueuerat: unde tamen dicatur lege Feſtum: nam pro catello ponitur. ¶ Cingere muris: ho
ſtium metu. ¶ Alter erit tum typhis. Finito anno mundano ſeu uertenti qui in ſe continet quindecim ſolari/
um annorum millia: ut phyſici uolunt: omnia reiterabuntur: de quo late Macro. libro ſecundo de ſomno. &
Tul. in libro de natu. deorum ſcribit: quod ſecundum mathematicos magnus annus tum efficitur: quum So
lis & lunæ: & quinque errantium: ad eandem comparationem confectis omnium ſpatiis eſt facta conuerſio:
quæ quam longa ſit magna queſtio eſt: eſſe uero certam & diffinitam neceſſe eſt &c. ¶ Typhis: is primus in/ Tiphys
uenit amminicula gubernandi: ut Plinius ſcribit: fuitqꝫ in argo naui magiſter: hinc ait ille. ¶ Typhis in æmo/
nia puppe magiſter erat.
¶CHRI. Amomum: herba odoratiſſima: cuius frutex ſimilis eſt botruo: ramulos habet ſiccos & duros Amo/ mum
uirgulis aſſimiles. Ex thyrſo botruoſo ſemen redolens: & ſibi conexum florem album uelut uiolæ folia brio/
niæ ſimilia habet. Brionia uero uitis alba eſt. Triplex autem inuenitur armenicum quod cæteris præſtat auro Brio/ nia
ſi coloris uel fului odoris boni. Secundum medicum. Tertium ponticum. Plinius autem dicit. Amomi uua in
uſu eſt indica uite labruſca: ut aliqui exiſtimauere frutice uenoſo palmi altitudine. Capiturque cum radice ma
nibus paulatim leuiter componitur protinus fragile laudatur quam maxime punici mali foliis ſimile: nec ru/
goſis colore ruffo. Secunda bonitas eſt pallido: herbaceum peius: peſſimum candidum: quod uetuſtate euenit.
præcium uuæ in libro ſicli. lxx. Naſcitur Mocenæ: quæ pars Armeniæ eſt: & in media & in ponto: adulteratur
foliis punicis & gumī liquido: ut cohæreat: conuoluatqꝫ ſe in uuæ modum ſimile illi & nomine & frutice: Car
damomum: ¶ Heroum: heros quid ſit dicemus in æneide. ¶ Flaueſcet campus ariſta: quaſi dicat ſua ſponte na Ariſta
ſcetur ariſta. ariſta pro ſpica: Cæterum ariſte ſunt tenues illæ uirgulæ & aſpere: quæ ſurgunt in ſpica ab aridita
tate dictæ. ¶ Incultis pendebit. ſ. uuæ. Eadem ſententia quæ & in ſuperioribus ut ubiqꝫ omnia ſua ſponte na/
ſcantur rubens: ut oſtendat quod non ſolum producetur uua ſed etiam matureſcet. ¶ Thetym: hæc uxor eſt
Oceani Thetys uero mater Achillis. Aquarum enim effectiua uis oceanum dixerunt priſci cuius ſymbolum
tethys eſt. Vis aquæ potalis eſt. Achelous. Marinæ neptunus: quæ inquantum gignere poteſt Amphitrite
dicitur.

¶SER. Alter erit tum Tiphys: Specialia pro generalibus ponit. Nam per Tiphym quemcunque gubernatorem accipimus: Per argo quamcunque nauem: Per: Troiam quamcunque ciuitatem: Per Achillem quẽcunque uirum fortem. Videtur tamen locus hic dictus per αποκα τας ασιν: ideſt per omnium rerum uolubilitatem ex ſiderum ratione uenientem: ut diximus ſupra. ⁋Cedet & ipſe mari uector: neceſſario ſiquidem Omnis feret omnia tellus. Nauigatio enim ex mercimonii ratione deſcendit. ⁋Diſcet mentiri lana colores: Cum enim tingitur: mentitur alienum colorem. ⁋Murice: cochlea: unde tingitur purpura. ⁋Mutabit: tinget: inficiet per naturam. ⁋Luteo colore: rubicũdo: & eſt hypallage ꝓ croco luteo. nã crocum lutei coloris eſt: unde & alutea pellis. ⁋Sandyx: herba ẽ de q̃ ſandycinus tingit̃ color: q̃ uaranã ruſtici dicũt. ⁋Talia ſecla ſuis dixerũt currite fuſis: melius ẽ Currite ĩperatiuũ eẽ modũ: ut ſit ſenſ⁹ dixerũt parcæ cõcordes ſuis fuſis. i. uaticinatiõib⁹. ⁋Currite Talia ſæcla: hoc ordine & euẽtu ur̃o eſtote ſtabili: hic ĩmutabili & ſp manẽti. ⁋Fatorũ nũine affata dicta a fando qa q̃ parcæ dixerũt hæc credebãt̃ euẽire mortalib⁹. Nũine ãt. i. poteſtate: diuinatiõe: ac maiſtate. ⁋Parcæ q̃ & furiæ ĩfernales dictæ ꝑ ãtiphraſim: qa nulli ꝑcũt.

Alter erit tũ Typhis & altera quæ uehat Argo
Delectos Heroas. erunt etiam altera bella.
Atq; iterũ ad Troiã magnus mittet̃ Achilles.
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas
Cedet & ipſe mari uector nec nautica pinus
Mutabit merces. omnis feret omnia tellus.
Nõ raſtros patietur humus nõ Vinea falcem.
Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator.
Nec uarios diſcet mentiri lana colores.
Ipſe ſed in pratis Aries iam ſuaue rubenti
Murice iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte ſua Sandyx paſcentes ueſtiet agnos.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis

Argo ¶ANTO. Argo: Iaſon Aeſonis filius: ac peliæ thæſſallorum: Regis nepos: ut in Colchos iret pro aureo uellere rapiendo iuxta pellion nauim ædificauit: magnitudine atque apparatu longe maiori quam prius fierent. erat enim antea paruarum nauicularum uſus. Iaſon poſtea optimos eorum: qui ſecũ ire appetebãt. elegit numero. iiii. &. l. Nauis argo dicta ẽ ab argo eius architecto: ut alii ſcribũt ab eius uelocitate q̃ antiq argon appellabãt auc. ẽ Dio. li. v. Hic: ubi q̃uis Soloninus dũ hæc poeta ſcriberet mortuus eſſet: attamẽ uti dixi tanq̃ uicturo in Pollionis gratiã hæc futura dicebat. ⁋Cedet mari. nulla. n. erit ãplius auaritia. ⁋Vector: q naui uehit̃. ⁋Mutabit merces: qd̃ naute lucri cauſa facere ſolent cum non ubiq; eadẽ ſint mẽtiri colores: nã cum alba ſit accipiẽdo diuerſum colorem mẽtitur illum: cũ non ſit natiuus: inficere autem lanas ſordibus Lydi primi inuenere. ut ſcribit Plini. libro. vii. Ipſe ſed in pratis aries &c. Quum poeta hoc loco loqueretur de filio Pollionis id quod ad prĩcipem ſummum ſpectaret adiecit: ipſe ſed in pratis &c. Traditur enim in libro ethruſcorum. Si hoc animal inſolito colore fuerit indutum portendi imperatori rerum omnium cum felicitate largitatem: Eſt ſuper hoc liber Tarquinii tranſcriptus ex oſtentatio: tuſco: ibi reperitur purpureo aureo ue colore ouis aries uc: ſi ſpargetur principi ordinis & generis ſumma cum felicitate largitatem auget genus: progeniem propagat in claritate: lætioremq; efficit: huiuſmodi igitur ſtatutum imperatori in tranſitu uaticinatur: hæc ex Macrobius libro tertio Saturnalium.

A Pierius in oue .p.76. (handwritten marginal note)

Murex ⁋Iam: ideſt tunc. ⁋Suaue: pro ſuauiter. ⁋Murice: murex piſcis eſt firmiori teſta circundatus: e cuius ſanguine lana tingitur: de quo late Plini. libro nono. ⁋Croceo luto: ruffo colore: luteus enim color ruffus dilucidior eſt a luce dictus: ut Gellius ſcribit. de quo etiam in Alexi. ⁋Sandix: ea in olere ſilueſtri: a græcis ponitur: decoctæ ſuccus prodeſt ſtomacho fatigato uenere corpori ſuccurrit: ut Plinius tradit libro duodecimo: libro etiam trigeſimoqnto dicit quod ſi Sandaraca torreat̃: æqua parte rubrica admixta: ſandicẽ facit: quam quã animaduertat Virgi. hic herbam exiſtimaſſe. ⁋Talia ſæcla ſuis: hic uerſus uarii de morte erat: ut ſcribit Macro. libro ſexto. ⁋Concordes parcæ: Eæ tres ſunt Homero teſte Clotho: Lacheſis: Atropos: Clotho fert colum. lacheſis filat Atropos incidit Clotho: uerbũ circumuolo ſignificat. Lacheſis a lachos dicitur: quod eſt ſors: nobis enim ſortitur uitæ terminum. Atropos autem immutabilis: uel ſine conuerſione: eo quod omne natum ubi in terminum ſibi ſtatutum ueniſſe cognouerit demergat in mortem. ⁋Parcæ: uero dicte ſunt a partu littera immutata: quaſi parte ut Varro uoluit Gellio referente libro. iii. capitu. xvi. Naſcentibus enim bonum & malum hominibus conferunt: ut Heſiodus ſcripſit.

Parcæ

Tiphys ¶CHRI. Tiphys magiſter fuit eius nauis: qua Iaſon & reliqui delecti ex græcia heroes in cholcos ad uellus aureum nauigarunt: appellata autem eſt argo a uelocitate: αργος enim uelox eſt: Vnde Homer. κυνας αργους: ideſt canes ueloces dixit. Hanc autem fuiſſe primam nauem longam & inuentam a Iaſone Philoſtephanus auctor eſt. Quamuis Aegeſias Partalo: Cteſias Samytæ Stephanus Semyramidi Arcthimachus ægoni hoc inuentum aſcribat. ⁋Tauris: robuſtis iuuencis. Nam tauri cum ſemper ſint indomiti inutiles ſunt aratro. ⁋Lana: a lenitate: ideſt a mollitudine ſua: dicitur hinc lanugo primi pili in barba: quia cæteris ſint molliores: & in nonnullis pomis: ut ſunt cydonia: lanuginem dicimus. Eſtque in ſola oue lana. Nam cæteræ quadrupedes pilos aut ſetas habent. Inuenitur etiam lanitium. Sic in Georgicorum. Si tibi lanitium curæ: ut epiſtola & epiſtolium. Nam Catullus. epiſtolium dixit. ⁋Suaue: rubenti: ideo dixit quia in libro Tarquitii ex oſtentario tuſco ita legitur. Purpureo auro uel colore ouis aries ue ſi aſpergitur principi ordinis & generis ſumma cum felicitate largitatem auget: genus progeniem propagat in claritate: lætioremque efficit. Hunc igitur auguſto tranſitu ſtatum uaticinatur. ⁋Sponte ueſtiet. Quia color ſandicinus connaturalis erit ut in lana adhuc non tonſa. ⁋Sandix: ait Dioſcorides olus agreſte quod facile comedi põ. Virtus eſt ei ſtiptica. Inuenit̃ etiam pro auripigmento uſto. Plinius autẽ inquit: in olere ſilueſtri ſandix a græcis ponit̃.

¶SER. Concordes ſtabili fatoꝝ numine parcæ:Nã & qđ una dixerit duæ ſequunť:& fixa ſunt ſtatuta fato
rũ:Orati.Quod ſemel dictũ ſtabiliſq; reꝝ terminus ſeruet.¶Iouis icrementũ:nutrimentũ:& eſt uulgare:qđ
bucolico cõuenit carmini.¶Nutantẽ mundum:nutat præſentibus malis:lætus eſt bonis futuris.¶Conuexo:
curuo:inclinato.¶O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ:utinam poſſim frui uita longiſſima:& habere
tantum ſpiritum:quantum poſſet ſufficere ad tuæ uirtutis commemorationem.

Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere o magnos(aderit iã tẽpus)honores
Cara Deum ſoboles magnũ Iouis incrementũ.
Aſpice cõuexo nutantem pondere Mundum
Terraſq; tractuſq; maris cælumq; profundũ.
Aſpice uenturo lætentur ut omnia ſeclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.

¶ANTO. Stabili numine fatorum.i.immutabili iuſſu uoluntate & lege deorum.Eſt.n.factum ut Plato di
xit:uoluntas & iuſſio dei.hinc Luca.ait lib.v.Siue ca
nit fatũ ſeu quod iubet illa canendo.Fit fatũ.Chry-
ſippus autem auctore Gellio lib.vi.ca.ii.dixit fatum
eſſe ſempiternã quandã & indeclinabilem rerum ſe
riem.Cicero lib.i.de diuinatione ſic ait:Fatũ ãt id ap
pello:qđ græci hermamenen.i.ordinẽ ſeriemq; cau
ſarũ:cũ cauſa cauſam ex ſe gignat.Ea eſt ex oĩ æterni
tate fluens ueritas ſempiterna.¶Fuſis uerſando ete-
nim pollice fuſos fata cõſtituũt.¶Aggredere:adiuer
tit autẽ hic ſermonẽ ad Auguſtum.¶Magnos hono
res:diuinos ĩtelligit.Vnde ait Horatius epiſtola pri
ma ſecundi uoluminis ad Auguſtum:Romulus &
liber pater & Cum caſtore Pollux.poſt ĩgentia facta
deorum in templa recepti & infra paulum.Præſenti tibi maturos largimur honores.Iurandaſq; tuũ per nomẽ
ponimus aras.Nil oriturũ alias:nil ortũ tale fatentes.Si uero de pollionis filio intelligeres.Licet mortuo:ut di-
ximus:tunc magnos honores cõſulatus expone.Nã ſi de imperio ĩtelligeres.Auguſto interitũ portẽderet: me-
lius tamẽ de Auguſto ĩtelligemus.¶Magnum iouis incrementũ.creſcet.n.deoꝝ numerus per auguſtũ:quem
deũ ſobolem appellat ꝓpter æneã Romulum & Iulium inter deos relatos.Si tamẽ de polliõis filio accipias.Io-
uis incrementum ait:qa ſupius de eo dixerat:Iam noua ꝓgenies cælo demittit̃ alto.¶Conuexo:cõuexũ eſt ex Conue-
omni parte declinatũ qualis eſt natura cæli:q; ex omni parte ad terrã uerſus declinatũ ẽ:Feſtus id ſcribit.¶Mũ xum
dũ:Mundus appellatur cælum:terra:mare:& aer:ut ſcribit Feſtus hic tamen pro cælo tãtum accipitur: nã cæ- Mũdus
lum uere mundus uocat̃:ut Macro.lib.i.de ſom.inqt:mundus eſt deorũ domus ait Euripides.¶Nutãtẽ mun-
dum:Id lætitia potius futuri ſæculi agi crediderim q̃ pſentibus malis.Vnde more ſuo ſequẽti carmine illud idẽ
aperuit dicens.¶Aſpice uẽturo letent̃ ut oĩa ſæclo &c.qđ autẽ oĩa ſimul & triſtarentur:ut hic eſſe nullo pacto
conuenire uidetur:lætitia autem morari etiam inanimata idem Maro in Sileno oſtendit:ait.n.Tũ uero in nu
merum faunoſq; feraſq; uideres ludere:tum rigidas motare cacumina quercus.¶Conuexo pondere : conue-
xum pondus intellige ipſius cæli orbem & machinam.¶Cælumq; profundum:aera hic accipimus.unde Pli.
lib.ii.ſic ait.Namq; & hoc cælum appellauere maiores:quod alio nomine aera infra lunam hæc ſedes:multoq;
inferior merito igitur de aere cælum profundum ait.¶Venturo ſæclo:id autem iam deſcripſit.¶O mihi: op-
tat ſibi longiorem uitam: quo auguſti laudes cantare queat.Eſt autẽ ordo.¶O maneat mihi ultima pars uitæ
tam longe:& maneat Spiritus tam longus:quantum ſat erit dicere ſua facta.Dicẽdo autem ſpiritus quid ſit ui
ta declarat per epexegeſim.¶Maneat:futura ſit pars ultima:meta & terminus.

¶CHRI. Iouis incrementum.Spondaicus uerſus incrementũ Iouis dixit:quoniã ĩperiũ magnum admini-
ſtrabat.Quod qdã ſecũdũ mathematicos a Ioue eſt.Vnde Hom.Διοτρεφέας βασιλῆας dixit.Orpheus Theo
logus priſcæ theologiæ fuit:quam quidem rem hymni ſui iudicant.Huius theologiæ prĩceps fuit Mercurius
triſmegiſtus:Mercurii uero ſectator fuit Orpheus Orphei ſacris imitatus ẽ aglaophænus:aglaophæni Pytha-
goras:pythagore auditor fuit Philolaus.Philolaũ autem audiuit Plato.Sed redeo ad Orphea.Hic.n.orgia ab
ægyptiis accepta ad græcas tranſtulit: q̃ ab eo Orphica dicta ſunt:& fretus obſcuritate antiquitatis oĩa quæ de
Baccho thebano ex thebæ ægyptiaca ferebant̃: quoniam Cadmeis amicus eſſet ad Baccũ thebanũ ex boetia
trãſtulit.Cuius cũ tanta uis in poetica fuiſſet:ut aut effrenatos:aut ſtolidos:ſtupidoſq; homines ad mitiorẽ cul
tũ traduceret:dictus eſt tigres leoneſq; demulcere potuiſſe:& ſiluas mouiſſe.Extãt ergo ut dixĩus hymni eius
profunda primæ theologiæ doctrina referti & mira ſuauitate grauitateq; ĩſignes.Dicũt fuiſſe unũ ex argonau
tis:& atrocem tempeſtatẽ in q̃ inciderant ſuis auertiſſe.Volũt Citheronẽ boetiæ montem: quoniã ibi in ſacris Cythe-
crebrius caneret a ſua cithara nomẽ ſumpſiſſe:ſcribit Pli.auguria:quæ prius ex auibus tantũ ſumerentur ex re ron
liquis quoq; animantibus ſumi poſſe orpheum demõſtraſſe.Verũ cum in thracia ĩſtituiſſet:ut in ſacris bacchi
uiri a mulieribus abſtinerẽt:ratæ illæ id in earũ contemptũ eſſe inſtitutũ facto agmine hoĩem nil tale timẽtẽ ĩ-
uaſere atq; lacerauere.Pleriq; tamen teſte Laer.Dioge.illum fulmine ictũ piſſe affirmarunt: qđ etiã epigrãma
inteſtatur quod eſt huiuſmodi. θρή ικα χρυσολύρην τῇδ ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν ὃν κτάνεν ὑψιμέδων
ζεὺς ψολόεντι βέλει. Qđ ſic latine dicemus:Orphea chryſolyrã muſæ hic poſuere poetã Fulmine quẽ ſtra
uit Iuppiter alta regens.Linus autem thebanus poeta fuit Appollinis ſecundum eos:quos nunc poeta ſequitur
filius.Diogenes uero refert illum a Mercurio ex Vrania nympha genitum fuiſſe:& ab appolline ſagitta tranſ-
fixum periſſe cum iam mundi generationem & ſolis lunæq; curſum & animantium fructuumq; originem
ſcripſiſſet:hic in prĩcipio poematis dixit omnia ſimul fuiſſe:quem ſecutus Anaxagoras omnia ſimul nata eſſe
dixit Plutarcus in lib. de muſica cum dixiſſet artem citharedicam primum Amphionem a Ioue didiciſſe:ad-
dit eodem tempore Linum thebanum lugubres uerſus ceciniſſe.Pli.ubi de inuentoribus ſcribit ponit etiam
alios:qui cythare inuentionem amphioni:alios qui Orpheo:alios uero qui Lino tribuant.

¶SER. Nō me carminib⁹ uīcet nec thraci⁹ Orpheus:genere ſtili ſeſe Orpheo:uel Lino fore æqualē cōmemorat:Nā nō ſibi arrogat:ſed hoc dicit:Tanta eſt materies tuæ laudis:ut etiā humile ingeniū ī ea ſupra omnes poſſit excellere.⁋Lino:Linus cū nomē hominis dicimus:li breuis eſt.Statius:Medio Linus īter textus acātho: Cū linū dicimus filū ſignificātes: li lōga eſt:cū producat apud græcos.⁋Pā etiā:rediit ad ruſtica numina.Nā ſatis ex ceſſerat dicendo Linū poetā:Orpheaq; theologū.⁋Arcadia iudice:q̄ ei fauet: ubi colit.⁋Riſu cognoſcere matrē: Alludit ad id quod factū eſt:& rē naturalē ait.Sicut enī maiores ſermone cognoſcuntur:ita infantes riſu ſe iudicant agnoſcere. Ergo hoc dicit: Incipe parentibus arridere: & eis ſpe boni ominis detrahere ſollicitudinē:ut & ipſi tibi arrideāt.⁋Matri enim decem menſes attulerunt longa faſtidia: Alii abſtulerint legūt:ut ſit ſēſus:Si riſeris abſtulerit decē mēſes matri tuæ lōga faſtidia.⁋Qui nō riſere parētes: Nec deus hūc mēſa:dea nec dignata cubili eſt:ſicut Vulcano cōtigit:Qui cū deformis eſſet: & Iuno ei minime arriſiſſet:ab Ioue ē præcipitatus ī inſulā Lēnū:illic nutritus ab Sintiis.Cū Ioui fulmīa fabricaſſet:nō ē admiſſus ad epulas deorū.Poſtea cū rogaret ut uel Mineruæ cōiugiū ſortiret:ſpretus ab ea eſt: Vnde diuinos honores nō meruit:ad quos p cōuiuiū numinū: aut p cōiunctionē uenit dearū: Hic eſt q Iunoni agit in primo Aeolus gratias:q p eius beneficiū diuinos honores meruit:ut Tu das epullis accūbere diuū:non deus.i. Iuppiter nec dea:ideſt Minerua.

Nō me carminib⁹ uīcet nec Thraci⁹ Orpheus
Nec Linus huic mr̄ quis atq; huic pater adſit
Orphei Calliopea Lino formoſus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice uictum.
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.
Incipe parue puer qui nō riſere parentes.
Nec deus hūc mēſa Dea nec dignata cubili eſt.

^ Scaliger in catul. p. 53 et 54 uide epithalamii [illegible] de Manlio [illegible] dulce videat ad [illegible]

¶PRO. Pan etiā:Pan Mercurii & Penelopes filius:fiſtulā:carmēq; cōpoſuit:ſimplici iteratiōe eadē cōſectat: ut ibi oceanitides Ambæ ambæ auro:pictis īcinctæ pellib⁹ ambæ Nūc caſuū & generū pmutatiōe:ut ærea cui gradibus ſurgebāt Limina nexæq; ære trabes:foribus cardo ſtridebat ahenis: Item quoi pharetra ex auro crines nodant in aurū Aurea purpureā ſubnectit fibula ueſtē:ne ſit mirū hic quoq; iteratiōnē a poeta frequētatā.

Orpheus ¶ANTO. Orpheus:Trax genere filius Oeagri:doctrina melodiaq; ac poeſi exceſſit omnes: quorum extat memoria.Etenim poema mirandum edidit & ſuauitate cantus feras etiam ad ſe audiendum alliciebat auctor eſt Diodo.lib.v.⁋Linus:hic primus citharā inuenit:ut alii dicunt Orpheus:auctor Plinius: Fuit autem Linus teſte Hermodoro Platonico Mercurii ex muſa Vrania filius:& Thebis genitus.Virg. autē Apollinis filium dicit:ſcripſitq; teſte eodem Hermodoro mundi generationē:ſolis item & lunæ curſus:animaliumq; & fructuū generationes:atq; in primo ſui operis carmine cuncta ſimul nata dixit.⁋Adſit:faueat.⁋Orphi:datiuus eſt græcus:nam latinus eſt Orpheo:de quo etiam Phocas & Priſcianus.⁋Pan etiam:de hoc in Alexi dictum eſt: quod fiſtulam primus inuenerit.Reddit autem ad ruſtica numina:ne penitus uideretur bucolici carminis modum exceſſiſſe.⁋Arcadia iudice:hoc ait: quoniam hunc deum Arcades colunt:de qua multa Macro.lib.primo ſat.
Lycæus eſt & ibi mons Lycæus:in quo Iouis lycæi delubrum:quem & pana uolunt eſſe.De arcadia autem plene legito Strabo lib.octauo.⁋Incipe parue puer:ad Saloninum reuertitur:exhortās illum ut matri arrideat:ſic enim lætitia ducta mater labores omnes & tedia decem mēſium obliuiſcetur:eritq; etiam omen optimum ſcribit Plinius libro ſeptimo capitu.xvii.reſiſſe eodem die quo genitus eſſet: unum accepimus hominem Zoroaſtren: eidem celebrum ita palpitaſſe: ut impoſitam repelleret manum futuræ præſagio ſcientiæ.⁋Riſu cognoſcere marem: ſolent enim infantes uiſa & cognita matre ridere: illi autem nec cognouit nec riſit unquam quoniam paulopoſt ortum obiit.⁋Tulerint: abſtulerint ſi riſeris: nam uitæ longioris omne eſſet. Decem menſes gignitur homo in certo ſpatio:alius ſeptimo menſe:alius octauo:& uſq; ad initia decimi: undecimiq;.Inuenta etiam quæ & menſibus.xiii.partum tulerit auctor Plini.libro ſeptimo Gellius item plurima: libro.xii.capi.xvi.⁋Incipe parue puer:ordo eſt.¶Incipe parue puer:riſu cognoſcere matrem.⁋Incipe parue puer:matri decē menſes tulerint longa faſtidia.⁋Cui non riſere parentes:ordo eſt:Hunc.c.n.r.p.nec deus eſt dignatus menſa nec dea eſt dignata cubili.In omnibus fere teſtibus cui legitur Quintilian.tamen libro nono ubi de figuris uerborum meminit quui per q non cui per c hoc in loco legendum innuit.ait enim ſic:Eſt figura & in numero: uel quum ſingulari pluralis ſubiungitur: gladio pugnaciſſima gens Romani:gens enim ex multis:uel ex diuerſo.⁋Qui non riſere parentes: nec deus hunc menſa: dea nec dignata cubili eſt:Ex illis enim qui non riſere hic quem non dignata:Ordo igitur talis erit:O parentes hunc ex illis qui non riſere:nec deus eſt dignatus mēſa:nec dea eſt dignata cubili.Quibus uerbis innuit Maro illum eſſe defunctum.cuiq; enim ſuus deus & ſua dea uitæ præſides dantur:hoc eſt ſuus Genius:ſuaq; Iuno menſa autem Genio conuenit Iunoni lectus:ſed horum neutro ille potius eſt:ergo obire coactus.pueris autem nobilibus editis in atrio Iunonis Lucinæ lectus ponebatur Herculis menſura:& Seneca epiſtola ſecunda libro.xx.ſcribit:Maiores noſtros ſingulis & Genium & Iunonem dediſſe.

¶Ser. contra omnes ueterū auctoritatē ſibi fabulā cōfingit

¶CHRI. Orphei:datiuus græcus pro datiuo latino.Nam Orphei in datiuo & per ſinereſim ορφει.⁋Matri lōga decē.q.d.ſatis ſit matri faſtidia.x.menſiū toleraſſe:tu aūt deinceps illam riſu ex hilarato. Riſu autem poterat præbere optimam ſpē de ſe futurarū uirtutum.Nam cum pueri fuerit uita:quoniam miſeriaꝝ plena futura:ſit a uagitu auſpicent.Neq; āt diē quadrageſimū de ortu ſuo rideāt:optimū auſpiciū antiq eē putauerunt: ſi quis circa ortū ſubito riſiſſet.Quapropter zoroaſtrem:qa eadē die q̄ natus eſt riſit:preſagiū ſuarum uirtutum dediſſe ferūt.Idē aiunt de Socrate.Erit ergo ſnīa incipere cognoſcere matrem riſu:Nā cum loqui nō poſint in

fantes riſu ipſo gratulari:& beniuolentã oſtendere uident̃ :Cognoſcere riſu: ut hoc bono præſagio remoueas
matri faſtidia decẽ mẽſiũ:Optime autẽ dixit faſtidia.Nam ꝑgnãtes redũdãtia corruptoꝝ humoꝝ cũ mẽſtruis:
purgatiõibus nõ purgaret̃ faſtidiũ rerũ pene oĩum ĩcurrũt.Eſt ãt huiuſcemodi ꝓgreſſus : ut ipſa facietas: q̃ ex
nimia copia ꝓueĩt.tediũ qddã afferat.Hoc ſi creuerit faſtidiũ gignit:ex quo ſi nimia ſit nauſea:gignit̃ abomĩa/
tio:q̃ poſtreo ſũmũ rei odiũ ĩducit.Hæc oĩa ꝓprie ĩ guſtu ſũt:ſed ĩde a ſenſu ad animũ mẽtẽq; trãſferimus.Sũt
tamẽ q ĩtelligãt:Incipe cognoſcere matrẽ riſu.ſ.ſuo:nã ipſe tũc maternã ĩdulgẽtiã oſtẽdũ:cũ ĩfantibus riſu blãdi
untur.Mihi tamẽ uériſimilior fit pria ſnĩa.¶ Cui nõ.r.p.Difficile ẽ hĩc ſnĩam elicere ꝓpter ambiguitatẽ nomi/
num.Nã ſine aperta diſtinctione tranſit ad Vulcani fabulam:ergo ĩtelligemus incipe ſolo nine cognoſcere ma
trem riſu.cum placeas tua pulchritudine.quod non fecit Vulcanus. Cui parentes offenſi turpitudine pueri nõ
riſere.Sed de Vulcano dicemus in quar.Geor.Eſt etiã ſimilis hic locus illi. Quid loquar an ſcyllam niſi quam
fama ſecuta eſt. Nam cum de Niſi megarenſium regis ſylla loqui incipiat ſine manifeſta diſtinctione trãſit ad
ſcyllam Phorci filiam. Hæc difficultas neſcio quo pacto auctoritatem affert & gratiam carmini.

ECLOGA Q VINTA DAPHNIS.

MENALCAS.MOPSVS.

CVR NON Mopſe boni quoniam
conuenimus ambo
Tu calãos ĩflare leues ego dicer̃ ꝟſus̃
Hic corylis mixtas ĩter cõſediũs Vlmos.MO.
Tu maior.tibi me eſt æquom parere Menalca:
Siue ſub ĩcertas Zephyris motãtibus umbras
Siue antro potius ſuccedimus aſpice ut antrũ
Silueſtris raris ſparſit Labruſca racemis. ME.
Mõtibus ĩ nr̃is ſolus tibi certet Amyntas.MO.
Q uid ſi idẽ certet phœbũ ſupar̃ canẽdo? ME.
Incipe Mopſe prior ſi quos aut phyllidis ignes

CVr nõ Mopſe boni quoniã conuenimus ambo : Inducuntur duo amici paſtores canere ad delectationẽ:unde & ſe laudãt: & ſibi ĩuicẽ cedũt.¶ Bõi:ãt docti: & figurate ait boni ambo:Tu calamos ĩflare leues: ego dicere uerſus.¶ Hic corylis mixtas ĩter cõſedimus ulmos? Ordo ẽ: Cur nõ Mopſe hic cõſedimus ĩter ulmos mixtas corylis.ſ.ut canamus.Sane ĩter ꝑpoſitio qa poſtpoſita eſt mutauit accentũ:ſicut circũ.¶ Siue ſub ĩcertas zephyris motãtibus ũbras:dicit qdẽ uere cunde ſe illi obtẽperare debere:oſtẽdit tamẽ qd ſibi placeat.Nã ex ipa laude antri:& ex arborũ uitupatione:q̃rũ ĩcertas umbras dicit oſtẽdit ſuã ſnĩam ẽẽ meliorẽ.Incertæ ãt umbræ ſunt:& ex Solis circuitu : & ex mobilitate uẽtoꝝ:qd ipe ẽt dicit Zephyris motãtibus.¶ Labruſca:uitis agreſtis:q̃ qa ĩ terræ marginidus naſcit̃:labruſca dicta ẽ a labris & extremitatibus terræ.¶ Mõtibus ĩ nr̃is:ac ſi diceret ĩ hoc territorio. ¶ Et tibi certet:uſurpatũ ẽ.Nã odie certo tecũ dicius. ¶ Quid ſi idẽ Phœbũ certet ſupare canẽdo? Offen/ ſus cõparatiõe ĩferioris hoc dixit:licet nõ amare Menalcas dixerit Solus tibi certat Amyntas: qd̃ tamen qa hic aſpere accepit:ille paulo poſt curat dicẽs:Lẽta ſalix quãtũ pallenti cedit oliuæ.¶ Phyllidis ignes:Phyllis regina thracu fuit. Hæc Demophoõtẽ Theſei filiũ regẽ atheniẽſiũ redeũtẽ de troiano ꝑlio dilexit:& ĩ cõiugiũ ſuũ rogauit.ille ait ante ſe ordĩaturũ rẽ ſuã:& ſic ad eius nuptias reuerſurũ.Profectus itaq; cũ tardaret:Phyllis & amoris ĩpatiẽtia:& doloris ĩpulſu:ꝙ ſe ſpretã ẽẽ credebat:laqueo uitã finiuit:& cõuerſa ẽ ĩ arborẽ amygdalũ ſine foliis.Poſtea reuerſus Demophoõ cognita re:eius amplexus ẽ trũcũ:q uelut ſpõſi ſẽtiret aduẽtũ folia emiſit: Vnde etiam phylla ſunt dicta a phyllide:quæ ante petala dicebantur : ſic Ouidius in metamorphoſeon libris.

SER.

¶ ANTO. Cur non Mopſe.Thyrſis athænus paſtor in.i.Theocriti ecloga: daphnidis obitum deflet. illum maro noſter hoc etiam loco: ut aſſolet imitatus eſt.¶ Ambo boni : tu bonus inflare.l.c. Ego bonus.d.u.¶ Labruſca:uitis Sylueſtris.¶ Quid ſi idem:egræ ferẽs Mopſus ſibi comparatum fuiſſe amyntam : hæc ironicos refert.¶ Phyllidis:de hac lege Naſonis epiſtolã ad Demophoõta.¶ Alconis laudes:de hoc Manilius : ubi de ſagitta libro.v.ſic ait: Quin etiam ille pater tali de ſydere cretus eſſe poteſt:qui ſerpentem ſuper ora cubantem infelix nati: ſomnumq; animamq; bibentem Suſtinuit miſſo petere ac proſternere telo.Ars erat eſſe patrem uicit natura periculum.Et pariter iuuenem ſomnoq; & morte leuauit.

¶ CHRI. Cur non Mopſe boni:bona dicitur res quæ conuenit:atq; ſecundum naturam eſt eius cui accidit.
Hinc bonum dicimus doctum ut hic:item liberalis.ut aſſit læticiæ bacchus dator & bona iuno: item aptum Bonus
& idoneum:ut & bona bello cornus.¶ Conuenimus:in eundem locum uenimus.Hoc non tranſit:ſed aliquã/ Conue/
do tranſit:ut conueni Pamphilum in foro.Eſt etiam conuenire in ius uocare : item quadrare aptum. Vt con/ nio
uenit illa mihi conuenit illa tibi:Item paciſci.¶ Inflare:cum inſtrumenta muſica:aut flatu:aut percuſſione reſo Inflare
nẽt.Illa ĩflamus:hæc pulſamus:ergo inflamus tibias & huiuſmodi pulſamus cytharã.¶ Corylis:huius arboris Pulſare
nuces auellanæ dicunt̃ ſiue ꝑneſtinæ:ex ea faciebant faces ad nuptias celebrandas.¶ Vlmos:huius arboris q̃ttu/ Auella/
or ſunt genera factum eſt prodigium in hac arbore in bello cimbrico. Nam nucerie in luco Iunonis ulmus na
poſtq̃ etiam cacumen amputatum eſt:quoniam in aram ipſam procumbebat reſtitute ſponte ita: ut protinus
floreret:a quo dictum tempore maieſtas po.ro.reſurrexit:quæ ante uaſtata cladibus fuerat.¶ Tu maior: oſten
dit qualiter oporteat eſſe inferiorem erga ſuperiorem:Nam ſi iuſta cauſa diſſentiendi eſt modeſtiſſime diſſen
tiet:neq; diſcedet a ueneratione:quam illi preſtare debet: ut hic qui nunc Menalcæ omnia conceſſurus polli/
ceatur.tamen occultæ.& umbram arboris uituperat & antrum laudat.¶ Labruſca:dicitur quia in labris: ideſt Labru/
in extremitatibus camporum poſita ſit.¶ Montibus in noſtris ſolus ti.ce.am. tanquã ꝙ ad magnam laudem ſcas
pertineat.dicit hoc ꝙ nullus præter amynta ſecum certat.ſed Mopſus moleſte fert.ꝙ ille ſibi coparetur.Atque
oſtẽdat ſi ſibi certat:nõ ꝓueĩre ex cõſcientia cãtus:ſed ex q̃dã audacia ſtulta:q̃ nõ dubitaret ẽt appollini certare.

¶SER. Electra pinguia.i.ſuccinæ gẽmæ.¶ Myricæ arbuſta uiliſſima.¶ Certẽt cygnis ululæ:aues ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.i.a fletu nõiatæ.¶ Sit tityrus orpheus:uiliſſimus ruſticus Orpheus.ſ.putet̃ ĩ ſiluis.¶ Arion:uero inter delphinas.Hic autem leſbius citharœdus optimus fuit:q quũ Tarento corinthũ cũ multis opibus peteret:& uideret ſibi ĩ mari tẽdi a nautis inſidias:petiit ut cithara paululũ caneret:ad cuius ſonũ cum delphini peruenisſent:excuſſit ſe ſupra unũ:& ita ĩminẽs uitauit periculũ.¶ Delphinas:nas iõ breuis eſt: quia græca declinatio eſt:ſicut Arcadas accẽſos monitu.Nã omnia græca nõia q̃ nõiatiuũ i es terminãt:ut arcades: delphines:naiandes:accuſatiuũ pluralẽ corripiũt.¶ Oĩa uel me.fi.m. aut oĩs terra opiat̃ fluctib⁹ maxĩs:aut mediũ χαος: optat.n.cõfuſionẽ oĩum elemẽtorũ.¶ Viuite ſil. ualete.Nã nõ bene optãtis ẽ.ſed renũciãtis.ordo ẽ.¶ Præceps deferar ĩ undas de ſpecula aerii montis.¶ Extremũ hoc munus moriẽtis hẽto.i.moriar ĩ ĩuidiã tuã. Nã amare ait munus: ſic Mezẽtius:Et hæc tibi porto dona prius.¶ Hæc damon: ſubaudi dixit uel cecinit.¶ Dicite pierides:Bene aĩos erigit auditorũ dicẽdo Supiora utcũq; dicta ſunt:ſequẽtia non niſi a numinibus potuerunt explanari.Sane id debemus accipere paſtores hoc referre:quod aliq̃do ĩ arcadia audierũt.Vnde & ſuperius ait: Incipe mænalios mecũ mea tibia uerſus.i.arcadicos.¶ Nõ oĩa poſſumus omnes:Sic Ci.Vnũ ſuſtinere uix pauci poſſunt:utrumq; nemo.¶ Effer aquã:hic ĩducit mulierẽ ſacris qbuſdã peruertẽtẽ mentẽ amatoris a quo ſpernebat̃.¶ Adole:ĩcende:κατὰ εὐφημισμὸν dr̃.nã adole ẽ auge.

Pinguia corticibus ſudent Electra Myricæ.
Certẽt & Cygnis Vlulæ ſit Tityrus Orpheus.
Orpheus in ſiluis inter Delphinas Arion.
Incipe mænalios mecum mea tibia uerſus.
Omnia uel medium fiant mare uiuite ſiluæ.
Præceps aerii ſpecula de montis in undas
Deferar extremũ hoc munus moriẽtis habeto.
Deſine mænalios iam deſine tibia uerſus.
Hæc Damõ uos quæ reſpõderit Alpheſibœus
Dicite Pierides non oĩa poſſumus omnes. AL.
Effer aquam & molli cinge hæc altaria uicta.
Verbenaſq; adole pingues & maſcula Thura

Heliades ¶ANTO. Electra:ferũt heliades ſorores phaetõtis fratris ĩteritũ tã diu deploraſſe ut mortuæ oẽs ĩ alnos tãdẽ arbores lachrymãtes adhuc cõuertent̃:earũq; lachrymas a celtis ipſis q ea circũ habitant loca ſæpe numero emũgi:cũ in aureũ uertant̃ electrũ:& tanq̃ lapidẽ dureſcãt:Id Dionyſius ſcribit.Dicit̃ ꝓterea ꝓprie electrũ teſte Pli.lib.xxxiii.ubicunq; quĩta argẽti porcio ineſt auro mixta.De Electro ẽt li.iii.Geor.latius dicet̃. Electrũ ſine h.ſcribit̃:cũ χιλην ante e græce habeat.¶ Myrice:de his late ecloga q̃rta.¶ Cygnis eſt: cygnus auis undiq; plumis albis cõferta & dulce canẽs latine olor dicit̃.Scribit aũt Ci.li.i.tuſcu.ꝙ cygni nõ ſine cã apollini dicati ſunt ſed ꝙ ab eo diuinationẽ habere uideant̃:qa ꝓuidẽtes qd in morte boni ſit cũ cãtu & uoluptate moriãt̃. Meminit & Pli.lib.x.¶ Vlulæ:aues ſunt nocturnæ ab ululatu dictæ de qbus ẽt Pli.¶ Certẽt & cygnis ululæ:Comatas ait in Theocriti quĩta luſciniæ dulci raucos cõtẽdere turdos.Nec fas ẽ: epopas cygnis obſtare canoris.¶ Orpheus:de hoc iã dictũ ẽ.¶ Ariõ:is fuit citharedus q̃ optimus: de quo late Oui.li.ii.fa.ait ãt. Quod mare nõ nouit:q̃ neſcit ariona tellus.Carmĩe currẽtes ille tenebat aq̃s Protinus ĩ medias ornatus deſilit undas.Spargit̃ ĩpulſa cerula puppis aq̃.Inde fide maius:tergo delphĩa recuruo.Se memorãt oneri ſuppoſuiſſe nouo.Ille ſedẽs citharãq; tenẽs p̃ciũq; uehẽdi Cãtat:& æquoreas carmĩe mulcet aq̃s:hæc & plura Oui.ſed latiſſime Hero. circa prĩcipiũ primi libri:qđ repetit:ẽt Gellius li.xv.ca.ulti.¶ Extremũ hoc:ordo eſt:hoc habeto extremũ:munus moriẽtis. ¶ Dicite pierides:hic uerſus totus ẽ Furii ex.x.li.Lucre.itẽ li.v.ait maior erat natu nõ omnia poſſumus oẽs.Macro.auctor li.vi.¶ Verbenas:uerbena Iouis ara uerebat̃:dõus purgabat̃ luſtrabaturq; ferebat̃ aũt domeſtica flore albo in ortis:ſacerdotes eã purificatiõibus adhibere cõſueuerũt:ſiq; medicus uiſitando infirmũ ipſam portauerit ægroto neſciente:& dicet ægroto ipſi qualiter es:̃ ſi dixerit æger bene ſanabit̃.Si male moriet̃.Hæc alii. Pli.aũt ſcri.li.xxii.ca.iii.uerbenã dici gramẽ ex ara cũ ſua terra euulſum &c.Propterea igit̃ pingues uerbenas dici putari.nã & aræ pingues dicunt̃ eſſe.¶ Adole.i.ure teſte Nonio.Alibi adolere ſignificat augere honorare ꝓpitiare:ut li.i.ænei.Et flammis adolere penates.¶ Maſcula thura:Maſcula thura aliqui putãt a ſpecie teſtium dicta.Sunt.n.rotundiora & religioni tributa ne ſexus alter uſurparet̃ auctor Pli.lib.xii.¶ Sanos.i. non amãtes: qui.n.amant non ſani ſunt:Hinc illud Maronis lib.iiii.Quum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem.

Cygnus Olor

Verbena

¶CHRI. Ariõ:hiſtoriã ponit Seruius.Addit tamẽ Herodo.hũc uirũ Metimneũ fuiſſe ac oẽs cytharedos ſuperaſſe & a Periãdro corynthioꝝ tyrãno:abeuntẽ in Italiã ueniſſe ac multas adeptũ opes: ex ſuo artificio nauẽ quorũdã corynthioꝝ q̃ ad periandrũ rediret cõſendiſſe:& animaduerſis inſidiis ĩpetrauit a nautis:ut aliquãtulũ canere cythara ſineret:atq; νόμον ὄρθιον ceciniſſe mox ſe in mare p̃cipitaſſe ac delphino ſuſceptũ in inſulã tenarõ incolumẽ delatũ eſſe: atq; inde ad periãdrũ rediſſe & nautas q illũ in Italiã eſſe mẽtiti fuerãt ita arguiſſe:ut ſcelus fateri cogerent̃. Addit etiã idẽ Hero.æneã ſtatuã arionis a delphino uecti poſitã eẽ in tenero inſula. ¶ Omnia uel mediũ:Summã oſtẽdit deſperationẽ.¶ Viuite:nõ optantis:ſed diſcedẽtis eſt:& ad mortẽ ꝓficientis.¶ Specula mõtis:locus editior dicit̃ ſpecula unde ad multũ ſpaciũ facilis ſpeculatio ꝓſpectuſq; ſit eadẽ ratione ſpecula feneſtra appellat̃.Inuenit̃ etiã ſpecula p diminutionẽ a ſpe.¶ Pierides.Sine quaꝝ auxilio rem ipſam pp ſuã magnitudinẽ nos dicere nõ poſſemus.Et ſic attẽtionẽ reſtaurat auditoribus:q iã audiẽdo feſſi eſſe poſſent.¶ Nõ omnes poſſumus oĩa:imo fortaſſe nullus eſt qui poſſit oĩa.¶ Verbenas:q̃ſi herbena ꝓprie ſpẽs herbæ:eſt q̃ alio uocabulo ut ẽ in ſynonimis uerminatia dicit̃:græce dicit̃ hierobotanõ quaſi ſacra herba:quoniã illã ſacrificiis adhibebãt antiq:capit̃ aũt uerbena ꝓ omnibus frõdibus quæ adhibent̃ ĩ ſacris.¶ Maſcula thura: Thus maſculum appellant medici qđ ſubalbidum & rotondum & pingue & naturaliter lene & frãgibile eſt: & qđ ad ignem cito accendatur:odorem ſuauem copioſe emittit.Hoc omnium optimum eſt: ut ait Dioſco.

Specula

Verminatia
Thus
Maſculum

Coniugis ut magicis ſanos auertere ſacris
Experiar ſenſus nihil hic niſi carmina deſunt.
Ducite ab urbe domũ mea caría ducite daph-
Carmía uel Cælo poſſunt deducere lunã. (ni.
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyxi.
Frigidus in pratis cantãdo rũpit̃ Anguis. (nĩ
Ducite ab urbe domũ mea caría ducite daph-
Terna tibi hæc primũ triplici diuerſa colore
Litia circundo terq; hæc altaria circum
Effigiẽ duco. numero Deus ĩpare gaudet. (nĩ
Ducite ab urbe domũ mea caría ducite daph.
Necte trib9 nodis ternos amarylli colores. (cto
Necte amarylli nodos & ueneris dic uícula ne
Ducite ab urbe domũ mea caría ducite dapni.

SER. Sanos ſenſus: nõ amãtes: Vnde cõtra amãtes ĩſanos uocamus. Auertere ãt a ſanitate mutar̃: aut auertere ait ꝓ cõuertere: ut ſit mutata ꝑpoſitio. Expiar: Coner: ꝓbẽ ĩcipiã. Carmía uel cælo poſſunt deducere lunã. Vel. i. ẽt: ut Vel priamo miſerãda manus. Eſt ãt argumẽtũ a maiore ad mĩus. Si hæc poſſunt facere carmina: cur nõ ẽt facilia ĩpleant̃? Quid. n. facilius q̃ ut ex urbe rus redeat: & ciuitatẽ deſerat ruſticus? Cãtãdo: dũ incãtat̃. Nã gerũdius modus ab oĩ uerbo ſimiliter ꝓcreat̃. Vnde mõ cantãdo a paſſiuo ait: cũ ſupra ab actiuo dixerit: ut Cãtando tu illũ. Tale ẽ illud in Saluſtio: Cũ ipſe ad imperandũ Tiſidiũ uocaretur. i. ut ei ĩperaret̃: Frigidus: nocens: ut Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet. Licia circundo: bene utitur liciis: quæ ita ſtamen implicant: ut hæc adoleſcentis mentem implicare contendit. Effigiem duco: amatoris dicit effigiem: ſic Dido: Effigiemq; toro locat haud ignara futuri. Numero deus impare gaudet: aut quẽcunq; ſuperorum: aut Hecatem dicit: cuius poteſtas triplex eſſe perhibetur. Vnde eſt: Tria uirginis ora Dianæ: nam ut ſupra dictũ eſt ſuperi dii impari ĩferi pari gaudent. Impare autem propter metrũ ait. Nam ab hoc impari dicimus. Necte: cõiunge tribus nodis alligationibus. Amarylli: uocatiuus græcus. Hæc Amaryllis eſt ea: quam græci σvμvιςiv dicũt. Et Veneris dic uincula necto: Anapeſtus eſt trimeter hypercata lecticus. Hoc autem metrũ eſt Cupidini conſecratum: ut ita implicetur mens amatoris: ſicut implicant̃ & connectuntur illi colores inuicem.

ANTO. Magicis ſacris: maxime quæſtionis & ſemper incerte eſt inquit Pli. xxviii. capitu. ii. ualeant: ne aliquid uerba: & incantamenta carminum. Veſtales noſtras hodie credimus nõdum egreſſa urbe mãcipia fugitiua retinere ui ſola præcationis. Non pauci etiam ſerpentes ipſos recantari credũt. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliari. Marcus Varro podagris. Cæſarem dictatorem poſt unum ancipitem uehiculi caſum ferũt ſemper ut primum cõſcendiſſet id ꝗ pleroſq; nunc facere ſcimus carmine ter repetito ſecuritatẽ itinerum aucupari ſolitũ: hic & faſcinatiõibus adoratiõe peculiari occurrimus & impares numeros ad omnia uehemẽtiores credimus. Idq; in febribus dieꝝ obſeruatiõe ĩtelligit̃. Scribit itẽ ꝗ Theocri. apud græcos. Catu. apud nos: & Vir amatoria ĩcãtamẽta imitati ſunt. Magia ꝑterea ĩcãtatio dicit̃: Mageuo magicã exerceo. Circe: ſolẽ ferũt duos ꝓcreaſſe pueros Aeetã ac Perſẽ: Aeeta in Colcho regnauit. in Taurica Perſes: Crudeles ambo efferriq; e Perſe Hecate horta eſt q̃ poſtea Aeete nupſit: genuitq; liberos tres: Circẽ: Medeã: & Agialeũ. Circe ad oĩs generis uenenoꝝ curã uerſa multarũ herbarũ radicũq; uarias uires mirabileſq; reperit. Venit demũ ad itaLiã: inq; eo ꝓmõtorio qđ nũc quoq; ab illa Circeũ uocat̃ reſedit: hæc ex Dio. li. v. Qũo aũt Vlyxis ſocios carminibus uerterit in feras legito Oui. li. xiiii. met. Cice. aũt ĩ lib. de nat. deo. ſcribit Cyrcẽ ſolis fuiſſe filiam ex Perſide Oceani filia. Litia: ꝗ ea uĩ in carminibus haberẽt: ĩnuit ẽt Pli. li. xxviii. quũ ait ĩguinibus medẽt̃ aliqui litiũ telæ detractũ alligãtes nouenis ſeptenis ue nodis ad ſingulos nominãtes uiduã aliquã atq; ita inguina ad alligãtes litio. Cãtãdo: dũ cãtat̃. Numero deus impare ga. impares nũeros a donia uehemẽtiores credimus ĩquit Pli. lib. xviii. ca. iii. & Macro. lib. i. ſat. ſcribit ꝗ impar numerus mas & par fœmina uocat̃. Itẽ arithmetrici imparem patris & parem matris appellatiõe uenerant̃. Pli. itẽ lib. xii. inquit ꝗ maſculũ genus religioni tributũ eſt.

CHRI. Magicis: de his dicet̃ in quarto ænei. Sanos: nullo amore implicatos. Inſanos. n. dicimus furioſos: at furoris: ut Plato ait Quatuor ſpẽs ſũt uaticinii: q ẽ ab Apolline poeticæ facultatis: qui ẽ a muſis Amoris: q eſt a Venere myſterioꝝ: qui ẽ a bacco. Ergo q amãt furore parciti ſũt ergo furioſi: ergo ĩſani. Vnde ſequit̃ ꝗ qui ſani ſũt: nõ amẽt. Vult itaq; auertere. i. remouere ſenſus uiri ſui ſanos. i. ab amore liberos qđ faciet ſi implicabit amore. Vnde erunt ĩſani quẽadmodũ dicimus ĩſanũ poetã: & ĩſanũ uatẽ. Ducite ab urbe domũ mea c. d. d. Sic ẽt Theocri. ĩ pharmaceutria adhibet ĩtercalarẽ uerſum haud diſſimilẽ. ιυγ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. Cælo poſſunt de. lu. magoꝝ eſt polliceri ſuis carminibus lunã e cælo euocari. Vnde Theſſali cũ lunam laborare timerẽt qa carminibus incantaret̃ tinnitu uaſoꝝ æneoꝝ ne illa carmina audiret obſtrepebãt. Hinc Iuue. Iam nemo tubas nemo æra fatiget Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Terna: ꝑter animos negãt pytagorici & platonici qcquã numeris eſſe pfectius quippe q figurarũ numerũq; ſerie ac ꝓportione a ſummo deo cõſtituta ſint oĩa atq; ita digeſta ut numeris & figuris cõtineri uideant̃. Ait. n. Pythagoras: ex monade oriri numeros ex numeris pũcta: ex pũctis lineis: ex iis figuras planas: ex planis ſolidas figuras ex iis ſolida corpora. Et ex iis elemẽta eſſe ex qbus ſit mũdus. Trinitatẽ autẽ Pythagorici reꝝ omniũ mẽſuram dicunt. Nam deus ternario numero res gubernat: primo. n. ſingula creat: ſecundo ad ſe creata rapit. Tertio rapta perficit. Res itidem primo a perẽni fonte effluunt: dũ naſcunt̃: Secũdo in eundẽ refluunt. Dum ſuam illã originẽ repetunt. Tertio pficiuntur in ſuũ principium iam reuerſa. Orpheus igit̃ deum principium medium & finem dixit. Principium autem ut producit: medium: ut producta ad ſe rapit. Finis: ut redeuntia perficit. Ternos colores: manet in eadem trinitate. Veneris dic uincula necto: ſimile quidam & Theocritus
πᾶσ᾽ ἅμα χαὶ λέγε ταῦτα τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

SER. Limus Vt hic dureſcit: fecerat illas duas imagines alterā ex limo: qui ex igne fit durior alterā ex Cera quæ igne ſoluitur: ut Videlicet mens amatoris: ita dureſceret: ad illā quā tunc amabat: omneſq; alias ſicut limus ad ignē: & ad ſe ita molliret & ſolueret amore: ut Cera ad ignē liqueſcit. ¶ Sic nr̄o daphnis amore: ſubaudi dureſcat & liqueſcat: ut. ſ. quā appetit Deſerens me: potius amet. ¶ Sparge molā: far & ſalē. ¶ Et fragileis incēde bitumine lauros: ideſt lauros diuino igne conſume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniā: qa frequētia cadūt fulmina: hac re lacus redūdat: adeo ut īde fabricaſſe muros Semyramis dicat.

Limus ut hic dureſcit & hæc ut cera liqueſcit
Vno eodemq; igni ſic noſtro daphnis amore.
Sparge molā & fragileis īcēde bitumīe lauros.
Daphis me mal⁹ urit ego hāc ī Daphide laurū.
Ducite ab urbe domū mea caria ducite daphni.
Talis amor Daphni qlis cū feſſa Iuuēcū
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procūbit in herba.
Perdita nec ſeræ meminit decedere nocti
Talis amor teneat nec ſit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domū mea caria ducite daphni.
Has olī exuuias mihi perfidus ille reliqt
Pignora cara ſui quæ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mādo debēt hæc pignora Daphni.
Ducite ab urbe domū mea caria ducite daphni
Has herbas atq; hæc pōto mihi lecta uenēa
Ipſe dedit Mœris naſcuntur plurima Ponto.

¶ In daphnide laurū: aut arcaiſmos eſt ꝓ in Daphnidē: aut ītelligamus ſupra Daphnidis effigiē eam laurū incendere propter nominis ſimilitudinē. ¶ Bucula: bouis eſt diminutio. Sane bos anomalū nomē eſt. Nā hic bos & o bos ꝓducit ſicut his bobus: & ab his bobus. Nā reliqui oēs caſus breuē habēt ſyllabā primā. ¶ Propter aquæ ri. iuxta. ¶ Perdita: amorē cōſumpta. ¶ Nec ſit mihi cura me. aut nolī magicis artibus ſubuenire: aut nolī cū ipo cōcūbere. Ab utroq; n. medicina amātibus uenit. ¶ Perfidus: nūc. ſ. ꝑfidus. ¶ Limine in ipſo: loco ſacro: ſicut ſupra diximus Veſtæ.

ANTO. Cæra liqſcit: ſimeta in Theocriti ſecūda ait: utq; meis palens digitis bene cæra liqſcit: Mindius ex tēplo ſic noſtro delphis amore. ¶ Molā: erat mola ex ſale & farre molito: ut ſcribit Var. ¶ Bitumē: bitumē ē terra gleba q̄ a calorē liqfacta afflatē atq; diffunditē: rurſumq; ī glaciē fortiſſimā ab aq̄ frigida īmutatē q̄lis ē lacuū aq̄: unde & ſectiōe & īciſiōe opus ē. Id poſtea in ſummo fluitat: Stra. auctor li. xvi. Pli. āt li. xxxv. capi. xiiii. ſcribit: ꝙ bitumen alibi limus alibi terra. Limus ab Iudææ lacu emergēs Terra in Syria. Eſt uero liqdū bitumē ſicut & acyntiū gignitē & pingue liquoriſq; oleacei in Sicilia: utunturq; eo ad lucernaꝝ lumīa. Itē ad ſcabiē iumētoꝝ. Vis bituminis

Lauros

q̄ ſulphuris ſiſtit attrahit diſcutit glutinat. ad lepras prurituſq; corpoꝝ efficax. hæc ex Pli. ¶ Lauros: lauro ī ſuffimētis & purgatiōibus utebātē. Nō tamē fas erat in ꝓfanis uſibus polui laurū: ut Pli. li. xv. mēinit. Daphnis me malus uruit. Simeta ī ſecūda Theo. ait Cōburit me delphis: ego hāc ī delphide laurū. ¶ Propter. i. prope. ¶ Perdita nec feræ: uerſus īteger ē Varii de morte: ut edocet Macro. li. ſat. vi. ¶ Pōto: mēſura pōti a Boſphoro ad meotidis lacū ꝓtēditē. ut ſcribit Pli. li. vi. Soli. aūt ſcribit ī pōticis oris Aconē portū eſſe: q ꝓuētu maloꝝ gram inū uſq; adeo celebris eſt: ut noxias herbas aconita illic nominemus.

CHRI. Limus: ut hic quēadmodū unus idēq; ignis liqfacit cærā ac cōtra limū cōſolidat: ſic amor q ignis ē liqfaciēdo te mihi reddet duꝝ aduerſus alias uel cū liqfecerit: & molē reddiderit ī noſtrū amorē cōſolidabit ut ꝑmaneas ī eo nō diſſimile ē illud Theocriti ως τουτον τον καρον εγω συν δαιμονι τακω ως τακοι θυπ ερωτος ο μυνδιος αυτικα δελφις. ¶ Bitumīe: Iudææ lacus ē quē Aſphaltitē nominát īmēſo ambitu. Vnde mare mortuū a nōnullis noīatē ſed ſapore corruptior ē q̄ marē: grauitate odoris accolis ē peſtifer. Et ut placet Soli. aīal nullū habet nihilq; ī eo mergi pōt. Vñ ēt teſte cornelio tacito. Nādi impitos attolit. Certo. n. tꝑe bitumē egerit qđ a lacu ēt aſphaltū nominát. Liquor ē acer natura ſua & ſparſo aceto cōcreſcit primū māu trahitē: Inde nullo iuuāte influit: nō ære: nō ferro: ſed ſanguīe mēſtruo ſcinditē. Iordanē oēm p hūc labi dicūt: nec tamē infici. Hoc Semiramim ꝓ calce ad ſtructurā babylonicoꝝ mœniū uſam dicunt. Pli. ſcribit bituminis naturā ꝓximā eſſe ſulphuri. Idq; eſſe limū qa iudææ lacu emergat. Prætereo multa: q̄ de bitumīe ab eodē dicunē Dioſcorides ait: bitumē aliud aridū aliud liquidū eſſe: aridū gigni in iudea. Phœnice: & Sidonia liqdū in Babylonia: Apollonia: & Sicilia: uocatē a nōnullis ſtercus dæmōis. Galenus dicit illud uim habere calfaciēdi & deſiccādi. Serapiō ſcribit: ꝙ ꝓhibet apoſtemationē uulnerū. Suo ſuffitu cōfert doloribus matricis: potū cū caſtoreo & uino ciet menſes & cōfert tuſſi ueteri: & aſmaticis & morſibus uenenoſoꝝ: potū cū aceto. ſoluit ſanguinē coagulatū impoſitū dētibus ſedat dolorē admixtū farinæ ordei & nitro & ceræ ꝓdeſt podagræ. ¶ Perdita nec ſeræ meminit decederē nocti. Verſ⁹ ē ex Vario de morte: dicit. n. Nō amnes illā medii ñ ardua tardāt flumīa: nec ſeræ meminit decederē nocti. ¶ Nec ſit mihi cu. me. Optat. n. & illū amorē īplicari: & ſe cōtra ita liberari: ut cū negligat. Sic. n. ad plenū iniurias ulciſcetē. ¶ Exuuias: quoniā ꝓ hoſte ille ſe geſſerit: exuuias appellat quas ille ꝓ amoris pignore reliquit. ¶ Cara: nā res amati uehemēter diligit amās. Hæc duo ēt ī Didone expreſſit: ꝙ tūc haberet ꝓ exuuiis & olī ꝓ pignore amoris cara ſic Iuue. Gratoq; īdulget baſia plectro. ¶ Perfidus: iurgiū eſt amātis. Nā dolet fidem frangi. ¶ Herbas at. u. Herbas ex quibus facile fiāt uenena. i. philtra amatoria quæ iure uenena dicunē: quoniā p uenas ad p̄cordia diſcurrāt unde ueneficia appellanē & uenefica: quæ illa faciant. Probat aūt efficaciam ueneficii ab auctore: ait ergo ipſe mœris. Nam emphaſim facit ꝓnomen & mœris ea grauitate pronunciat tanq̄ ſi ſonet maximus in ea re artifex. Deinde a patria. Non in ponto fuit medea oīum ueneficarum maxima. Sed qūo lecta: ſunt ab eo uenena: ſi mœris dedit: ſed legamus. Ipſe mœris dedit uenena lecta mihi ideſt lecta: ut ego haberem quaſi dicat meo noīe legit. Nam cum legunt herbas nominát cui legant.

¶SER. Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes: magicis qbuſdã artibus hoc fiebat: Vnde eſt in duodecĩ tabulis: Ne ue alienã ſegetẽ pellexeris. ¶ Ne reſpe. nolũt. n. ſe uideri numĩa: niſi ex nimia neceſſitate. Vnde ꝓ miraculo dictũ eſt: Alma parens cõfeſſa deã: qđ nõ faceret niſi in ꝑiculo filii. ¶ Nihil ille de. n. car. curat. Satis eſt ꝙ putat artẽ magicã nil ualere. ¶ Corripuit tre. al. flã. hoc uxori Ciceronis dr̃ cõtigiſſe cũ poſt peractum ſacrificiũ libare uellet in cinerẽ: uiſa eſt flãma: q̃ flãma eodẽ anno cõſulẽ futuꝝ oſtẽdit eius maritũ: ſic Cice. in ſuo teſtat̃ poemate. ¶ Bonũ ſit: iõ dubitat & optat: ut hoc ſignũ bonũ ſit: qa ignis medius eſt & q poſſit ẽt nocere. ¶ In li. la. in loco ubi amati ueſtes obruerat. ¶ Ipſi ſibi ſomnia fingũt: oĩa q̃ ſupra dixerat de arte magica deſtruit dicẽdo hæc uera deſiderãtibus tãtũ uideri: qđ ꝑ ꝓuerbiũ eſt locutus.

His ego ſæpe Lupum fieri & ſe condere ſiluis
Mœrin ſæpe animas imis exire ſepulcris
Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes.
Ducite ab urbe domũ mea carĩa ducite daph-(ni.
Fer cineres amarylli foras riuoq; fluenti.
Trãſq; caput iace ne reſpexeris. his ego daphni
Aggrediar. nihil ille Deos nil carmina curat.
Ducite ab urbe domũ mea carĩa ducite daph-(ni.
Aſpice corripuit tremulis altaria flammis
Spõte ſua dũ ferre moror cinis ipſe. bonum ſit.
Neſcio quid certe eſt & Hylax ĩ limine latrat.
Credimus? an q amant ipſi ſibi ſõnia fingunt?
Parcite ab urbe uenit iã ꝑcite carmĩa Daphnis.

¶ANTO. Lupũ fieri: Pli. li. viii. ſcribit: ꝙ in Italia quoq; credit̃ lupoꝝ uiſus eſſe noxius: uocemq; homini quẽ priores cõtuent̃ adimere ad p̃ſens. hoĩes ãt in lupos uerti rurſuſq; reſtitui ſibi falſum eſſe cõfidẽter exiſtimare debemus: aut credere oĩa quæ fabuloſa tot ſæculis cõpimus. Euãthes ĩter auctores græciæ nõ ſpernẽdus tradit Archadas ſcribere eũ gente anteĩ cuiuſdã ſorte familia electũ ad ſtagnũ quoddã regionis eius duci: ueſtituq; in q̃rcu ſuſpenſo tranare atq; abire in deſerta: trãſfigurariq; in lupum & cũ cæteris eiuſdẽ generis cõgregari ꝑ annos. ix. in quo tẽpore ſi hoĩe ſe abſtinuerit: reuerti ad ſtagnum & cum tranauerit effigiẽ recipere ad priſtinũ habitũ addito. ix. annoꝝ ſenio: addit quoq; Fabius eãdẽ recipere ueſtẽ ĩter auguria ad dextrã cõmeãtiũ ꝑciſo itinere ſi plẽo id ore fecerit nullum omnium præſtantius hæc ex illo. ¶ Alio traducere meſſes. quin etiam inquit Pli. li. xxviii. ca. ii. & legum ipſarum in. xii. tabulis uerba ſunt qui fruges excãtaſſet: & alibi: Qui malum carmen incantaſſet. ¶ Nihil carmina cu. oſtẽdit per hoc Maro carminibus non eſſe pondus. ¶ Aſpice: uerba ſunt amaryllidis. ¶ Bonum ſit neſcio: dubitat an bonum an malum cinis accenſus portendat: deinde certior ait. ¶ Quid certe eſt. i. aliquid eſt: nam & hylax in limine latrat: in limine autem ubi daphnidis exuuiæ erant latrabatq; illius aduentu: ¶ Hylax: melius per x quam per s ſcribitur in fine hylao autem uel hylacteo latro: uel reſono ſignificant: hic & hylactor nomen canis apud Oui. ¶ Credimus. ſ. aliquid eſſe. ¶ An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. i. uana cõponunt: uentura putantes quæcunq; deſiderant. ¶ Qui amant: nulla hic Synalœpha eſt. ¶ Parcite: hoc ait credens illum uenturum eſſe. ¶ Parcite: autem deſiſtite.

¶CHRI. Lupum fieri: refert Auguſtinus in libro de ciuitate dei. M. Varronẽ ſcribere de archadibus: quod illi ſorte ducti tranſnatant quoddam ſtagnum: ut ibi in lupos conuertantur: & cum ſimilibus feris uiuunt. Si uero carne humana non ueſcantur: rurſus poſt nouem annos remeato eodem ſtagno reformantur in homines. Deniq; quẽdam demenetum paraſium guſtaſſe de ſacrificio: quod archades immolato puero faciunt deo ſuo Lycæo & in lupum cõuerſum: & . x. anno in humanam effigiem reuerſum in olympia pugilem uictoriam meruiſſe: nec propter aliam cauſam: & lycæum Iouem & lycæum Pana in arcadia uocari exiſtimat Varro: niſi ꝙ ea non alia q̃ diuina fieri poſſe exiſtimat. Pli. etiam ſcribit Euantem inter auctores græciæ non ſpretum tradere: qđ arcades ſcribunt ex gẽte anthæi cuiuſdam ſorte ſimilia electum ad ſtagnum quoddam eius regionis duci ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare atq; abire in deſerta transfigurariq; in lupum: & inter lupos uerſari per annos. ix. quo in tempore ſi ab homine abſtinuerit redire ad ſtagnum: illudq; tranare: & effigiem humanam priſtinam recipere addito. x. annorum ſenio. Addit idem Auguſti. mulieres fuiſſe in Italia: quæ dantes aliquid in caſeo: homines in iumenta mutabant: quæ neceſſaria quæq; portabant: deinde perfuncti opera ad ſe redibant nec tamen ſenſus rationalis in illis mutabatur. ¶ Et ſe cõ. ſyl. Nam ut dixit Varro cum ſimilibus feris habitabant. ¶ Imis ſepul. Credidit antiquitas umbras defunctorum in ſepulcris requieſcere. Ac propterea magnæ illis curæ erant ſepulcra. Hinc Iuuen. Dii maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram: Spirãteſq; crocos & in urna perpetuum uer: Qui præceptorem ſancti uoluere parentis. Eſſe loco. Et Proper. Terra tuum ſpinis obducat lena ſepulcrum. Et tua quod non uis ſentiat umbra ſitim. ¶ Atq; ſatas alio ui. tra. meſ. hoc in . xii. tabulis fieri prohibeatur. ¶ His ego daph. his tam ualidis. ¶ Aggrediar: ueluti hoſtẽ. ¶ Nihil il. de. n. c. c. Stupefacta hæc dicit. Admiratur. n. ꝙ cum ad id ſacrorum iam peruenerit: tamen adhuc illum moueri nõ ſentiat. ¶ Aſpice: cũ ita admirabunda ſtaret: ſecutum eſt hoc mõſtrum. Vnde amaryllis: q̃ latura erat cineres admonet eos flammas cõcepiſſe. ¶ Neſcio qđ. ſ. ſit. q. d. neſcio audiam an non audiam. ¶ Certe eſt cũ iterum & clarius audiſſet dixit: certe eſt. ſ. aliquid: & ſecutus eſt poeta naturã: nã cũ aliqđ ex lõginquo apparet: adeo dubia res eſt: ut incerti ſimus ſit: ne an nõ ſit. Deinde cũ magis appropinquat uidemus ẽt: ſed tamẽ qđ ſit nondũ conſtat Paulo uero poſt cognoſcimus quid ſit: ut uerbi gratia ꝙ ſit equus. Ac demum cognoſcimus non modo equum eſſe: ſed etiã meũ: uel tuũ. Eadẽ ratio eſt in auditu. ¶ Credimus: dubitaret primũ an audiſſet quippiã. Deinde eũ conſtaret audiſſe dubitauit: quid audiſſet: Poſtremo putauit audiſſe uirum. Verum cum nimis uirum cuperet: dubitauit rurſus an nimia cupiditate deceptus: ſenſus id putaret eſſe qđ non eſſet. ¶ Fingunt ſomnia: prouerbiũ eſt. Nam qui nimia cupiditate decipitur: & credit id eſſe quod non eſt: dicitur ſibi fingere ſomnia.

Lupus

SER. QVO te mœri pedes? an quo uia ducit ĩ urbẽ? Hæc ecloga cõtinuũ nõ hẽt carmẽ:ſed de diuerſis locis Theocriti aliq̃ ad eã cõtulit.ſane hoc cõtinet. Vir.poſtq̃ pene occiſus ẽ ab Ario cẽturiõe Romã reuertẽs:mãdauit ꝓcuratorib⁹ ſuis:ut tuerẽť agros:& ad pſens obſequerẽť Ario.Mõ ergo Mœris ꝓcurator eius ſecũdũ pceptũ patrõi portat hædos Mãtuã:quos Ario offerat.Seqť alter paſtor : & cũ quo pgat ĩterrogat:ille deflet ſuas miſerias:& hĩc iã uariæ pſtatur occaſio cãtilenæ.¶ Quo te Mœri pedes? ſubaudi ducũt:& ẽ zeugma a poſterioribus.¶ Viui puẽimus.i.diu uiuẽdo ad iſta puẽimus:& oñdit plerũq; obeſſe hoĩbus uitæ lõgingtatẽ:q̃ ĩterdũ cã ẽ miſeriaꝶ.¶ Quod nũq̃ ueriti ſumus:qa ĩopinata grauiora ſũt mala. Vnde ait Dido:Hũc ego ſi potui tãtũ ſperare dolorẽ: Et pferř ſoror potero.¶ Nũc uicti.i.ĩpotes uoti:Nã quo mõ uictores dicĩus uoti cõpotes:q qcqd uolũt faciũt: ſic uictos e cõtrario uoti ĩpotes:q nõ poſſũt facere qđ uolũt.Cæteꝶ quo mõ uicti ſunt mãtuani:q nec bella geſſerũt?¶ Sors oĩa uer.niſi hoc ad pſonã ruſticã redigas:aſpe cõtra Auguſtũ dictũ ẽ:cui⁹ felicitatẽ ſicut oĩa dicit poſſe mutari.¶ Illi: Ario cẽturioni.¶ Quod nec bene uertat:q̃ res eius in pniciẽ uertať.i.ut malo omine hoc mun⁹ accipiat. Tractũ ãt hoc ab Hectore & Aiace Nã Hector dedit Aiaci gladiũ : quo ſe Aiax poſtea ĩteremit.Hector uero balteũ accepit ab aiace: quo circa muros pŕiæ tractus ẽ.poſtea ĩde & illđ cõicũ natũ ẽ:Dii bene uertãt qđ agas.Plerũq;.n.bona in peius:mala mutãť ĩ melius.¶ Subducere colles Incipiũt:& ex alto ĩ cãpos diſſolui.¶ Vſq; ad aq̃: Mĩcii fluminis.ſ.¶ Oĩa:q̃ ſupradixit.Intelligimus ãt aut Virg. tãtũ agrũ:aut totius Mãtuæ eẽ deſcriptũ.¶ Seruaſſe: recupaſſe.¶ Audieras & fa.fu.beniuolẽtiã qdẽ Auguſti ẽt fama uulgaui:ſed eã belli actiaci neceſſitas ĩpediuit.¶ Menalcã aud.i.ueſtrũ Virg.¶ Sed carmina tãtũ Nr̃a ualẽt Lycida tela ĩter marcia q̃ntũ:Hoc ẽt Cice. ait ĩ miloniana:Silẽt.n.leges ĩter arma.¶ Chaonias dñt aqla uenĩẽte colũbas:Minora.n.auguria maioribus cedunt:nec ullarũ ſunt uiriũ:licet priora ſint Chaonias autẽ epiroticas.Nã in Epiro dicitur nemus fuiſſe:in quo reſpõſa dabãt columbæ:qđ ideo fingiť:qa lingua theſſala peliades:& columbæ uaticinatrices uocantur.

ECLOGA NONA MOERIS.

LYCIDAS MOERIS.

QVO TE Mœri pedes? an quo uia ducit in urbem? MOE.
O Lycida uiui puenimus aduena nr̃i
Quod nunq̃ ueriti ſumus ut poſſeſſor agelli
Diceret hæc mea ſunt ueteres migrate Coloni.
Nunc uicti triſtes quoniã ſors omnia uerſat
Hos illi (qđ nec bñ uertat) mittim⁹ hædos. LY
Certe equidẽ audierã qua ſe ſubducere colles
Incipiunt molliq; iugum demittere cliuo
Vſq; ad aquã & ueteris iã fracta cacumia fagi
Oĩa carminib⁹ ur̃m ſeruaſſe Menalcã. MOE.
Audieras & fama fuit.ſed carmina tantum
Nr̃a ualent Lycida tela inter martia quantum
Chaonias dicunt Aquila ueniente Columbas.

¶ PRO. Chaonias Columbas:quoniã columbæ in chaonia regione epiri in quercu arbore ſediſſe dicũtur: & humana uoce dediſſe reſponſa:& ita bonum augurium erat ſi coruus dextra:cornix ſiniſtra uolaret: ut Cicero diuinarum.Quorum a dextris coruus:a ſiniſtra cornix facit augurium.

¶ ANTO. Quo te Mœ.argumẽtũ patet carminibus.¶ Viui pueni.ſolet.n.lõgior plurima ĩcõmoda afferre: Vnde Iuue.de Prião inqt ſat.x.Lõga dies igiť qd cõtulit? oĩa uidit euerſa:& flãmis Aſiã ferroq; cadẽtẽ.¶ Victi.i. ſupati uiolẽtia militũ.Eſt ãt ordo:Nũc uicti nos qm̃ ſors oĩa uerſat.¶ Triſtes.i.iuiti mittim⁹.¶ Illi.i.aduẽæ poſſeſſori hos hædos.¶ Qđ nec bene uertat.i.ĩ bonũ cõuertat.¶ Sors oĩa uer.Sed ꝑfecto fortũa in oĩ re dominať inqt Salu.in Catili.& Laberius teſte Mac.li.ii.Fortũa ĩmoderata ĩ bono æque atq; ĩ malo.¶ Qua ſe ſubducere colles:Deſcribũť hĩc Maronis agri.¶ Subducere:deſcẽdere.¶ Dimittere iugũ.i.relinq̃re ſũmitatẽ.¶ Molli cli.facili deſcẽſu hẽant.n.Marõis agri cũctos colles ius erat ei ad illoꝶ ſũmitatẽ.Eſt & mihi agellus hmõi nã ad occidẽtẽ collis ẽ:cui⁹ mihi poſſeſſio ad ſũmũ tãtũmõ ẽ:poſtea uero cãp⁹ ĩeſt alteri⁹ colõi.¶ Vſq; ad aq̃:ĩ tytiro dixerat:q̃uis lapis oĩa nud⁹ Limoſoq; pal⁹ obducať paſcua iũco.¶ Fagi:pp ea nõ ab re ſub tegmĩe fagi recubãs dixit Melibœ⁹.¶ Carminib⁹ ſer.me.hoc loco ñ paſtor Mẽalcas:ſed Vir.ẽ ĩtelligẽd⁹ p allegoriã ut ſcr.Fa.l.viii.¶ Aqla uen.mĩora.n.auguria maiorib⁹ cedũt.¶ Chaõias co.In Epiro erãt primi chaões:a qb⁹ chaõia dicta ut ſcr.Pli.li.iiii.aliter Maro li.iii.Refert ãt Her.li.ii.Euterpe.ſ.gemĩas ex egypto colũbas euolaſſe:utrãq; nigrã : unã qdẽ in Aphricã:Alterã uero ĩ Dodonã epiri q̃ fago ĩſidẽs hũana uoce elocuta:ſic eo loco Iouis oraculum cõdi debere. Eã uero q̃ ad aphros abiiſſet colũbã iuſſiſſe aphris ut Ammõis oraculũ cõderẽt qđ oraculũ & ipm̃ Iouis erat. Refert demũ Her.ipe colũbas illas fuiſſe re uera fœmĩas ſacerdotes & ſororẽs a phœnicib⁹ his locis uẽditas &c.

¶ CHRI. Quo te mœ.pe.ruſticãus mod⁹ loquẽdi & paſtori uehemẽter q̃drãs:q̃uis utať expolitiõe.¶ O lycida:ñ uocãtis:ſđ dolẽtis ẽ.¶ O uiui.q.d.hãc calamitatẽ pſtitit diuturna uita.¶ Qđ nũq̃ ue.ſu.Vitiũ.n.hoĩum ẽ:ut oẽs ſibi fœlicitatẽ ꝓponãt:nũq̃ ad triſtia reſpiciãt.Quãobrẽ ĩpmeditati ſæpe opprimũť a calamitatib⁹: q̃ qdẽ q̃to magis ĩprouiſæ ſũt:tãto magis offẽdũt.Quapp Ci.i Tuſ.oñdit pturbatiões grauiores ẽt fieri cũ calamitates ĩpremeditatos nos ſubito ĩuadãt.Quapp graui⁹ urgebať Mœris q: hæc mala nõ puidiſſet.¶ Migrate.q.d.nõ reuerſuri diſcedite.Aliud.n.ẽ ſi dico:diſcedo hĩc:aliter ſi dico migro.Nã q diſcedite redibit fortaſſe paulopoſt. Qui ãt migrat eo cõſilio diſcedit:ut alibi ſit domiciliũ poſitur⁹.¶ Qua ſe:deſcri.Maro.pdii termĩos.¶ Fama ſ. ẽ pinde ac ſi dicat ueꝶ ẽ.Nã hoc differt a rũore fama.Quia rũor eſt eaꝶ reꝶ q̃ꝶ nulli⁹ ẽ cert⁹ auctor:ergo falſa res eẽ põt.Fama uero certos hẽt auctores:ergo res uera ut plurimũ.¶ Chaõias co.ſpẽm ꝑ genera ponit.Cæteꝶ Chaõia ps epiri ẽ:ĩ q̃ ẽ ſilua Dodona:hæc oraculũ hẽt dodonæi Iouis:qđ reſpõſa dat p colũbas.Ait ãt Hero. in Clio oraculũ oĩum q̃ ĩ græcia ſũt ãtiqſſimũ eẽ:& circa ſui prĩcipia unicũ.Addit pterea & hoc qđ ĩ dodona & il

Fama rumor

lud qđ ĩ lybia ẽ cõſtituiſſe duas ſacerdotes thebãi Iouis q̃ a phœnicib⁹ abactæ huc:altera illuc:altera ꝑuenerũt. Et hæ qdẽ ſacerdotes Iouis dicerẽ:ãtrũ ĩ loco dodõæi oraculũ notatũ eẽ.duas nigras colũbas ex egyptiaca thebe euolaſſe:& eaꝝ alterã ĩ lybia tẽplũ ãmõis ædificari iuſſiſſe.Alterã ĩ dodõa ſylua ſup fagũ ꝯſediſſe:uoceq̃ hũana locutã:illic Iouis oraculũ ꝯſtituẽdũ dixiſſe.Sacerdotũ uero eaꝝ q̃ ĩ dodõa fuerũt uetuſtiſſimã ꝓmẽiã uocatã eẽ ſecũdã Timereã:nouiſſimã nicãdrẽ.Veꝝ idẽ Her.ꝓori opiniõi aſſẽtiť neq̃ credit cõlũbas:ſed mulierẽs e thebão tẽplo uẽiſſe.Nec miꝝ qđ peliades.i.colũbas fuiſſe dicãt græci.Nã ãtiq̃ pelaſgoꝝ lĩgua mulierẽs peliadẽs dicebãť.

Quod niſi me quacunq; nouas incidere lites
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab Ilice Cornix:
Nec tu⁹ hic mœris nec uiuerẽt ipſe mẽalcas. Ly.
Heu cadit in quenq̃ tãtũ ſcelus? heu tua nobis
Pene ſimul tecum ſolatia rapta menalca? (bis
Quis cãeret nymphas? qs humũ florẽtib⁹ her
Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra?
Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper?
Cum te ad delitias ferres Amaryllida noſtras.
Tityre dũ redeo breuis eſt uia paſce capellas.
Et potum paſtas age Tityre & inter agendum
Occurſarẽ capro cornu ferit ille caueto. MOE.
Immo hæc quæ Varro nec dũ ꝑfecta canebat

¶SER. Quacũq;:q̃cũq; ſubaudi rõne:& bene augurii ꝑitiã dat ei de quo ſupra ait:His ego ſæpe lupũ fieri:& ſe cõdere ſiluis Mœrim:ſæpe aĩas imis exirẽ ſepulcris.¶ Nouas lit.magnas.i.militaria iurgia.¶ Ante ſiniſtra caua mõuiſſet ab ili.cor. Hoc ad augeralẽ ꝑtinet diſciplinã.Augures.n.deſignãt ſpatia lituo:& eis dãt noĩa:ut pria pars dicať antica:poſterior poſtica:itẽ dextra & ſiniſtra.Mõ ergo cornicẽ de nulla harũ parte uẽiſſe dicit:ſed ab antica ad ſiniſtrã partẽ uolaſſe:& ĩ caua ilice cõſediſſe:q̃ res agrorũ dãnũ ſignificabat.Ilex.n.grãdifera arbor ẽ q̃ q̃do uitioſa eſt: uitiũ poſſeſſiõis oñdit fore ꝑ milites clamore gaudẽtes & litibus:ſicut cornix ẽ.Nã hæc auis & clamore lætať:& alias frequẽter ĩuadit.Hoc ergo nũc dicit augurio ſe eẽ admonitũ:ut abſtineret ab occurſu litigioſi militis:q retẽturus fuerat poſſeſſionẽ.¶ Tuus mœris:tuus amicus.¶ Heu ca.in quẽq̃ tãtũ ſcelus? Poſtq̃ audiit occidi potuiſſe Virg.q̃ſi obſtupuit. Hoc generaliter dicit:põt ĩ quẽq̃ tãtũ ſcelus uenire:ut Virg. necare cõtẽdat?¶ Pene ſimel tecũ ſolatia rapta menalca:cũ ſuis.n.ſolatiis periit poeta:q nec dũ editis carminibus moriť: Virg.ãt illo tpe nõdũ aliqđ opus ſcripſerat:& dicẽdo ſolatia: latẽter tpa carpit Auguſti:q̃bus carmina nõ oblectamẽto fuere ſed ſolatio:qđ ĩfeliciũ eẽ cõſueuit.¶ Quis humũ florẽtibus herbis Spargeret:ſic eſt dictũ:ut Tũ phaethõtiadas muſco circũdat amaræ Corticis:atq; ſolo ꝓceras erigit alnos.¶ Fõtes ĩduceret umbra:tegeret:cooperiret.¶ Vel q̃ ſublegi tacitus tibi carmĩa nuꝑ:ruſtica affectiõe reminiſci ſe illoꝝ carminũ fingit: q̃ aliq̃do a Virg.licet ĩuito:Romã eũti abſtulerat:Nã ſublegi ẽ furatus ſum:Vnde & ſacrilegus diciť:q ſacra legit.i.furať. ¶ Delitias nr̃as.i.cõem materiã.¶ Tityre dũ redeo:breuis ẽ uia:paſce capellas:Theocriti ſunt uerſus : uerbũ ad uerbũ trãſlati:ſed tñ Virg.negociũ cõtinẽtes:Nã allegoricos ĩperat ſuis:ut rẽ tueanť:nec tñ audeãt cõtra Arii ꝓceptũ uenire. τι τυρ εμιν τον αλον πεφιλαμενε βοσκε τας αιγας καιποτι ταν κρανάν αγε τι τυρε και τον ενορχαν. τον λιβυκον κνακωνα φυλασσεο μητυ κορυχη. ¶ Inter agẽdũ:dũ agis:& honeſta locutio eſt:ſi dicamus:Intercœnãdũ hoc ſum locutus.¶ Nec dũ ꝑfecta:nimiæ familiaritatis ẽ ſignũ:ꝙ ei recitabat carmẽ nõdũ ad limã redactũ.Dicit aũt carmẽ:qđ q̃ſi cœperat ĩ honore Varri cõponere:& ꝑ trãſitũ ponit diuerſa ſchedia.¶ Supet mõ mãtua nobis:ſupſit reddať:& hoc dicit:Si nobis Mãtua fuerit reddita:faciã ut te celebrẽt oẽs poetæ.¶ Mãtuæ uæ miſeræ nimiũ uicina Cremõe:Bene ĩgemit mãtuanoꝝ infelicitatẽ:q̃bus ſola obfuit uicinitas cremonẽſiũ.Nã Caſſii Bruti & Antonii copias cremonẽſes ſuſceperũt.quos ẽt ipſos mire excuſat dicẽs:Miſeræ Cremõe:q̃ etiam ſi uellet minime tãtis copiis poſſet reſiſtere.¶ Nimium uicina.i.uſq; ad periculũ. ¶ANTO. Quacũq;:qũocũq;.¶ Nouas lites:Prob.ſcri.ꝙ ubi Maro amicoꝝ beneficio ꝓ metuerat:ut agros ſuos recipet:cõcitauit ĩ ſe ueterãos : adeo ut a Milieno Torone primipilari pene ſit ĩterfectus ni fugiſſet hĩc ait: Qđ niſi me &c.¶ Siniſtra:dixĩus ĩ Tityro cornicẽ a ſiniſtra facerẽ ratũ coruũ uero a dextera:ut refert Ci.ꝑꝑ cornicẽ igiť mõitus Maro ab lite abſtĩuit.¶ Fõtes ĩduceret.i.delectaret:ĩducere.n.q̃doq; delectare ſignificat : ut ẽt Nõius edocet.¶ Viridi umbra:plãtãdo.ſ.arbores iuxta.Põt & ꝑ hypallagẽ legi:ut dicat ꝙ ĩduceret uiridẽ umbrã fõtibus:Vel ſupple qs cãeret carmĩa &c.¶ Tityre dũ redeo:hæc carmĩa Menalcas amicã petiturus cecinerat q̃ poſtea Lycidas ei ſubiecit.¶ Occurſare ca.Theo.ait ĩ.iii.Tityrẽ laſciuas uirgultis paſce capellas.Poſt age muſcoſos fontis has tityre paſtas.Interea occurſarẽ capro:q uenerat oris Puniceo libycis cornu ferit ille caue.ĩmo hæc ĩmo potius qs ceciniſſet hæc carmina &c.¶ Ve miſe.i.ualde miſeræ ob amiſſos uidelicet agros.Væ ãt ꝑticula ĩ aliĩs uocabulis auget ĩ aliis minuit:hĩc uehemẽs & uegrãde dicĩus & ueſanos & uecordes.Gel.auc.ẽ.li.v.c.xii. ¶CHRI. Quod:ãt dicũť colũbas fuiſſe nigras:ẽ ut noteť mulieres ægyptias fuiſſe:Et ꝓfecto eũdẽ ritũ q in tẽplo thebãi Iouis ẽ ĩ dodoneo oraculo obſeruari affirmat.¶ Siniſtra:Eſt ĩ libris augurũ:Cornicẽ a ſiniſtra ꝑte auguriũ ratũ facere.Et Ci.de diuinatiõe ait.Aliĩs auib⁹ a dextra.Aliis a ſiniſtra datũ ẽ ut ratũ augurũ faciãt.Et alibi cur a dextra coruus a ſiniſtra cornix facit ratũ.Et Plau.ĩ Aſi.picus & cornix ẽ a leua:coru⁹ a dextra.¶ Ilice: glãdiferæ arbores maxĩe ſũt hæ:Robur:Quercus:Aeſculus:Ilex:Cerrus:Suber fagus.¶ Solatia r.nõ puto poetã uoluiſſe taxarẽ tpa Auguſti.Itaq; ſñiam credo eẽ hãc.Maxĩus mœror ꝓuẽiſſet ex morte Mẽalcæ.Sed tñ ſi carmĩa aliq̃ reliq̃ſſet:attuliſſent illa qdẽ ſolatiũ ĩ dolore:Nũc ãt qa extĩctus fuiſſet nullo relicto carmĩe nõ ſolũ Menalcas erept⁹ fuiſſet nobis.Ex q̃ re multus ſeq̃bať mœror ſed ẽt carmĩa q̃ ſolatio eẽ poſſet.¶ Heu ca.magna exaggeratio ſceleris cũ tm̃ putať ut ĩ nullũ caderẽ poſſe exiſtimeť.Auget deĩde duplici repetitiõe:heu & qs.Itẽ ĩterrogatiõe.¶ Tityre dũ re.Mirũ poete ĩgeniũ:ut aliẽa carmĩa ita ĩ ſuũ opus trãſferat:ut ſeruata ecloge lege:tñ qđ ad negociũ ſuũ ꝑtĩet allegoricæ ĩcludat.¶ Varo:ĩ honorẽ uarii.¶ Nec dũ ꝑf.nã ſi ꝑfecta fuiſſet ñ fuiſſet arrepta ſolatio.Et ut honorẽt Vaꝝ oñdit ꝙ ñ adhibuerat eũ auditorẽ ut uoluptatẽ capet:ſed iudicẽ ut errata corrigerẽt.

¶SER. Varre tuũ nomẽ:ordo eſt.Varre tuũ nomẽ ſublime ferẽt ad ſidera cãtantes cygni.i.poetæ.Sic Hora. de Pindaro:Muta dircæũ leuat aura cygnũ.¶ Sic tua cyrnæas fugiãt examina taxos:uenenata arbor eſt q̃ abũdat in Corſica.Hæc autẽ ĩſula græce Cyrne dr̃:Vnde fecit hãc deriuationẽ cyrnæas taxos: q̃bus paſtæ apes mel amariſſimũ faciũt.¶ Diſtẽtẽt ubera:plurimũ lactis reportẽt.¶ Me quoqꝫ dicũt uatẽ paſtores:magna uerecũdia ſuũ meritũ extenuat:nec.n.ait ꝓbãt:ſed dicũt.Nec docti:ſed paſtores:q̃bus tamẽ ipſe nõ credo.¶ Vario uideor: Varius poeta fuit:de hoc Horatius:Varius dicit molle atqꝫ facetũ.Itẽ ſcriberis Vario fortis & hoſtiũ uictor.Nã Varus dux fuit:cui ſupra blãdit̃.¶ Cinna digna : etiã Cinna poeta fuit optimus:q ſcripſit ſmyrnã : quẽ libellũ decẽ annis elimauit.¶ Sed argutos ĩter ſtrepere anſer olores.Argutos:canoros:ut Forte ſub arguta: & alludit ad Anſerẽ quẽdã Antonii poetã:q eius laudes ſcribebat:quẽ ob hoc ꝑ trãſitũ carpſit.De hoc ẽt Cicero in Phili.dicit:Ex agro falerno anſeres depellãtur.Ipſum.n.agrũ ei donarat Antonius.¶ Id quidẽ ago.i.ut carmen in memoriã poſſit redire.¶ Si ualeã meminiſſe:ut etiã in æneide diximus:ideo iſta iunxit tẽpora:q̃a defectiuũ uerbum eſt memini.¶ Huc ades o galatea:Theocriti uerſus ſunt.

ἐξενθοις γαλατεια και ἐξενθοι σα λαθοιο.

quibus ĩducit Cyclopẽ uſum cũ ĩ ſcopulo ſedẽs amicã ſuã Galateã de fluctibꝰ ĩuitaret ad terras.Cyclops .n.dr̃ nympham amaſſe Galateã:q̃ cũ quẽdã paſtorẽ amaret:& Polyphemũ ſperneret:ille iratus Acin necauit:q poſtea Galateæ miſeratiõe in fontẽ mutatus eſt:q hodieqꝫ latine acilius dr̃.¶ Quiſnã ludus in undis? & q̃ ſequũt̃ carmĩa.Ad maiorẽ terrarũ laudẽ dicit ĩ mari nullã eẽ uoluptatẽ.Nã hæc ẽ plẽa laus:q̃ cõtrariarũ rerũ cõtinet uitupationẽ.¶ Inſani fluctus.i.magni:ut inſano iuuat ĩdulger̃ dolori.¶ Pura ſub nocte:ſerena.¶ Numeros memini:metra rhythmos.

Varre tuũ nomen ſuꝑet modo Mantua nobis
Mantua uæ miſeræ nimium uicina Cremonæ
Cantãtes ſublime ferent ad ſidera Cygni.LY.
Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.
Sic Cythiſo paſtæ diſtentent ubera Vaccæ.
Incipe ſi quid habes:& me fecere poetam
Pierides ſunt & mihi carmina me quoqꝫ dñt
Vatem paſtores ſed non ego credulus illis.
Nã neqꝫ adhuc Vario uideor nec dicere Cina
Digna:ſꝫ argutos iter ſtreꝑe ãſer olores.MOe.
Id q̃dẽ ago & tacitus Lycida mecũ ipẽ uoluto
Si ualeã meminiſſe neqꝫ eſt ignobile carmen.
Huc ades o Galatea q̃s eſt nã ludus in undis?
Hĩc uer purpureum uarios hic flumina circũ
Fũdit humus flores hic cãdida Populus ãtro
Imminet & lentæ texunt umbracula uites.
Huc ades inſani feriãt ſine littora fluctus.LY.
Quid? quæ te pura ſolũ ſub nocte canentem
Audierã? nũeros memini ſi ũba tenerẽ.MOe.

¶ANTO. Suꝑet nobis:uiua ſuꝑſit ad noſtra cõmoda nõ aliena.¶ Cyrnæas:ĩ liguſtico mari eſt Corſica:quã græci Cyrnõ appellauere:ſed tuſco ꝓpior a ſeptentriõe in meridiẽ ꝓiecta Pli.ſcri.li.iii.Plura tamẽ meminit Diodo.li.vi.¶ Taxos:de taxo legito Pli.li.xxvi.¶ Cytiſo:uide ſuꝑius.¶ Cinna: Sueto.ẽt meminit in libello de grãmaticis:de Cinna poeta referens quoqꝫ hoc illius carmẽ.Sæcula ꝑmaneat noſtri doctrina Catonis Ser.addit illũ cõpoſuiſſe Smyrnã & Tranq.in dicto libello ſcri.Craſſitiũ cõmẽtario Smyrnæ edito adeo inclaruiſſe ut hæc de eo ſcriberent̃.Vni craſſitio ſe credere Smyrna ꝓbauit.¶ Id q̃dẽ ago:ut ĩcipiã.ſ.dixerat.n.¶ Licidas:incipe ſi q̃d hẽs.¶ Huc ades o galatea.Fuit hæc maris nympha nerei & Doridis filia a Cyclope Polyphẽo adamata:de quo late apud Oui.li.xiii.Vnde eam uocãs apud illũ ait.Iã mõ ceruleo nitidũ caput exere põto.Iã galatea ueni: nec munera deſpice noſtra: Theocritus aũt ecloga.vi.id oẽ prius deſcripſerat.Appianus aũt in lib.q illyrius ĩſcribitur ait e Polyphemo cyclope & galatea tres filios extitiſſe:Celtũ illyriũ & gallũ:eoſqꝫ ex Sicilia ꝓgreſſos Celtis & illyriis & galatis ab ipſis cognomen aſſumẽtibus ĩperitaſſe.¶ Inſani:furẽtes.¶ Quid? cur nõ memoras.¶ Numeros.i.rythmos teſte Fabio li.ix.Eſt aũt rythmus auctore Diome.uerſus imago modulata ſeruans numerum ſyllabarum poſitionem ſæpe ſublationemqꝫ continens.¶ Si:ideſt utinam.

Cyrnus ¶CHRI. Suꝑet:ſuꝑſit nõ deficiat:q̃d eẽt niſi reſtituerent̃ agri.¶ Cyrneas:cyrnum appellant græci inſulam quã latini & inſulã ipſi corſicam dicũt.De qua Diodo.& Strabo contraria ſcribunt:ſed de hoc alibi.Dicit aũt Diodo.illam abundare terebentina cæra & melle: & incolas paſci lacte & melle & carnibus:plurimas aũt tibi oriri taxos ex quibus mella amara ſunt.¶ Cytiſo:quã herbam diximus afferre copiã lactis.¶ Et me:& ꝓ ẽt:ergo me quoqꝫ ut pierides Tria dicit q̃ fecerũt illũ poetã pierides:ut ſit fides ab auctoribus.Nã ſolum muſe faciunt poetã.¶ Sunt &.m.ut oſtẽdat ab effectu ſe eſſe poetam.¶ Dicunt.u.p.Arguit a iudicio eoꝝ qui ſunt poetæ.Nam paſtores hic intelligit:qui nouerũt canere carmina:ut de Corydone & de Thyrſide dictũ eſt.Nec placet q̃d dicit Serui.¶ Paſtores.i.indocti.¶ Nam:in oꝑe bucolico paſtores ẽt doctos dicimus:ut Cur non mopſe boni.i.docti:ergo poetas.Quamobrem quãuis muſas magiſtras habuerim: quãuis carmina condiderim:q̃uis paſtorũ iudicio ꝓber poeta:tamẽ nolo labi nimia credulitate:cũ uideã me non poſſe æquare Varrum & Cin. poetas.Nec timere dixit credulus.Nam credulitas uidet̃ eſſe eoꝝ q ultra q̃ oportet credũt.¶ Hic.u.ꝑ colores floꝝ purpureũ ergo pulchꝝ.Nã ut aurũ dicimus pulchꝝ:& quoniã cætera excedat metalla:ſic purpureũ:quoniã purpura reliquos colores ſuꝑat.¶ Cãdida.p.quẽadmodũ illud.Et glauca canẽtia frõde ſalicta:ſic nũc dr̃ populus cãdidã:quoniã frõdes habet ex altera parte albas.¶ Texũt.u.Se in texẽdo faciũt umbracula.Sunt.n.umbracula tegumẽta:quæ faciunt umbras.¶ Vmbella:uero eſt quam manu geſtantes opponimus ſoli ut facies non lædatur radiis ſolaribus.Hac teneriores mulierculæ utuntur cum in ſole ſunt Iuue.En cui uiridem umbellam:cui ſuccina mittas.¶ Numeros:Concentum & modulationem:& ut græci dicunt rythmos.

Vmbella

¶SER. Daphni qd antiquos ſignorũ ſuſpicis ortus? Ecce dionæi ꝓceſſit cæſaris aſtrũ: Cũ Auguſtus Cæſar ludos funebres pr̃i celebraret die medio ſtella apparuit ille eã eẽ cõfirmauit parẽtis: Vnde ſunt uerſus iſti cõpo/ſiti. ¶ Dionæi autẽ lõge repetitũ ẽ a mr̃e Veneris Dione. Sane aſtrũ græce dixit: nam ſtella debuit dicere. ¶ Quo ſegetes gauderẽt frugibus: ad mẽſem alludit Iuliũ: q dictus ẽ ĩ honorẽ Cæſaris: quo & uuæ & frumẽta mature/ſcũt. ¶ Carpẽt tua poma nepotes: ac ſi diceret nihil eſt qđ poſſis timere: Nã illud reſpicit: qđ ſupra ĩuidioſe ait. Inſere nũc melibœe pyros: põe ordine uites. ¶ Oĩa fert ætas. i. aufert. Nã ĩtelligamus eũ ſubito obticuiſſe: nec quod

Daphni quid antiquos ſignorũ ſuſpicis ortus?
Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum
Aſtrum quo ſegetes gauderẽt frugibus & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.
Inſere Daphni Pyros: carpẽt tua põa nepotes.
Omnia fert ætas aĩum quoq;. ſæpe ego lõgos
Cantando puerum memini me condere Soles.
Nũc oblita mihi tot carmĩa. uox quoq; Mœri
Iam fugit ipſa Lupi Mœrin uidere priores.
Sed tñ iſta ſatis refert tibi ſæpe Mẽalcas. LY.
Cauſando noſtros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor & oẽs
Aſpice uentoſi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeo media eſt nobis uia nanq; ſepulcrũ
Incipit apparere Bianoris. hic ubi denſas
Agricolæ ſtringũt frõdes hic Mœri canamus.
Hic hædos deponere tamẽ ueniemus in urbẽ.
Aut ſi nox pluuiam ne colligat ante ueremur

cœperat ĩplere potuiſſe. ¶ Animũ quoq;: etiã memoriã. ¶ Lõgos Soles: æſtiuos dies finire: ut Tris adeo ĩcertos cæca caligine ſoles. ¶ Cõdere: finire: atq; ad occaſum ducere. ¶ Lupi mœrin uidere priores: Hoc ẽt phyſici cõfirmãt: qđ uoce deferat̃ is: quẽ prior uiderit lupus: Vnde etiã ꝓuerbiũ hoc natũ eſt: Lupus eſt ĩ fabula: quoties ſupuenit ille de quo loquunt̃: & nobis ſui p̃ſentia amputat facultatẽ loq̃ndi. ¶ Cauſando cãm nectẽdo differs nr̃a deſideria. ¶ Tibi ſtratũ ſilet æquor: In tuã gratiã: & hoc dicit: ut poſſis canere cũcta ſiluerũt: quod quidẽ ex Theocrito ſumptum eſt. τα δὲ νιν καλα κὺ ματα φαίνει ἀσυχα καχλαζοντα. ¶ Bianoris: hic eſt qui & Ocnus dictus eſt: de quo ait ĩ decimo: Fatidicæ mãtus & thuſci filius amnis cõditor Mãtuæ. Dictus eſt Bianor q̃ſi animo & corpore fortiſſimus ἀπὸ τῆς βίας καὶ ἀνορεῆς. ¶ Stringũt frondes: amputãt: decutiunt: Ipſe in geor. Sed tamẽ & quernas & grãdes tũc ſtrĩgere. t. ¶ Tamẽ ueniemus in urbẽ: etiã ſi paululũ q̃eſcẽtes dederim⁹ operã cantilenæ. ¶ Nox pluuiã ne colligat ante ueremur: Aer enim cum occaſu mutatur frequenter: qđ in æneide etiam ſæpius indicatur.

¶PRO. Dionæi. c. ſic uocata Venus: ſiue mater Veneris eſt: Diuũ Iulium ſignificat: quo ius capite in ſtatua ſtella addita eſt.

¶ANTO. Signorꝝ. i. ſyderꝝ: nã ut ſcribit Varro li. iii. Signa dicunt̃ eadẽ & ſydera ſigna uero ꝙ aliq̃d ſignificẽt: ut libra eq̃noctiũ: ſydera q̃ ĩſidũt. ¶ Dionæi cæſa. i. uenerei: ex Venere. n. ortus ẽ Aeneas: ĩde Aſcani⁹ a quo iulus: cui regni loco apud albã ſacra ẽ ptãs attributa atq; honor: cuius familia fuit maxĩa atq; clariſſima: oĩum auctor ẽ Diony. li. i. Ex eadẽ familia Iulius Cæſar eſt: uñ & maro ait. Iulius a magno demiſſũ nomẽ iulo: qđ nõ de Aſcanio ĩtelligẽdũ ẽ ſed de Iulo. Aſcanii filio: q magnus fuit q̃tũ ad ſacrã ptãtẽ & honorẽ ut oñdimus. Vtq; Ci. i li. de. na. de. ſcri. Ven⁹ tertia filia fuit Iouis & Diões. ¶ Cæſaris aſtrũ: Cæſar ĩ deorꝝ numerũ relatus ẽ. Siq̃dẽ ludis quos ei hæres Auguſtus edebat ſtella crinita p ſeptẽ cõtinuos dies fulſit: exoriẽs circa. xi. horã. Creditũq; ẽ aĩam eẽ Cæſaris in cælũ recepti: & hac de cauſa ſimulacro eius ĩ uertice ardebat̃ ſtella auctor ẽ Trãq̃l. ¶ Aſtrũ: de aſtro ſydere & ſtella legito Mac. li. i. de ſom. ¶ Gauderẽt frugibus: alluſio eſt ad Iuliũ mẽſem ĩ Iulii. Cæſaris honorẽ ſic appellatũ: cũ eẽt quĩtilis: eo ãt mẽſe & fruges maturæ ſunt: & matureſcunt. ¶ Proceſſit: apparuit. ¶ Segetes: de iis & frugibus in principio Georgi. uideto. ¶ Animum quoq;: mentem ipſam: ꝙ in ſenioribus apparet: hinc Iuue. ait ſat. x. Sed omni membrorum damno maior dementia: quæ nec nomina ſeruorum nec uultum agnoſcit amici Orbilio idem beneuentano: ut ſcrib. Tranquil. euenit. Nam uixit prope ad centeſimum ætatis annum amiſſa iampridem memoria: quod uerſus Bibaculi docet Orbilius ubi nam eſt litterarum obliuio. ¶ Condere: abſcondere. ¶ Longos ſo. tardius occidentes: hinc lon/ Orbili⁹
gos dies accipimus. ¶ Priores: de lupis uideto ecloga præcedenti. ¶ Cauſando: cauſas nectendo. ¶ Bianoris: is ali/ Bianoris
ter Ocnus dictus eſt filius autem Mantus fatidice qui a matris nomine Mantuam appellauit auctor eſt Virgil. li. x. dicẽs Ille etiã patriis agmẽ ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus & tuſci filius amnis. Qui muros matriſq; dedit tibi Mãtua nom̃. Dicit̃ aut Bianor a bia qđ ẽ uis ſeu uiolẽtia: & ἀνὴρ uir. ¶ Strigũt: excidũt: auctore Nonio.

¶CHRI. Dionæi: qui originẽ ducit ab ænea filio ueneris: cuius mater fuit Dione. Alibi referemus tres Veneres ſed hic tantũ dicam tertiam Venerem tertii Iouis & Dione filiam fuiſſe. ¶ Aſtrũ: Cometem intelligit: q Auguſto fauſtus apparuit in ludis funebribus iuliĩ Cæſaris quos celebrabat ueneri genitrici. De quo ipſe in quadã epiſtola. Apparuit ipſis meorum dierum ludis ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli qua ſub ſeptentrionibus eſt: id oriebatur circa undecimam horam: clarum ex omnibus terris conſpicuum fuit: eo ſydere credidere animam Cæſaris inter deos relatã: propterea id inſigne capiti ſtatuæ in foro poſitæ adiectũ eſt. ¶ Aĩum: memoriã. Nã memoriæ organũ ad ſiccitatẽ tẽdere oportet: uerũ ĩ ſene q̃uis humor naturalis defecerit & calor defectu pabuli quod eſt ſibi in humor extinctus ſit abũdat humor noxius: qui memoriam humefaciens corrumpit. ¶ Lupus: aut ſi ante uideat hominem q̃ ab illo uideatur: reddit eum raucũ. Vnde cũ aliq̃s loquentibus ſupuenit: cuius p̃ſentia illi tacere cogantur: ꝓuerbiũ eſt: Lupus eſt in fabula. Pli. de lupis ita ſcribit: Sed in Italia quoq; credit̃ luporũ uiſus eẽ noxius: uocemq;. hoĩs quẽ priores cõtemplentur adimere ad preſens. ¶ Pluuiam: Honeſtior: locutior eſt ueremur pluuiam ne nos colligat q̃ ſi dicas: ueremur ne nos pluuia colligat.

¶SER. Vſq; eamus:iugiter eamus:ſed cantantes.Ita enim minorem itineris ſentiemus laborem.¶ Hoc faſce leuabo:ſi cantátes inerimus:hædorum te onere ipſe leuabo.Ná faſcem ait onus:ſic in georgicis : Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit.¶ Deſine plura puer:ac ſi diceret nimii deſiderii es.¶ Quod nunc inſtat agamus:Nos cẽturionem placemus. Nam canere ocioſorum eſt.¶ Cum uenerit ipſe:uel Virgilius cuius aduentu ſperabat ſecuritatem : uel ipſe Auguſtus:qui actiacis bellis fuerat occupatus.

¶ANTO. Mĩus uia lædet:Comes facũdus in uia ꝑ uehiculo ẽ dicebat Publius:ut Gel.& Mac.ſcri.¶ Deſine plura:Lycidá arguit tãq̃ leuiũ uoluptatiſq; uanæ cupidũ.¶ Puer:& diaſtole figura ĩ er.¶ Inſtat:urget ĩmi net ut.ſ.nr̃oꝝ agroꝝ poſſeſſori hædos iſtos mittãus ueniæ gr̃ia.¶ Ipſe menalcas.i.Vir.ut agros recipiat.

do ſe putreſcit. ¶Depreſſo: ut altius infigatur. ¶Ingemere: de ui huius uerbi dicetur in primo ænei. ¶Sulco:
Dicitur ſulcus: quia inde ſubtulit terram uomere ex qua quidem proiecta porcam facit: ergo porca dicitur q;
ex proiecta terra fiat. ¶Vomer: autem dicit̃ a uomendo. Euomit. u. e ſulco terram ad porcam faciẽdam. ¶De/
mum: poſt longam & diligentem culturam. ¶Votis cupiditatibus: ut conſequens pro antecedenti: quia enĩ
aliquid cupimus uota: ut id aſſequimur concipimus. Magna ergo res eſt ut reſpondeat cupiditatibus cum per
ſæpe cupiamus maiora q̃ ſperemus. Sed maior: ut reſpondeat cupiditatibus auari in quo explebiles omni/
no ſunt cupiditates.

¶SER. Bis quæ ſolem bis frigora ſenſit: quæ bis & dierum calorem: & noctium ſenſerit frigora: per quod duplicem oſtēdit arationem uernalem: & autumnalem: nec enim ad tempora æſtatis: uel hyemis referre poſſumus: quod ait: Bis ſolem bis frigora: quia non ſunt in italia in uno anno duæ æſtates: & duæ hyemes: ſicut geometre dicunt eſſe in quadam parte Indiæ in inſula Taprobane. ⁋ Ruperunt horrea: plus eſt quā diceret impleuerunt. ⁋ Ac prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor: ideſt antequam faciamus ueruactum. Aequor autem modo terram accipe ab æqualitate dictam: unde & maria æquora dicuntur. ⁋ Ventos quia diuerſis locis diuerſi præualent uenti: & hoc dicit debes ſcire ager cui uento ſubiaceat. ⁋ Varium cæli prædiſcere morem: ideſt aeris. Lucretius: In hoc cælo q dicitur aer: & hoc dicit debes etiam cæli qualitatem noſſe: utrum pluuiis gaudeat: an tempore uel frigore. ⁋ Patrios cultus habituſq; locorum: duas res dicit. Sciendum eſt ager quemadmodum a maioribus cultus ſit: & quid melius ferre conſueuerit: nanque habitus locorum poſſibilitates accipimus. ⁋ Veniūt: creſcūt: ut Et pulchro ueniens in corpore uirtus. ⁋ Arborei fœtus alibi: ideſt poma. ⁋ Iniuſſa uireſcūt gramina: bene iniuſſa: nam fruméta iuſſa naſcuntur: unde eſt Atq; imperat aruis.

Agricolæ bis quæ Solem bis frigora ſenſit
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.
Ac prius ignotum ferro q̄ ſcindimus æquor
Ventos & uarium Cæli prædiſcere morem
Cura ſit ac patrios cultuſq; habituſq; locorum.
Et quid quæq; ferat regio & qd quæq; recuſet.
Hic Segetes, illic ueniunt felicius Vuæ.
Arborei fœtus alibi atq; iniuſſa uireſcunt

¶ANTO. Ventos: hoc dicit ne imbribus uentiſq; imminentibus opera inchoet agricola laboremque fruſtretur: ut Columella docet: & Plinius libro. xviii. capitulo quadrageſimonono inquit in boream ponito arbores uiteſq;: ſed hoc flante ne arato: frugem ne ſerito: ſemen ne iacito. ⁋ Varium cæli morem: idem Columella in prologo libro primo aperit inquit enim cæli & anni præſentis mores intueatur agricola ſcilicet neq; enim ſemper eundem uelut ex preſcripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem uultu uenit æſtas aut hyems: nec pluuium ſemper eſt uer. aut humidus autumnus. ⁋ Patrios cultus: Varro libro primo capitulo quinto. Agriculture inquit quatuor ſunt partes ſummæ: e quibus prima cognitio fundi parteſq; eius quales ſint: ſecunda quæ in eo fundo opus ſunt ac debeant eſſe culturæ cauſa: tertia quæ in eo eſt prædio colendi cauſa ſint faciunda: quarta quo: quicq; tempore in eo fundo fieri conueniat. ⁋ Habituſq; locorum. Varro libro primo capitulo ſexto ſcribit in terra eſſe diſſimili ui ac poteſtate: partes per multas: in quibus lapis marmor arena: puluis: creta: ignis carbunculus: ideſt quæ ſole perferuet ita ut radices ſatorum comburat: partim ſunt humidiores: partim aridiores: partim mediocres ſunt macræ: ſunt pingues. ⁋ Habitus: ideſt qualitates diciturq; habitus ab abendo aliquid. ⁋ Et quid quæq; ferat regio. Idem Varro libro primo capitulo ſexto ait non eadem ola in eodem agro recte præſente nam ut alius eſt ad uitem appoſitus: alius ad frumentum ſic de cæteris: alius ad aliam rem. Et capitulo uigeſimotertio inquit. Alia loca appoſita ſunt ad fœnum: alia ad frumentum: alia ad uinum: alia ad oleum. ⁋ Segetes: ideſt ſata. ⁋ Hic ſegetes illic &c. Plinius libro decimoſeptimo capitulo. iiii. inquit. Quippe non eadem terra arboribus conuenit & frugibus plerunq; nec puella qualem habet Campania: ubiq; optima uitibus: aut quæ tenues exhalat nebulas Virgilius & quæ fœlicem ferat non improbat uitibus. Clareoſum oleis ſolum aptiſſimum in Vena frano pinguiſſimum in betica: tanta eſt argumentorum & ſoli uarietas: ac differentia. Capite uero. v. ait idem: Fruges alit tophacea alba: proxima eſt ruffa. Et libro. xviii. Agri ipſius bonitas inquit: quibus argumentis iudicanda ſit ſubſignabimus Catonis maxime uerbis. Ebulū uel prunus ſylueſtris: uel rubus: bulbus: minutus trifolium: herba pratenſis: quercus ſylueſtris: pirus: maluſq; frumentarii ſoli notæ. ⁋ Veniunt: creſcunt. ⁋ Arborei fœtus: ideſt poma. De fœtu diximus in Bucoli. ⁋ Iniuſſa gra. frumenta enim iuſſa naſcuntur. Vnde eſt atq; imperat aruis.

¶CHRI. Bis ſo. b. fri. Nā & ſecūdo & tertio aratur per ſæpe terra. Nam dicunt proſcindere: cum primo arāt: deīde iterari cum iterum aratur. Tertio tertiari Pli. autem ait. quarto ſeri ſulco: hoc in loco exiſtimatur uoluiſſe cum de ſolæ æſtiuo: & frigoribus hibernis loquatur. ⁋ Loquitur: ergo etiam auctoritate Probi grāmatici de noualibus quæ in fine hyemis circa ueris initium proſcinduntur: ut æſtate proxima ſiccentur: deinde in introitu hyemis ſemente facta ſequēti æſtate reddit fructum. Ergo bis ſentit frigus: ſemel ante æſtatem: iterū poſt ſementē. ⁋ Bis ſo. ſemē æſtate qua ceſſat iterum quæ fructum refert. Vnde Columella dixit iugerum talis agri q̄tuor operis expeditur: nam commode proſcinditur duabus una teratur: tertiatur dodrante: in liram ſtatim redigitur quadrante opere: liras autem ruſtici uocant eaſdem & porcas: cum ita aratur: ut inter duos latius diſtātes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedem frumentis præbet: ab eo autem q aratri uomer ſubſtulit ſulcus dicit̄ fulant illos qui ex trāſuerſo ducunt̄ ampliores: ut per eos aqua ex agro deducatur. Elices uocant quia aquas ex agro eliciant. ⁋ Horrea: granaria ſunt: ideſt loca in quibus fruges conduntur: ſunt qui putent dicta ab horrore ariſtarum: nam priſci fruges in ſpicis ſeruabant. ⁋ Ventos: Nā multū intereſt cui uento expoſita ſit regio. ⁋ Morē: Quid ferre conſueuerit. ⁋ Hic ſegetes: repetit omnem agriculturam. ⁋ Gramina: Herbas ut ſit locus aptus paſcuis. ⁋ Tmolus: Mōs: de quo Strabo. Tmolus quidem ſatis coactus eſt: & ambitū medriocrē habens in ipſis Lydiæ partibus terminat̄. Lydiæ quoq; montē eſſe Pli. & Solinus aſſerit: Et Oui. de aragne: Riget arduus alto Tmolus in aſcenſu cliuoq; extēſus utroq; ſardibus hic illinc puis habitat̄ hipeppis. Sardes āt lydiæ urbē ponit Herodotus. Tmolū igit̄ Croco florentiſſimo Probus Solinus & Columella eē dicūt. Nec puto odores ad unū eſſe referendos ut multi ingenioſi uolunt.

¶SER. Non ne uides:argumētať q̄ſi hoc dicēs:ſi una prouīcia ferre nō pōt omnia:quāto magis unus ageř? ¶Vt tmolus:mōs ē ciliciæ in quo naſciť crocū p̄cipue:nā loca cōmemorat ubi plus prouēit: & melius aliquid: nā crocū & in africa naſcitur:ſed nō tale:nec tātum: uel q̄le in cilicia. ¶India mittit ebur:& in africa fuerunt ele/phātes:ſed meliores ī īdia:hīc eſt qđ ait Teren. Elephātis quē īdicis p̄fecerat.i.maximis. ¶Molles ſua tura ſabæi: ſabæi populi ſūt iuxta ſyriā & arabiā:dicti ſabæi ἀπο του σεβεσθαι:qđ apud eos tus naſciť quo deos placamus. Molles āt ideo ait:qđ ſub aere clemētiore ſunt:nam ut ait Luca. Quicqd ad eoos tractus mūdiq̄ tepore Labiť: emollit gētes clemētia cæli. Aut certe qa Alexander macedo diciť obſcenos oēs de exercitu ſuo ſegrega/tos illic cōdidiſſe:ſane tus mō ſine aſpiratione dicius nā antiqthus dicebāt ἀπο των θεων quod diſplicuit uel a θυω qđ eſt ſacrifico. Tura.n.a tūdendo dicta eē uoluerūt a glebis tuſis:cū qbus diciť fluens de arbo/ribus coaleſcere.

Gramina:non ne uides croceos ut tmol⁹ odores
India mittit Ebur molles ſua tura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum:uiroſaq̄ Pontus

¶At chalybes nudi ferum.populi ſunt apud quos naſciť ferrum:unde abuſiue diciť chalybs ip ſa materies:ut Vulnificuſq̄ chalybs:nudi āt aut apud quos arbores nō ſunt:aut uere nudi pp ferri cædēdi ſtudi um. Nā legimus Bronteſq̄ ſteropeſq̄ & nudus mēbra pyragmon. ¶Viroſaq̄ pontus caſtorea: Fibri canes ſunt pōtici:quorū teſtes apti ſunt medicaminibus:pp quos ubi ſe reqri ſenſerūt:eos ſecāt de his Cicero:Redimūt ſe/ca parte corporis pp quā maxime expetunť. Iuuenalis:Qui ſe eunuchū ipſe facit cupiēs euadere dāno Teſticuli. Caſtores autem a caſtrando dicti ſunt:uiroſa autem uenenata:nā licet ſint multis remedio:tamen prægnantes eorum odore abiiciunt:& eggerunt partem:& uiroſa dicta ab eo quod eſt uirus. Alii fortia accipiunt a uiribus.

¶PRO. Nonne uides croceos ut tmolus odores:India.m.e.m.ſ.t.ſ.at chalybes.n.f.u.q̄.p.c.e.p.e. ¶Tmolus ly diæ mōs eſt:quē nō idcirco nominat utiq̄ ꝙ ſolus crocū ferat:ſed ꝙ p̄cipue:peluſſiacā lentē dicit & ſicyoniā bac cā oliuā:nō ꝙ ſicyone tantū naſcanť:aut peluſii ſolū lentes:& India mittat ebur: ſed & africa. Sed maiores ſunt ī īdia elephāti. ¶Sabæi: natio eſt arabiæ:quos molles uitio ſermonis:qa parū uiriliter loquanť.dicit. ¶Chalybes natio pontica:in qua ſunt ferri fodinæ. Ibi autem a nudis ferum quæritur pontus fert & caſtorea: ſed non ſolus fibri enim teſtes hoc nomine appellantur quod animal quum etiam in aliis regionibus q̄ in ponto naſcatur: non tamen tanta eſt uis teſtium:quanta ponticorum fibrorum.

¶ANTO Non ne ui. Exemplo quod dixerat aperit:& loca narrat ubi plus ac melius aliquid prouēit. ¶Cro ceos odo. Plinius li.xxi.ſcri.ꝙ prima nobilitas cilicio croco ineſt:& ibi in Corico mōte dei Lycio monte olym/po Mox centum ripino Siciliæ aliqui phlegreo ſecundum locum debere: optimū ubicunq̄ quod pinguiſſi/mum & breuibus capillis. ¶Tmolus:Strabo lib.xiii.docet: quod Tmolus ſatis coactus eſt:& ambitum medio crem habens: & in ipſis Lydiæ partibus terminatur:imminetq̄ ſardibus urbi mons ipſe fœlix: a quo pacto/lus fluit:Is uero Tmolus appellabať:ut Pli.li.vi.ſcribit quod quidem Oui.quoq̄ li.vi.met. oſtendit. Deſeruere ſui nymphæ uineta Tmoli. At ſunt quidem qui contendunt hic legēdum eſſe:nymphæ uineta Tmoli: quod profecto abſurdum eſt. Plinius auctoritate. Eſt autem Vino Melle Croco per fertilis. Vnde Soli.ait de Lydia:& Tmolus Croco florentiſſimus. ¶India:ea maxima eſt ad orientem expoſita: de qua multa:Stra.lib.xv. Fauonii uero ſpū ſaluberrima eſt:bis in anno æſtatem habet:bis legit fruges:auctor eſt Soli. ¶Ebur:Plini.li.viii.ſcribit: Elephantes fert aphrica:ferunt æthiopes:ſed maximos india:arma habent quæ iuba cornua appellat Herodo tus melius dentes: hos deciduos caſu aliquo defodiunt:hoc ſolum ebur eſt q̄q̄ nuper oſſa etiam in lauinas ſecari cœpere penuria etenim rata amplitudo iam dentium præterq̄ ex india reperitur. ¶Moles ſua.t.ſa. Docet Pli.lib. xii.ꝙ tura præter arabiam nullis:ac ne arabiæ quidem uniuerſæ regio eorum turifera ſaba appellantur ſpectās ortus ſolis æſtiui. ¶Mol.ſa. Stra.li.xvi.docet:ꝙ Sabæi fœlicem arabiam incolunt quæ maxima natio eſt: apud hos & thus & myrrha & cynamomum naſcitur in ora etiam balſamum: habent præterea palmas odoratas: homines propter maximam fructuum copiam ocioſi ſegneſq̄ uiuunt: ſub rege ſunt: & ipſe tum etiam ſui in delitiis mulieribus uiuunt. Suppellectilem ex argento & auro multam habēt uaſa: lectos:tripodas:crateras: cū operculis domoſq̄ ſumptuoſas:nam & portæ & parietes tecta ex ebore auro & argento:lapidibuſq̄ incruſtatis ſunt diſtincta propter hos igitur mores & tantam rerum copiam:poeta molles ſabæos ait:ideſt ocioſos:ſegnes delicioſos. At probus inquit. Molles uitio ſermonis appellat:quia parum uiriliter loquantur. ¶Calybes: Iuſti/nus li.ulti.de Hiſpania loquens ſcribit:quod apud amphilocos. Galatiæ portionem: præcipue ferri materia: ſed aqua ipſa ferro uiolētior:quippe temperamento eius acrius redditur ferrum nec ullum apud eos telum ꝓ batur:quod non aut Byrbili fluuio:aut chalybe tingatur. Vnde etiā calybes fluuii huius finitimi appellati fer/roq̄ cæteros preſtare dicuntur. ¶Nudi:labore.ſ.ac ignis æſtu. ¶Viroſa:ideſt potentia: & multæ uirtutis ac uiri um: ut oſtendimus. Virus enim quandoq̄ pro naturali uirtute legitur:ut Nonius ſcri.& Pli.teſte:Virus dici/turq̄ græce pharmacon:ideſt medicina:hinc etiam Iuue.ait in ſat. Natali coruine die. Adeo medicatum intelli/git inguem. Virus præterea dicitur quod diſtillat ab īguine æquæ:quo tēpore agitať amoris furore: uel quod diſtillat a coeuntibus animalibus. Vir.li.iii.Geor. Hinc demum:hyppomanes uero qđ nomine dicūt:Paſtores lētum diſtillat ab inguine uirus:& Pli.li.xxviii.ca.xxi.ait:ꝙ uirus uerinū & ſcroffæ ex coitu exceptum priuſquā terrā attingat:cōtra.dolores ualet:potes ergo uiroſa intelligere etiam propter id:nam cū caſtorea ſint teſtes re cte uiroſa dici poſſunt. ¶Pontus:mēſura pōti ab boſphoro ad meotidis lacū ꝓtendiť:ut docet Plinius libro.vi.

Marginal notes: Tmol⁹ — India — Saba ſabæi — Chalibes

¶CHRI. Calybes:populi ſunt in ponto apud quos uel nobile ferum:eſt uel plurimum ibi repertum. ¶Nu di:uel inculti:uel quia inferri fodiens nudi ferrum querunt. ¶Ferum:a feriendo dictum nonnulli credunt. Sua enim ſæuitia feriendo domat reliqua metalla attenuat & extendit. Ariſtoteles ait illud gigni ex argento uiuo & ſulphure groſſo non puro. In cuius comixtione plus eſt de ſulphure q̄ de argento. Quapropter quia domi/

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

natur illi frigidum & ſiccum terreum ferrum frigidum & ſiccum : & ualde durum & compactum. Et ideo
difficile in igne mollitur: quia minus in ſe habet aeri magis q̄ reliqua metalla Rubigine roditur ꝙ illi accidit
pro ſuæ ſubſtantiæ impuritate. Nullius tamen rei rubigine quā ſanguinis exceditur ut uideatur ſanguis hu/
manus illo pacto ſe ulciſci. Caret tamen rubigine ſi ceruſa aut medulla ceruina ungatur. Viroſa : Ambiguū
an uiroſa caſtorea: an uiroſa pontus. Nam pontus uiroſa quaſi uenenoſa dici poteſt: quoniam teſte hoc eodem
poeta uenenis abundat : ut in bucolicis: has herbas atq; hæc ponto mihi læta uenena. Ipſe dedit meris: naſcun/
tur plurima ponto.

Caſtorea Eliadum palmas Epeiros equarum.

¶SER. Eliadū palmas epirus equarū: hyppalage
eſt nam hoc dicit epiros creat equas optimas: q̄ apud
Elidē: palmas merent in Iouis olympici curruli cer/
tamīe. Sane epiros græce ꝓfert: unde etiā e habet ac/
centum. Nam ſi latinum eſſet epirus epiri: pi haberet: quia longa eſt. Nec mireris equas currere. Nam ut dicit
Plinius ueloiores ſunt: ideo quod in curſu urinam faciunt.

¶PRO. Eliadū palmas epeiros .a. Copioſiſſimam eſſe palmis epirum ſignificat: nec tantum ſolum eas fer/
re dicit : enim & idumeas. Quæri ſolet quare equarum potius quam equorum dicat : ipſe rationem conſilii
ſui explicat quum ait in libro tertio Seu quis olympiace. m. p. p. paſcit. e. ſ. q. fortis ad. a. i. corpora præcipue ma/
trum legat.

¶ANTO. Caſtorea: Plinius libro octauo: item libro trigeſimoſecundo docet : ꝙ in terris & in aqua uictus
eſt fibris: quos caſtores uocant: & caſtorea teſtes eorum: quos ſibiipſi amputant periculo urgente: ob hoc ſe pe/
ti ignari : efficaciſſimi autem e ponto galatiæ: mox aphricæ: ſternutamenta olfatu mouent : ſomnum concili/
ant cum roſaceo puncto capite: medentur & uertigini neruorum uitiis : ſic & contra comitiales ſumpti : poti
uero contra inflammationes tormina uenena aduerſus ſe orpiones ex uino bibuntur: aduerſus aconitum ex
lacte aut aqua: claritatem uiſus faciunt eum melle attico iniuncti : cohibent ſingultus ex aceto. Solinus uero
ſic ait per uniuerſum pontum fiber plurimus : quem alio uocabulo dicunt caſtorem : teſticuli eius appetun/
tur in uſum medularum. Eliadum: equarum. Elis ut Plinius ſcribit libro quarto urbs fuit Acaiæ per agrū
uero Eleum ut ſcribit. Strabo libro octauo. Alpheus amnis perlabitur: apud quem olympicorum ludorum
certamen agebatur gymnicum : atq; equeſtre teſte Herodoto libro octauo ubi præmium erat oleagina coro
na qua donarentur: non enim pecuniarum certamen agitabant ſed uirtutis: id autem hercules inſtituerat. Sed
Palma hæc omnia latius per nos habentur ode prima Horatii. Palmas : eliadum equarum : ideſt equas aliarum ui/
ctrices apud Elidem. Probus autem ait ꝙ poeta copioſiſſimum eſſe palmis epirum ſignificat: quod aliter oſtē/
dit ipſe Maro. libro tertio Geor. dicens: Quamuis ſæpe fuga uerſos ille egerit hoſtis : Et patriam Epirum re/
ferat fortiſq; mycenas. Palmas: Palma arbor eſt: de qua multa Pli. ſed propterea inquit Plutar. in certamini/
bus palmū ſignū eſſe placuit uictoriæ: quoniam ingenium huiuſmodi ligni eſt: ut urgentibus præmentibuſq;
non cedat: plura ſcri. Gel. li. iii. cap. vi. Ex piros ea ut Pli. li. iiii. docet eſt in tertio Europæ ſinu: atq; acroceraunis
incipiens montibus ad magneſiam macedoniamq; tendit.

¶CHRI. Caſtorea: Caſtor quem alii canem ponticum alii fibrum appellant eſt quadrupes fluuiatilis : parū
differt a lutra. Nam Ariſtoteles in libro de animalibus ponit fibrum: ſaterium ſatyrium: lutrem: & latacem pe
ne in eodem genere latacemq; dicit lutra latriorem & dentes habere adeo robuſtos ut uirgulta illis ut ferro pre
cidat. Hūc ait albertus poſteriores pedes habere anſenrinos q̄bus facilius natet: anteriores autem caninos quo/
niam humi quoq; gradiantur: Vulgo traditur ꝙ ſeipſos caſtrent id admonente natura cum propter teſtes plu/
rimis medicamentis apros uenatores illum inſectentur. Aiunt præterea fel ſuum euomere : cum id cognoſcat
ad multa medicamenta utile: Item coagulum ad comitiales morbos. Albertus negat poſſe caſtrari ſine pernice
quia teſtes ſpinæ alligati ſint. Si quem quā morſu deprehendit non antea admittit q̄ crepitantis oſſis ſtrepitum
ſenſerit Dentibus uirgulta cedit domūq; ſibi in fluminum ripis duabus aut tribus contignationibus extollit
ut pro incremento decrementoq; aquarum aſcendat deſcendat ue. Peregrinos caſtores in ſeruitutem redigit il
liſq; pro iumentis ad conuectandam materiam & cibaria utitur : ueſcitur piſce pomiſq; & arborum cortice:
Eius pellis nota eſt: & in præcio habetur: Noſtri galeros inde conficiunt. Barbari autem illi apud quos hoc ani
Beuer mal naſcitur beuer appellant: ſimiles lutris ſunt : ſed paulo maiores. Sunt uentricoſi & breuioribus cruribus
proptereaque currere haud facile poſſunt. Caudam pluſquam pedalem habeant ſine pilis piſcium pelle te/
cta : apprime pinguis & eſui ſuauis : ſale etiam conditas condunt. Cætere eius carne abhominabiles : neq;
eſt qui illis ueſcantur. Medicamentum quod inde caſtoreum uocant : declinet ad colorem nigri ſanguinis.
Nam ſi uarium eſt declinans ad nigredinem uenenum eſt : & uel interfecit eodem die uel ad malam ducit
ægritudinem. Quando bonum eſt calidum & ſiccum ſubtiliſſimæ exicationis confert neruis & paraliti/
Elis cis : ualet ad fœtum & ad ſecundum eiiciendam. Eliadum : Elis urbs erat ſub olympo : ubi indi ageban/
tur poſt finem quarti cuiuſque anni a monte ipſo olympici dicti. Epiros : Laudat Epirum uehementer
Ariſtoteles in libro de animali. dicit ꝙ omnes quadrupedes illam magnas ferro excepto aſino. Epiroticas au/
tem uaccas per ſingulas præ ſua præcipua magnitudine amphoras ſingulas implere atq; erectum qui mulget
ſtare quoniam ſedendo non queat ubera attingere. Neque id mirandum : Nam cum opus largiore paſtu gra/
dioribus ſit ſcribit hanc terram illuc abunde ferre: & eſſe ibi excellētes oues quæ pyrrhicæ a Pyrro rege cogno
minentur. De epiro dicemus in tertio li. æne. Epirus noſtro tempore albania dicitur. Equarum: Nam ut re
liquas quadrupedes ſic equos præſtantes gerit.

¶SER. Cõtinuo has leges:iugiter in æternũ ad perpetuum:ſicut ſequentia indicãt. Nam dicturus eſt: Aeternaq; fœdera mundi. ¶Deucalion lapides uacuum iactauit in orbẽ:Iã tranſit ad fabulam:& poetice dicit: iſta tũ primum ſtatuta quæ ab initio mundi conſtat fuiſſe. ¶Vnde homines nati durum genus: expreſſit τοαιτιον.i. cauſatiuum:nam & græce populi λαοι dicuntur a lapidibus. λααι enim lapides dicuntur. ¶Ergo age pingue ſolum:iam reddit ad cauſam. ¶Primis a menſibus anni: hoc eſt quod dixit uere nouo. ¶Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas:quæ glebas ſoluit in puluerem:& reddit cauſam cur hoc debeat fieri:maturis autem ſolibus eſt uehementer feruidis magnis. ¶Sub ipſum arcturũ:ideſt autumnali tempore:quo arcturus oritur. Et ſciendũ quia ſub præpoſitio quando tempus ſignificat accuſatiuo gaudet:ut hoc loco ſub arcturũ ideſt circa arcturũ. Item aut ubi ſub lucẽ denſa inter nubila ſeſe:& ſub lucem exportant calathis.

Continuo has leges æternaq; fœdera certis
Impoſuit Natura locis quo tempore primum
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem.
Vnde hoies nati durum genus. Ergo age terræ
Pingue ſolum primis extẽplo a menſibus anni
Fortes inuertant Tauri glebaſq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas.
At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum

¶PRO Cõtiuo has leges æternaq;.f.c.i.n.l.q.t.p.d.l.i.in orbẽ. Vnde homines durũ nati genus Deucalion a putãt ꝓmethei fuiſſe filiũ:& habuiſſe ĩ matrimonio ſororẽ patruelẽ Pyrrhã Epimethei filiã his tẽporibus: quibus ira Iouis ĩundata græcia cathaclyſmo perdidit hũanũ genus:q quom perlati eſſent in mõtem parnaſum:quo uis tãtũ duo uertices eminebãt & ibi eſſet oraculũ Themidos:intrauerũt adorãtes quẽadmodũ poſſent reſtitui homines: qbus reſpõſum eſt iactanda his eẽ parentis magnæ oſſa poſt terga diſcinctis:capitibuſq; uelatis:interpretati autẽ quũ eſſent terrã parentẽ:oſſa eius lapides:iecerũt poſt ſe:ex qbus hoĩum genus renatum eſt:quoius etiam. Ouidius meminit: quũ ait:Inde genus durũ ſumus:experienſq; laborum:Et documẽta damus qua ſimus origine nati: at ſi non fuerit tellus.fe.i.arcturũ.t.ſ.c.ſ.ſ. Arcturus eſt ſtella in cauda maioris urſæ: quam græci helicen uocant: dicta a cauda & urſa. Arctos enim græce:urſa dicitur:cauda ura:quoius ortu hyems incipit.

¶ANTO. Has le.lex eſt ratio ſumma inſita in natura:quæ iubet ea quæ facienda ſunt: prohibetq; contraria Tul.libro primo de legibus. ¶Fœdera:fœdus appellatum:quia ĩter fœdera interponebatur fides:ut ait Feſtus. ¶Natura:ea ut aiunt dicta eſt ab eo ꝙ aliquid naſci faciat:gignendi enim & faciendi potens eſt. Eſt igitur natura creatura omnium etiam inuiſibilium rerum. Vnde Lucretius libro primo ait:Diſſerere ĩcipiam & rerum primordia pandam. Vnde omnis nam creet res:aucte:alatq;. Sed de natura latius in Sileno diximus. ¶Deucalion:Quæ conſtant a mundi initio ſtatuta fuiſſe:poetice & fabuloſe hoc loco narrãtur. Sed de deucalione latius & plene diximus in Sileno. ¶Ergo age terræ:Ad cauſam reuertitur docendo quid faciat lætas ſegetes ut prædixerat. ¶Pingue ſolum:Palladius libro ſecundo de menſe Ianuario ait. Pingues & ſicci agri proſcindi & apparari iam preſente & libro tertio de Februario ĩquit locis tepidis aut ſi clemẽs tempus & ſiccum fuerit: colles pingues uel hoc menſe proſcinde:& libro ſexto de menſe Maii ſcribit. Nunc quoq; pĩgues agri & herboſi proſcindantur:& libro ſemptimo de menſe Iunii inquit. Nunc frigidiſſimis locis quæ maiora ſunt prætermiſſa faciemus agros æq; proſcindemus. Columella ſcribit libro duodecimo capitulo ſecundo ꝙ idibus Ianuariis quod habet tempus inter brumam & aduentum Fauonii:ſiccos & pingues agros tempeſtiuum eſt proſcindere. Paulo inferius inquit:ꝙ ab æquinoctio uerno optime uliginoſa & pinguia loca proſcinduntur. Ad quæ menſe Ianuario ueruacta:facinus nunc ultima parte Martii ſunt iterãda:poſtea docet ꝙ circa ſextum Idus iulias optime iteratur proſciſſum ueruactum. ¶Primis a mẽſibus anni. Ianuarium & Februarium intelligit qui primi menſes anni Nume Pompilii fuerunt:de quo aperte loquitur Col. ut oſtendimus ibi Vere nouo Gelidus. Plinius ẽt li.xviii.ca.xxxii.inquit. Tepedioribus locis a bruma proſcindi arua oportet: a frigidioribus ab æquinoctio uerno:& maturius ſicca regiõe ꝗ humida maturius denſa terra ꝗ ſoluta pingui ꝗ macra altum & graue ſolum etiã hyeme moueri placet. ¶Glebaſq; ia. Cauſam aperit quare id fieri debeat:ut calor ĩ puluerem Glebas diſſoluat. Solis.n.ardore ſiccat̃ liquor:& cuncta torrenturq; ſorbentur:quod Plinius libro ſecundo docet:quum uero ꝓſcinduntur arua:hoc utilitatis habent:ꝙ inuerſo ceſpite herbarum radices necantur:ꝙ idem libro decimooctauo edocuit. ¶Maturis ſolibus:ideſt ardẽtibus eſt enim a põis methaphora:nam ſoles maturi dici preſente quũ ferueſcere cœperint. ¶At ſi nõ fuerit tellus fœcũda. Pli.li.xviiii.ca.xxxii.inqt:ꝙ tenue ualde & aridũ ſolũ paulo ante ſationis tẽpus moueri debet. Columella uero li.ii.ca.iiii.docet ꝙ graciles cliui nõ ſunt æſtate arandi:ſed circa ſeptembris kal.cũ ſi ante hoc tẽpus ꝓſcindit̃:effœta & ſine ſucco humus:æſtiuo ſole peruritur. ¶Sub.i.circa.

¶CHRI. Continuo:Statim a primordio ſuo. ¶Deucalion: Vt philoſophus dixit ſtatim a mundi principio has leges impoſitas eſſe a natura. Sed ut poeta fabuloſum ponit principium mundi. Deucalionis autem diluuium non fuit uniuerſale ut diluuium Noe. Fuit autem: ut ait Varro regnante Crimao Cecropis ſucceſſore: ut Euſebius: & Hieronymus nondum defuncto Cecrope. Dictum autem Deucalionis quoniam maxime eius regionem oppreſſit ad ægyptum autem & eius uicinia non peruenit. Factum eſt anno mũdi ſeptimo ſupra tria milia & ſexcentos ac ſeptuaginta cum uniuerſale diluuium quod fuerit tẽpore Noe fuerit anno.xlii.ſupra duo milia ac ducentos. Dictus eſt autem Deucalion lapides in homines conuertiſſe:quia qui ex diluuio ſuperfuerãt timentes iterum diluuiũ ſe in montibus continebant aſpero & ferino modo uiuentes. At ille uerbis paulatim emolliuit:& in planum deducens ad mitiorem & humanum cultum traduxit. Deucalionis autem filium fuiſſe ducunt Hellenem a quo græci hellenes ſunt dicti. Theſſaliæ autem imperaſſe Deucalionem refert̃. ¶Iacentes:inertes:Nam qui iacent homines inertiam quandam in ſe eſſe oſtendunt.

Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.
Illic officiant lætis ne frugibus herbæ
Hic ſterilé exiguus ne deſerat humor arenam
Alternis idem tonſas ceſſare nouales
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Aut ibi flaua ſeres mutato ſidere farra
Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen:

¶SER. Sulco.i.aratiõe:aliter arcturus qui & arctophylax:ideſt bootes poſt urſæ caudam locatus: quem alii arcadé fuiſſe caliſtonis & Iouis filium:quia cum matrem in figura urſæ ira Iunonis transfiguratam uellet occidere ambos a ioue in cælum eſſe tranſlatos:ille arcturus illa Elice dicta:alii Iacarum hunc uolunt eſſe:qui a paſtoribus:quos uino tunc primũ reperto ebrios fecerat uelut dato ueneno fuerat occiſus:acturus autem ꝙ poſt caudam urſæ locatus ſit:αρκτος.n.urſa:χαιουρα cauda:bootes ꝙ boues cum plauſtro agat dictus eſt: oritur autem idem arcturus ante.xv.kal.octobris:atq; ex íde pluuiæ ícipiũt:qđ ipſe aperuit dicẽdo:Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam:acturum auté pluuiarum & tempeſtatum eſſe auctorem & Plautus oſtendit in rudente cum eundem ipſum dicentem facit:Increpuit hybernũ & fluctus moui maritimos.¶Illic: in terra pingui.¶Hic:in ſterili:í tenui:& í fœcũda: & ut ſupra diximus: oía p̃cepta q̃ cõmemorat ad illud pertinẽt quod ait:Quid faciat lætas ſegetes.¶Arená: aridá terrá quæ eſt ſicut arena.¶Alternis.i.alternatí: idem.ſ.agricola.¶Tonſas nouales:agros meſſos:dicimus auté & has nouales:& hæc noualia: ꝓprie nouales ſunt primũ arua proſciſſa:& primum ſegetem ferétia.¶Patiere: ꝓpatieris.¶Situ dureſcere campum:ut redeat in uires priores. Sane ſciendũ & Ciceroné in dialogis:& cæteros philoſophos tractare non quid debeat fieri:ſed qd potiſſimũ fieri:quá ré nunc Virgilius ſequitur:nam quom dicat multa remedia agrogrũ recreandorum: ponit præ oíbus intermiſſioné: Vnde eam rem frequenter iterat.¶Aut ibi flaua ſeres mutato ſidere farra:ſi te terrarum cogit anguſtia: & non habes ubi intermiſſo agro rurſus ſeras:ibi frumenta ſeras:unde legumina ſuſtuliſti: aut ſi tibi é opus fruméto:ſtercora ſparge: & cinerem:uel ícẽde ſtipulas.¶Sidere:mõ anno.¶Far.n.genus eſt frumenti optimi: dr̃ fruḿetũ a frumine qđ eſt gulæ ꝓminens pars.¶Lætũ legumé:fertile:& lætus ꝓut res fuerit accipimus: ut lætus hõ.i.hilaris:lætũ pecus.i.pingue lætũ legumen ut diximus fertile:& ſic in reliqs.¶Siliqua: theca leguminis.¶Quaſſante.i.q̃ſſa.& legumen dicitur ꝙ manu legatur:nec ſectionem requirat: frumenta uero ſunt omnia quæ ex ſe emittunt ariſtas:nam quod ſupra ait: farra frumenta accipimus:ſpecies eſt enim pro genere.

¶PRO. Hic ſterilé ex.n.d.arená:Quidá aſpirát arenam quia hæreat:quoi f digammon adiunctũ eſt:qđ etiá hauriat hoc eſt in ſe receptũ humorem trahit:huius hanc eſſe naturam teſtať Virgilius dicens:Collectũ humorem bibula deducit arena.Bibula enim quia bibat dicitur.¶Aut ibi flaua ſeres.m.ſ.ſ.unde.p.l.ſ.q.leg.aut tenues ſ.uitiæ.t.q.l.ſ.fragiles.c.ſ.q.ſ. Putant nõ minus eſſe utilem ad ſationé farris agrũ:ex quo alius fructus ſublatus ſit q̃ eũ:qui uitibꝰ ceſſat:Lethæo pfuſa papauera ſomno:lethæũ ſomnũ dicit eo ꝙ excutiat memoriá ſopitis. lethe eſt.n.obliuio.Papauer autem: quod in ſegete naſciť facit ſomnum: nullo ſe tantum myſia cultu Ia.&.i.ſ.m.gargara.mi myſia natio eſt coniuncta barbaris contingens adriaticum ſinum: ſed & altera huius nominis terra iuncta troadi:aliquando ſubiecta regi Thelepho:& ante Theutranti.

Arctu/rus ¶ANTO. Arctur:Arcturꝰ:ut Pli.ſcri.li.ii.ca.xlix.exoriť.xi.diebꝰ añ æqnoctiũ autũni. Eſt át æqnoctiũ uer. .viii.kal.Aprilis:ut docet Col.li.xii.c.ii.Autũnale æqnoctiũ.vii.kal.Octobris.i.die Sept.xxiiii.orieť ergo Arcturꝰ
Aeqno/ctium die Septẽb.xiii.Arcturꝰ át ſtella é:q̃ urſæ cauda íterp̃tať:é.n.í cauda maioris urſæ locata q̃ Bootes í zona hẽre diciť clarꝰ cæteris lucẽté:auctoř Iginio.¶Suſpẽdere:ſurſũ agere.¶Illic:í pígui ſolo.¶Hic: í ſolo nõ pígui.¶Sterilé:arená ífœcũdá & aridá terrá.¶Alternis:uiciſſim.¶Tõſas nouales:meſſos agros.De noualibꝰ uideto í Tityro.
Situs ¶Segné:ífœcũdũ.¶Situ dureſceř:ut uires accipiat.Sitꝰ át ꝓprie diciť lãugo q̃dá hũore ꝓueniẽs: fit át í ſolis ſole carẽtibꝰ.¶Situ ergo.i.ſordibꝰ & ſq̃lore quodá:q̃lis ítra opaca domus q̃ diu nõ re purgať eẽ ſolet.Vñ.M.Fabius íqt:Excitáda mẽs & attollẽda ſemp̱ é:q̃ í hmõi ſecretis aut lãgueſcit:& quẽdá uelut í opaco ſitũ ducit:aut &c.Poniť ét ꝓ loci q̃litate:ut de ſitu urbis &c.¶Aut ibi flaua ceres mutato ſydere farra.Pli.li.xviii.ca.xxxvi.íqt. Si fuerit illa terra:quá appellauimus tenerá:poterit ſublato hordeo miliũ ſeri.eo cõdito raphãus: iis ſublatis hordeũ uel titicũ.Alius ordo:ut ibi adoreũ fuerit:ceſſet q̃tuor menſibus hibernis: & uerná fabam recipiat: frumẽtũ q/
Far dá ſeri uetãt niſi í ea q̃ ꝓximo anno qeuerit.¶Sydere:anno.¶Farra:far adoreũ ueteres appellauere:eſtq; ex oí genere duriſſimũ:& contra hyemes firmiſſimũ patiť frigidiſſimos locos:& minus ſubactos: primus antiquis la/
Flauus Color tio cibus.Pli.libro.xviii.c.viii.¶Flaua:flauus color ex uiridi ruffo:& albo cõcretus.Ge.li.ii.ca.xxvi.¶Lætum:fertile.¶Siliqua:leguminũ folliculus dicitur:proprie tamen cuiuſdam arboris fructus longus latuſq; etiá: de qua
Siliqua arbore Plinius libro.xiii.meminit.¶Quaſſante:concutiente legumen ipſum maturum & ſiccum.

¶CHRI. Arcturũ: arcturus q & boetes diciť cuſtos paluſtri eo qđ paluſtr ſeqť.i.ſeptẽtriones:& q̃ſi ſuccin/
Arcas ctus ſit ſeptẽtrionibus arcas fuit Caliſtros & Iouis filius a quo arcadia nomíata.Hic a lycaone pelaſgi filio epulãdũ Ioui poſitus é cũ an deꝰ eẽt tẽtare uellet at ad Iupiter Lycaõis domũ:ubi Trapetos deíde urbs fulmine ícẽdit & huiꝰ mẽbra reſtituit:& caprario qdé nutriẽdũ dedit.Ver.cũ factus adoleſcẽs íſcius mr̃i uí íferre pararet. Incoleq; lycæi utrũq; íterficere pararent.Iupiter ambos eodẽ geſtu quo erát aſtris ítulit illa urſæ natura ille impetũ faciẽs:qué Hom.Booté appellat:ſignũ hoc cõſtat ex.xiiii.ſtellis.Ná hẽt í dextera q̃tuor q̃ nõ occidũt:í capite clará uná í ſingulis hũeris ſingulas.In ſingulis máibꝰ claras ſingulas.In mãmilla dextra obſcurá uná. In dextro cubito clará uná.Inter genua utraq; clará & magná uná q̃ é arcturus.Inter ſingulis pedibꝰ ſingulas.¶Segné: Ni
Segnis hil producenté quia non ſeres.Tranſlatio ab homine nihil operante. Segnis: dicitur ſine igne. Quoniá quorũ
Siliqua ſanguis frigidior é illi & corpore & aío hebeſcũt.¶Situ:Videbis í ſexto.¶Siliqua: Proprie eſt q̃ arabice carnub diciť.Vnde quidam latinorum carnubiam dixerũt.Græce xilocerata.i.lignea cornua. Huius ſemen dr̃ kirath.

¶SER. Aut tenues fœtus uiciæ:Mire ait tenuis:nã uicia uix ad triplicem peruenit fructum:quum alia legu
mina prouentum habeant feliciſſimum & fertilem.¶Triſtiſq; lupini Suſtuleris fragiles calamos ſiluamq; ſo/
nantem:amari:nam incoctus amarus eſt.¶Vrit enim lini campum ſeges:bene excerpſit linum : auenas : papa/
uer:& dicit poſt hæc frumenta ſerenda non eſſe:nam licet manu legantur:& ſint inter legumina:uiribus tamẽ
frumentis exæquantur.¶Læthæo perfuſa papauera ſomno : plena obliuionis:nam Ceres Ioue admonente di/
citur cibo papaueris orbitatis oblita:& re uera papauer gignit ſoporem.¶Alternis facilis labor: redit rurſus ad

Aut tenues fœtus Viciæ triſtiſq; Lupini
Suſtuleris fragiles calamos ſiluamq; ſonantẽ.
Vrit enim Lini campum ſeges urit Auenæ.
Vrunt Læthæo perfuſa papauera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola neue
Effœtos cinerem ĩmundum iactare per agros.

præceptum : quod ſcit eſſe præcipuum : ideſt ad in/
termiſſionem :alternis intermiſſis:ſubaudi agris:fa/
cilis:utilis.¶Ne ſaturare: recreare pro reparare.¶Pi/
gui fimo:uel humido : uel fertili.¶Effœtos:ꝑ agros
continua fertilitate laſſatos: ſicut & frequenti partu
effœta dicitur mulier.¶Cinerem immũdum : dicit
ad diſcretionem illius: quo utuntur puellæ : de qui/
bus cineribus ĩ bucolicis:Fer cineres amarylli foras.
¶ANTO. Viciæ: uicia per c ſcribitur: dicit̃ enim Vicia
a uincendo:ꝙ item capriolos habet ut uitis : quibus
uorſum ſerpit: & ſcapum lupini aliumue calamum
ad quem hæreat : ſolet uincere. Varro auctor libro
primo capitulo.xxxi.Plinius uero libro.xviii.capitulo.xxii. inquit & uicia pingue ſunt arua nec ipſa agricolis
operoſa uno ſulco ſata non ſarritur:nõ ſtercoratur:nec aliud quam de ocatur.Vitibus præripit ſuccum langue
ſcuntq; ſi in arbuſtis ſeratur. Sationis eius tria tempora:de quibus latius ibidem.¶Tenuis fœtus uiciæ:Colu/
mella libro ſecundo capitulo.xi.de uicia inquit.Idq; genus præcipue non amat rores quum ſeritur.Itaq; poſt ſe
cundam diei horam uel tertiam ſpargendum eſt:quum iam omnis humor ſole uento ue deterſus eſt neq; am/
plius proiici debet quam quod eodem die poſſit operiri : nam ſi nox inceſſit quantulocumq; humore priuſq̃
obruatur corrumpitur propter id igitur tenus fœtus uiciæ poeta dixiſſe uidetur.¶Tritiſq; lupini : ideſt amari
& triſtitiam ferentis:ait enim Plinius ab homnibus animalibus amaritudine ſua tutum:unum hoc ſeritur nõ
aratro:ubi fuerit maxime fabuloſa & ſicca atq; etiam arenoſa tellurem adeo amat ut quãuis fruteto ſolo conie/
ctũ:ĩter folia: uepreſq; ad terrã :tamẽ radice perueniat : pingueſcere hoc ſatu arua:ueniaſq; diximus. Itaq; adeo
non eget firmo ut optime uicem repreſentet : Primumq; omnium ſeritur nouiſſimum tollitur utrunq; ſeptẽ/
bri fere menſe:ſi depaſtum ſit in fronde:inarari protinus ſolum eſt opus Plinius libro.xviii.ubi lupinus: & lupi
num legitur.¶Fragilius:teneros & fractu faciles:¶Syluamq; ſonãtem:maturi ſiquidem lupini: & ſicci : adhuc
in ſiliquis:retenti uẽtorum motu reſonant.¶Vrit enim lini:hæc etiam legumina recte appellari poſſunt: nam
leguntur non ſecantur:ut frumenta:hinc Plinius libro.xviii.capitulo.xxviii.inquit.Exceptis leguminibus quæ
uelluntur e terra non ſubſecantur.Vnde & legumina appellata:quia ita legũtur.Mouet autem poeta poſt hæc
non eſſe frumenta ſerenda:nam ſolum tenue reddunt.¶Vrit lini campum ſeges:Cato capitulo.xxxvii.in libro
de ruſtica ait:ordeum & fœnum græcum : & eruum hæc omnia ſegetem exigunt: & omnia quæ uelluntur ex
eis mala ſunt:Lupinum faba uicia & cætera ſtercus unde facias habent.Plinius autem libro.xix.capitulo primo
inquit de lino:Vrit agrum:deterioremq; facit : ſequenti quoq; capite dixit : Vere ſatum æſtate uellitur & hanc
quoq; terræ iniuriam facit:ꝙ uellitur ſcilicet.Et Columella libro ſecundo capitulo decimoquarto inquit Tre
melius obeſſe maxime ait:ſolo uirus ciceris:& lini alterum quia ſit ſallæ:alterum qa ſit feruidæ naturæ.¶Vrit
auenæ:auena ut Theopraſtus libro octauo ſcribit terram uehementer extenuat & multiplici tum radice : tum Auena
calamo cõditur.Eſt itaq; extenuationis cauſa radicum mulplicitas & calamorum:quibus quidem ſoli pingue
attrahit̃.¶Papauera: legito Plinius libro.xix.& libro uigeſimo.¶Læthæo ſomno:Læthæ apud nos obliuio di Læthæ
citur inde lethus obliuioſus ſomnus autem rerum omnium affert obliuionem ſopitis : & Plinius ſcribit ꝙ pa/
paueris ſatiui albi.Calix ipſe teritur & bibitur ſomni cauſa : & e nigro papauere ſopor gignitur ſcapo inciſo.
¶Alternis facilis labor:Aruis labor: facilis eſt:quum uiciſſim ſeruntur : dummodo ſtercorentur.¶Fimo pin/
gui:qui per ſe pinguis eſt:& pingues efficit agros.Cato capitulo.lxi.inquit. Quid eſt agrum bene colere : bene
arare:quid ſecundum arare:tertio ſtercorare.Fimi autem plures differentiæ: de quibus plene legito Plinius li/
bro decimoſeptimo capitulo ſexto.Item libro decimooctauo capitulo .xxxvi.¶Effœtos agros:exauſtos & eua/
cuatos aſſiduo fœtu.¶Cinerẽ immundum:non purgatũ:quali mulieres utunt̃ Pli.lib.xvi.cap.vi.inqt.Tranſpa
danis cineris uſus adeo placet ut anteponãt fimo iumẽtorum.¶Reqeſcũt:nõ tamẽ pigueſcũt ſicut ĩtermiſſiõe.
¶CHRI. Viciæ:hac fruge pingueſcunt arua : nec ipſa operoſa eſt agricolis uno ſulco ſata non ſarritur non
ſtercoratur.Siccitatem ex omnibus quæ ſeruntur maxime amat . Non aſpernat umbroſa.Vitibus tamen præ
ripit ſuccum:langueſcuntq; ſi in arbuſtis ſeratur.¶Lupini: hoc legumen & minimum:ut ait Columella ope/ Lupinꝰ
rarum aſſumit: & uiliſſime emitur : & maxime ex iis quæ ſeruntur iuuat agrum . Repoſitum in granario pa/
titur æuum.Boues in hyeme coctum maceratumq; probe alit.Famem ſi ſterilitas inceſſit ab hominibus pro/
pellit in tabulatum quo fumus prouenit optime refertur.Nam ſi humor inuaſerit uermes gignit:qui ubi oſil/
la lupinorum ediderunt:reliqua pars e naſci non poteſt. Iugerum decem modios occupat.¶Syluam: Nam al/
tius extolluntur & denſi porpter ramos ſurgunt.¶Lini:De quo Columella lini ſemen niſi magnus eſt in ea re
gione quam colis prouentus & præcium priorat ſciendum non eſt.Agris enim præcipue noxium eſt.¶Effœ/
tos:Effœta dicitur quaſi extra fœtum: ideſt partum:quod quãuis ad mulierem quæ amplius non emittat fœ/
tum:tamen belle & ad terram & ad arbores quæ ſterileſcunt referre poſſumus.

¶SER. Mutatis fœtibus:ut omni anno proferunt ſed diuerſa: nam eadem ferre ſemper non poſſunt. ¶Requieſcunt fœtibus arua: non etiam roborantur: quod intermiſſio efficit arationis: quam rem rurſus repetit dicendo: Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ nam liptotes figura eſt:ideſt maxima & præcipua: ut Munera nec ſperno. ¶Incendere profuit agros:nõ agros ſed ea quæ in agris ſunt:ideſt ſtipulas uel quiſquilias: ideſt purgamenta terrarum:nam ut uidemus: ſi in agris qui incendendi ſunt deſint ſtipulæ:aliunde illuc nutrimẽta portantur incendii. ¶Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis:ecbaſis poetica. ¶Siue inde occultas uires:inde:ideſt ex igni: occultas autem arcana quadam ratiõe celatas:in hoc autem ſenſu ſequitur Heracleti opinionem:qui dicit omnia ex igni procreari:quem nunc terris alimenta præbere commemorat. ¶Vitium: quod fœcunditatem impedit. ¶Exudat:inutilis humor: noue locutus eſt nam non ipſe humor:ſed terra deſudat: Vnde exudat pro exudatur accipimus. ¶Cæca relaxat Spiramenta:breues cauernas: per quas ſudor emanat: quæ tenuitate ſui non poſſunt uideri. ¶Relaxat: aperit. ¶Qua: pro quæ. ¶Durat:actiuum eſt hic:Dicimus enim duro & duror:& duro neutraliter & dureo. ¶Hianteis: apertas & patentes. ¶Ne tenues pluuiæ:aut lentæ & penetrabiles:aut epitheton eſt aquarum:aquæ enim naturaliter tenues ſunt: ſic alibi: Aut in aquas tenues dilapſus abibit. ¶Rapidi:feruidi & ardentis:acrior:ualidior:boreæ:uẽti aquilonis:penetrabile frigus quod omnia penetrat: adurit:& ad ſolem & ad frigus pertinet:nam uno ſermone duo diuerſa concluſit: quæ tamen unum effectum habent: nam & frigus eſt caloris initium:& ſummus calor frigoris eſt principiũ unde:q̃ſi unus effectus eſt & frigoris & caloris. ¶Raſtris;& hos raſtros dicimus: & hæc raſtra. Legimus enim At iſtos raſtros interea depone in Terentio: item Raſtraq; & incuruis æuum tribuere ligones. Et raſtra dicta quod terram radant. ¶Glebas inertes: pigras nihil creantes. ¶Vimineas crates:inſtrumenta ruſtica ad agrorum ſcilicet exæquationem: & hic tranſit ad aliud præceptum.

Sic quoq; mutatis requieſcunt fœtibus arua.
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
Sæpe etiam ſterileis incendere profuit agros.
Atq; leuem ſtipulã crepitantibus urere flãmis.
Siue inde occultas uires & pabula terræ
Pinguia concipiunt ſiue illis omne per ignem
Excoqtur uitium:atq; exudat inutilis humor.
Seu plures calor ille uias & cæca relaxat
Spiraméta:nouas ueniat qua ſuccus in herbas.
Seu durat magis & uenas aſtringit hianteis
Ne tenues pluuiæ rapidiue potentia Solis
Acrior aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multũ adeo raſtris glebas qui frangit inertes.
Vimineaſq; trahit crates:iuuat arua neq; illum

¶ANTO. Nec ulla:ideſt maxima & præcipua. ¶Interea:etiam mutatis fœtibus aliquando intermittere arationem quam maxime prodeſt aruis:hinc Pli.li.xviii.ca.xxxiii.inquit.Virgi.alternis ceſſare arua ſuadet: & hoc ſi patiantur ruris ſpatia utiliſſimum proculdubio eſt: quod ſi neget conditio far ferendũ:unde lupinum:aut uicia:aut faba ſublata ſint:& quæ terrã faciãt lætiorẽ. ¶Incendere agros: Pli.lib.xviii.ca.xliiii.inqt.Sunt qui accendunt in aruo & ſtipulas magno Vir.p̃conio:ſumma autem ratio ut herbarum ſemen exurant. ¶Stipulam: ſtipula proprie eſt culmi uagina. ¶Pabula terræ: pabulum a paſco uenit: eſtq; pecudum cibus herbaceus: fœnicens:paleaceus:& ſimilium. ¶Exudat:exit emittitur. ¶Cæca ſpiramenta: clauſa ſpiracula. ¶Seu plures calor ille uias Ignis:ut Ariſtoteles inquit auctore Gellio libro.xviii.cap.iiii.concretum reſoluit:& gelu conſtrictum:ut niuem ſol. ¶Hianteis:hiare eſt aliquid ſua ſe ſponte uel externa aliqua ui aperire uel diſſindere:ut tellus æſtu & ligna ariditate uel nimio calore hiant:hiſcere eſt tantum horis & quidem humani accipiturq; pro eo quod eſt loqui:aut os aperire ad loquendum. ¶Tenues: ſubtiles & penetrabiles: facile enim aqua ſua tenuitate penetrat. ¶Rapidi ſolis: quia rapit ac trahit ad ſe cuncta:torrens & ſorbens calore ſuo quo liquor ſiccatur. ¶Acrior:uehementior:fortior: Boreæ:flat boreas inter ſeptentrionem & exortum ſolſtitialẽ:ut ſcribit.Pli.li.ii.de eius autẽ ui legito Ouidius libro.vi.ibi.ſ.Apta mihi uis eſt &c. ¶Penetrabile: quod facile penetrat:dr̃ etiã quod penetratur:penetrare autem eſt penitus intrare:ut ſcrib.Feſtus. ¶Adeo: profecto:certe. ¶Raſtris:ſunt raſtri ut Var.ait: quibus dentalibus penitus eradunt terram atq; eruunt: Raſtelli uero quibus in pratis fœni ſecta abradũt quo abraſu raſtelli dicuntur dicimus præterea hos raſtros & hæc raſtra. ¶Inertes:inutiles deſides. ¶Crates: dicuntur crates a crateo quod eſt teneo:quia ſe īuicem teneant.De cratibus aũt Pli.li.xviii.ca.xxxi.ſic ait.Latitudo uomeris ceſpites uerſat:ſemen protinus iniiciunt:crateſq; dentatas ſup trahunt:nec ſarriẽda ſunt hoc modo ſata.

Stipula
Pabulũ
Ignis
Hiare
Hiſcere
Penetrabile
Penetrare
Raſtri
Raſtelli
Grates

¶CHRI. Gratia inarate terræ:Nam ſi non parit illo anno pariet ſequenti multo plura. ¶Incendere:nam incenſa materia decoquitur etiam tellus. ¶Crepitantibus:crepitum emittentibus. ¶Inde:ex ipſo igne qui admixtus humori facile multa gignit. ¶Inutilis:nam ſuccus naturalis terræ utilis eſt.Vt in corporale animalis alius humor naturalis eſt:quo alitur corpus & gignit:Diciturq; ſuccus aliis noxius eſt & appellatur pus. ¶Cæca: Non uiſa.Nam aperiuntur pori in terra qui præ tenuitate nõ uidẽtur ſed facile cognoſcuntur adeſſe qui emittunt ſpiritum & fiunt illi peruii.Vnde & ſpiramenta & ſpiracula dicuntur rimulæ tenuiores. ¶Adurat:ad calorem & frigus optime refertur.Ad pluuias autem referri non poteſt.Sed conſueuerunt poetæ quædam diuerſa ita adiungere uni uerbo.ut tamen neceſſe ſit alterum ſubintelligere:ut illud. Diſce puer uirtutem ex me & tollerare labores fortunam ex aliis.Vbi ſubintelligendũ eſt opta.Sic in hoc loco. ¶Tenues pluuiæ: penetrando noxium humorem relinquat. ¶Glebas inertes:ſine arte:ideſt rudes non excultas.Nam ſi maiores reſtant glebæ terra pene inculta inarataq; relinquitur.Has glebas ita integras īter duos ſulcos relictas ſcena appellauerũt. ¶Vimineas crates:quem græco uocabulo.

Spiramenta
Spiracula

Flaua Ceres alto nequiq̄ ſpectat Olympo.
Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga:
Rurſus in obliquom uerſo prorumpit aratro
Exercetq; frequēs Tellurem atq; īperat aruis.
Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ.hiberno lætiſſima puluere farra.

¶SER. Alto:de alto.¶ Flaua ceres:flaua dicitur propter ariſtarum maturitatem:& Ceres nomen eſt quod in poliſyllabis in nominatiuo ſingulari producit ultimam:quom in obliquis corripiat.¶ Nequiq̄:ideſt non ſine cauſa:nam ſemper duæ negatiuæ unam confirmatiuam faciunt:unde male quidam locum illum legunt in Terentio:Pater adeſt caue ne te triſtem ſentiat:ſi enim hoc eſt:dicit uide ut te triſtem eſſe ſentiat: qd̄ procedere minime poteſt:ſed ita intelligendum eſt caue te triſtem ſentiat:nam & ne:& caue prohibentis eſt.¶ Quæ ſuſcitat æquore terga:ideſt terram quam arauerat.¶ Spectat:reſpicit.¶ Rurſus in obliquum uerſo prorumpit aratro:ſcilicet autumnali tempore:quo iam cum ſeminibus aratur:nam hoc præcipit:ut quom denuo aramus:tunc per obliquum aratra ducamus: nemo.n. uno tempore bis arat.¶ Atq; imperat aruis: ideſt ut tantum ferant quantum ipſe deſiderat:& hoc eſt qd̄ ait ſupra: Illa ſeges demum uotis reſpondet auari Agricolæ.¶ Humida ſolſtitia: atq; hyemes orate ſerenas:Duo ſunt ſolſtitia.Vnum æſtiuum.viii. kalen. Iulii die:quo tempore remeare ſol ad inferiores incipit circulos:&aliud hyemale.viii.kalendas Ianuarias die:quo tempore ſol altiores incipit circulos petere.Vnde hyemalis ſolſtitii dies minimus. ſicut æſtiui maximus inuenitur.Videtur ergo contrarium eſſe quod dicit optate pluuias per ſolſtitia: & per hyemem ſerenitatem:quom ut diximus unum æſtiuum ſit:& aliud hyemale ſolſtitium. Sed ſciendum modo annum in quatuor partes eſſe diuiſum:in duo ſolſtitia:& duo æquinoctia : unum uernale : & aliud autumnale : quæ græci ισομερίας uocant:ſunt autem.viii.kalen.aprilis:&.viii.kalen.octobris die:qui annus olim in duas tantum partes diuidebatur:hoc eſt in æſtiuum:& in hyemale ſolſtitium:in duo hemiſperia:ut intelligamus omnia eum tempora uoluiſſe complecti.Nam hoc dicit:optandum ruſticis:ut autumnali & hyemali tempore ſit ſerenitas quæ duo tempora pro uno habebantur ſecundum hemicycli rationem:ut diximus.Vernali uero & æſtiuo tempore:ut ſint pluuiæ:quæ & ipſa tuo tempora pro uno erant:tamen ſi diligenter attendamus poetica licentia eſt uſus:ut pluralem numerum pro ſingulari poneret:nam ſolſtitia pro ſolſtitio: & hyems pro hyeme poſuit.Dicit autem optanda hæc:quæ per naturam non ſunt:quo poſſit utriuſq; temporis aſperitas mitigari: & æſtatis calor pluuiis:& frigus hyemis ſerenitatis tempore.¶ Hiberno puluere:hiberna ſerenitate: eo q̄ nimia ſerenitas puluerem creat.

¶ANTO. Flaua ceres:Flaua dicitur a colore quem habent matura frumenta.¶ Neq; nequiquam : non fruſtra.¶ Olympo:ideſt cælo.¶ Aequore terga:ſulcorum culmina.¶ Rurſus in obliquum:Pli.lib.xviii.ca. trigeſimoſecundo inquit.Omne aruum rectis ſulcis:mox & obliquis ſubigi debet.¶ Atq; imperat aruis : tunc aruis imperatur:quum bene coluntur.¶ Humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas.Senſus eſt quod agricolæ optent contraria:ideſt hyemem ſerenam & æſtatem:humidam poſuit enim ſolſtitia æſtiua pro ipſa æſtate. Debent itaq; agricolæ optare:orareq; o dii date nobis ſerenam hyemem:æſtatem uero humidā ac ſi diceret pluuia quæ in hyeme uentura eſſet:reſeruetur in æſtate.Plini. autem libro decimoſeptimo capitulo ſecundo : ait hyemem aquiloniam eſſe omnibus ſatis utiliſſimum:ſed arboribus inutiliſſimum eſt:ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas non pro arboribus uota fecit:quoniam cibus earum imber : nec per ſolſtitia imbres uitibus conducunt. Solſtitia præterea duo ſunt:brumale & æſtiuum : de quibus legito in ecloga ſeptima. Hiberno puluere:hiberna ſerenitate:qua quidem puluis habetur. Macro.libro quinto ſat. ait:Et ut liqueat Virgilium noſtrum undiq; ueterum ſibi ornamenta traxiſſe:unde hoc dixerit:hiberno lætiſſima puluere farra : In libro enim uetuſtiſſimorum carminum qui ante omnia quæ a latinis ſcripta ſunt compoſitus ferebatur: inuenitur hoc ruſticum uetus canticum:hiberno puluere uerno luto:grandia farra Camillæ metes.¶ Lætiſſima: ſcilicet ſunt:ideſt fertiliſſima.

¶CHRI. Ceres:quaſi geres:latine dicitur a gerendo:quia omnia gerat & producat terra.A græcis autem dicitur Δημητηρ quaſi γημητηρ:ideſt terra mater:Euſebius autem de præparatione euangelica ait priſcos telluris uim ueſtam eſſe:Et terræ lapidoſæ:ac montanæ uim eſſe rheam. Feracis autem ac planæ cererem Huius imago ſpicis coronatur:& papauera quæ fertilitatis ſymbolum ſunt circa cauſa ponuntur.Eius filiam Proſerpina quam a Plutone raptam ferunt uis eſt ſeminis in terram proiecti q̄ ſol qui in hyemali tempore ima tenet:& propterea Pluto uocatur:ſub terris fouet. Vnde illam ſub terra latentem quæritat ceres donec fruges enaſcentes ſupra terram extent.Hinc eſt locus fabulæ q̄ illa uis:ideſt proſerpina ſex menſes apud inferos ſit: & totidem apud ſuperos:quia hyeme ſub terra eſt æſtate ſupra terram:Verum has fabulas etiam aliis modis interpretantur.De quibus fortaſſe alibi:Dicitur autem filia cæli & ueſtæ:quia fertilitas frugum a ſole & a terra eſt.¶ Rurſus in obli. Arant agricolæ quater campum:proſcindunt enim iterant:tertianturq;:& quarto lirant. Lirare enim dicunt cum iacto iam ſemine terram in liras:ideſt in ſulco dirigunt.Nam ſulcis muniunt porcas: ac poſtremo ſulcos aquarios:quos nominant elices:ex tranſuerſo ducunt : per quos aquæ ex agro in foſſas ex agrum quas appellant colliquias deriuentur.¶ Humida ſol.Multum laborat in hoc loco Seruius: ut oſtendat per ſolſtitia ītelligi æſtatem. Sed breuiter dicendum uidetur q̄ quamuis ſit duplex ſolſtitium:aliud hyemale: aliud æſtiuum:tamen eum ſimpliciter proferrimus ſolſtitium intelligimus æſtiuum. Nam hyemalem brumam a breuitate dierum nuncupare conſueuerunt.¶ Hiberno lætiſſima puluere farra:Refert Macro. q̄ in libro uetuſtiſſimorum carminum ante omnia quæ a latinis ſunt compoſita inuenitur hoc ruſticum carmen. Hiberno puluere uerno luto grandia farra Camille metes.

Proſerpina

¶ SER. Lætus ager:hiberno.ſ.ſereno. ¶ Nullo ſe taurū meſia cultu cōſtat:qdē meſiā circa culturā eſſe diligētem:ſed nō ei cultus ſuus tantū prodeſt quantū hiberna ſerenitas.Myſia autē prouincia eſt: meſia uero ciuitas phrygiæ haud longe a troia:quā magis debemus accipere propter gargara montes phrygios. ¶ Mirantur gargara meſſes:plantaſia eſt poetica rei inanimatæ ſenſum dare:ſic alibi:mirata eſtq; nouas frondes & nō ſua pōa. ¶ Comminus:ideſt ſtatim ſine intermiſſione. ¶ Inſequit̄:proſequit̄ & non ſinit quieſcere. ¶ Male pinguis:non pinguis:ideſt ſterilis:ruit autē euertit diſſipat:nā modo agentis:ut Vna euruſq; notuſq; ruunt. Nā aliter dictū eſt ruit alto a culmine troia. ¶ Deinde ſatis fluuiū inducit riuoſq; ſequētes:poſt cōmemoratā generalem agriculturā tranſit ad ſpecies & culturas uenietes ex tēpore:nā arare:cinerē iacere:incēdere æternū eſt: irrigare autē nō niſi nimiæ ſiccitatis eſt:ſicut ſiccare ēt aut ex magnis pluuiis: aut ex fluminis eruptione cōpellimur. ¶ Satis:ſegetibus:agris ſatis: nā participiū eſt. ¶ Riuoſq; ſequētes.i.iuges:aut certe riuoꝝ eſt epithetō. ¶ Exuſtus ager.ſ. æſtatis calore. ¶ Morietibus herbis:ſecundū pythagoricos q dicunt oē qđ creſcit habere aīam:Vnde eſt Atq; interfice meſſes. ¶ Ecce.i.ex īprouiſo. ¶ Supcilio:altitudine:ſummitate terraꝝ. ¶ Raucū p leuia murmur ſaxa ciet:nō ſolū utilitati hāc rē dicit fore:ſed etiā uoluptati. ¶ Leuia: lubrica.Detrita:nitida. ¶ Scatebris: ebulationibus: q̄ ſunt quū aq̄ in aliq̄s ruinas defluxit:unde ēt uaſa æſtuantia ſcaturire dicunt̄. ¶ Quid:ſubaudi de illo dicendū eſt:aut Quātū illi ꝓdeſt? ¶ Grauidis ariſtis:grauidas ariſtas periphraſticos ꝓ ſpicis poſuit.Dicimus aūt & hic ſpicus & hoc ſpicū.Cicero in Arato:Spicū illuſtre ferens inſigni corpore uirgo.Sed ſcire debemus ī uſu eē a maſculino utrūq; numerū:a neutro uero raro tātū ſingularē inueniri:nā pluralis nuſq̄ lectus eſt. ¶ Culmus iūctio ſpicarum. ¶ Luxuriem ſegetum:bene luxuriem:ut oſtendat rem ſuperfluam & nocituram:niſi amputetur.

Lætus ager.nullo tantum ſe Mœſia cultu
Iactat & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes
Quid dicam? iacto qui ſemine cōminus arua
Inſeqtur cumuloſq; ruit male pinguis arenæ.
Deinde ſatis fluuiū inducit riuoſq; ſequentes.
Et cū exuſtus ager morientibus æſtuat herbis
Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam
Elicit illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet ſcatebriſq; arentia temperat arua.
Quid qui ne grauidis ꝓcūbat culmus ariſtis.
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba

¶ PRO. Gargara:appellatur caput ideæ phrygiæ.

¶ ANTO. Lætus ager.i.ferax ē hiberno puluere. ¶ Nullo ſe tātū myſia cultu:Iactat & ipſe ſuas mirant̄ gargara meſſes:Senſus eſt horum uerſuū talis:ut etiā Macro.li.v.ſat.ſcribit.Cū ea ſit anni tēperies ut hyems ſerena ſit:ſolſtitiū uero imbricū fructus optime ꝓueniūt:hæc aūt adeo agris neceſſaria ſunt:ut ſine iis nec illi natura fœcundiſſimi Myſiœ agri reſpōſuri ſint opinioni fertilitatis:q̄ de eis habet̄.Additq; myſiœ nominatim gargara:ꝙ ea urbs poſita ī imis radicibus idæ mōtis defluētibus inde humori irriget̄:poſſitq; uideri ſolſtitiales ībres nō magnopere deſiderare:hæc Macro.Ego tamē alter accipio:ut ſit ſenſus:& Myſiæ agri nullo cultu tātū ſe iactēt q̄tum.ſ.iberno puluere:nec de ſolſtitio imbrico intelligat̄:nā ut ſupra oſtēdimus ibi Humida ſolſtitia atq; hyemes optate ſerenas:ē ſenſus talis optat ut pluuia q̄ in hyeme uētura eēt:reſeruet̄ in æſtate:nō ꝙ opponet reuera illud:ut æſtate pluat:eſt.n.loquendi modus ut quū dr̄ alicui obſequere in hoc mihi in aliis uero eſto aduerſus. Poeta ēt repetit illud tātū de ſerena hyeme.Iberno lætiſſima puluere farra:nec amplius de ībrico ſolſtitio dixit.
Gargara ¶ Gargara:Mac.dicto li.ait ꝙ gargara hæc ſunt in myſia:q̄ eſt helleſpōti ꝓuīcia:ſed ſignificatio noīs & loci duplex ē:nā & cacumē mōtis idæ & oppidū ſub eodē mōte hoc noīe uocant̄:& ciues gargares.Cum igit̄ cōſtet inq̄t idē:gargara nūc ꝓ mōtis cacumine nūc ꝓ oppido ſub eodē mōte poſito accipiēda.Vir.nō de ſummo monte:ſed de oppido loquit̄:& Homerus humidū deſignat ſubiacentē monti agrum.Vnde hæc gargara tanta frugum copia erant:ut q magnum cuiuſq; rei numerū uellet exprimere ꝓ multitudine immēſa gargara narraret hæc ille.Sed ubi ait ꝙ Homerus hūidum deſignat ſubiacētē mōti agrū oſtēdit ꝙ hyemis ſerena ibi neceſſaria:nec ad Solſtitiū imbricū referēda agri illius fertilitas:ſed ut dixi ad ibernū puluerem:ad ſerenā hyemem. Quid dicā iacto.Heſiodus quoq; ait ſemina quū terræ cōmittis: pene ſequat̄ ſeruulus atq; auibus raſtro ſata lætare cōdat.
Cominus Eminus ¶ Cōminus:uicine illico nā cōminus ꝓprie ſignificat q̄ſi cū manibus.Eminus uero longe q̄ſi e manibus. ¶ Cumulos:glebas. ¶ Ruit:diſſipat. ¶ Male pinguis:nō pīguis. ¶ Satis fluuiū īducit.Segetes irrigandæ ſunt ubi nimia ſiccitas euenit:nam rigua ut Pli.ſcribit li.xvii.ca.xxv.Aeſtiuis uaporibus utilia hyeme inimica autumno uaria:circa canis ortū rigua maxime ꝓſunt.Riuoſq; ſequenteſq;.ꝑ.i.ꝑ epexegeſim. ¶ Sequētes.i.defluentes: uel decurrentes. ¶ Exuſtus:calore nimio. ¶ Aeſtuat:feruet. ¶ Morientibus herbis:licet arbores & herbæ tā ratione quā ſenſu careant:tamē ut ēt Macro.li.i.de ſom.ait qa creſcendi tantūmodo uſus in his uiget:hac ſola parte uiuere dicunt̄:moriunt̄ itaq; ubi creſcēdi uis deeſt. ¶ Supcilio:faſtigio ſummitate. ¶ Cliuoſi tra.iclinate decliuiſque uiæ trames dr̄ tranſuerſa uia uel anguſta a trāſmeando. ¶ Elicit:educit:euocat. ¶ Leuia:attrita. ¶ Ciat emittit: cōmouet. ¶ Scatebris:ebullitionibus:quæ fiunt quū aqua in aliquas rimas defluit. ¶ Quid? uidelicet de illo dicendū. ¶ Grauidis ariſtis:ſpicas intelligit. ¶ Luxuriē ſegetū:ideſt ubertatē ſuperfluitatē ue & in tempeſtiuam abundantiā:ut ait Nonius:Pli.āt lib.xviii.de uitiis frugum ait.Inter uitia ſegetū & luxuria eſt:quū onerata fertilitate ꝓcumbunt:& paulo inferius ſequenti capitulo ait Luxuria ſegetū caſtigatū dente pecoris:in herba dumtaxat:& depaſtæ quidem uel ſæpius nullam iniuriam in ſpica ſentiunt.

¶ CHRI. Mœſia cultu & gar.hæc ut refert Macro.ſunt in Mœſia helleſpōti ꝓuīcia:ſed ſignificatio nominis & loci duplex eſt:nam & cacumē montis Idæ & oppidū ſub ipſo monte gargara appellat̄. Atq; utrūq;: hoc apparet apud Home.Ergo Vir.nō de ſummo mōte:nā conſtat omnē illā Myſiā feracē eſſe ab humore ſolis. Erāt

enim gargara tanta in fertilitate:ut pro immenſa multitudine gargara ponanť:ut apparet apud Alceū:Et Ariſtophanes compoſuit nomē ex area & multitudine. Ergo gargara oppidū poſitū in imis Idæ montibus. Vnde defluentibus humoribus irrigetur:ex quo ſolſticiales imbres non magnopere deſiderat. Aeſchilus autē nō ſolum gargara:ſed omnem Myſiam fertilem eſſe ſcribit. Hæc Mac. Vt autē apud Strabo. apparet:ut Phrygia duplex eſt:ita etiā & Myſia. Ex qbus oībus apparet myſia & non mœſia legēdū eſſe. Et eſt ſentētia poetæ ꝙ hæc regio non tantum cultura q̃tum ſuo humore fertilis eſt. ¶ Fluuium in. His.ſ. regionibus quæ non ita abundant honore ut myſia. ¶ Temperat: Vt ariditatem ſubmoueat neq; tamen nimium humorem inducat.

Cum primū ſulcos æquant ſata:quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena.
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundās
Exit & obducto late tenet omnia limo
Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.
Nec tñ hæc cū ſint hoīumq; boumq; labores
Verſando terram experti nihil ĩprobus Anſer
Strymoniæq; Grues & amaris Intyba fibris
Officiunt aut umbra nocet. pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe uiā uoluit primuſq; p artē
Mouit agros curis acuens mortalia corda

SER. Cū primū ſulcos æq̃nt ſata:quom adhuc herbæ ſūt teneræ.i. añq cogāť ĩ culmos: & ē Vir. hoc hēſtichiō unū de ĩuictis. ¶ Deducit: ſiccat: detrahit: ſic paulo poſt: Riuos deduceř nulla relligio uetuit.i. ſiccaŕ. ¶ Incertis mēſib⁹:ĩ opportūis. Incerti āt mēſes ſūt ueris:& autūni:nā & hyemis certū ē frig⁹: & æſtatis cert⁹ ē calor. Veris uero & autūni nūc frigus : nūc calor ē. ¶ Obducto late ten.o.li.ſuplito:ſupfuſo. ¶ Tenet:occupat:& opit. ¶ Vñ:de huiuſmodi ĩundatiōe ē amnis. ¶ Tepido humore:noxio ĩutili. Lacunæ āt ſūt foſſæ ĩ qbus collecta aq̃ ſtare cōſueuit. ¶ Nec tñ hæc: quom ſint hominūq; boūq; labores:ordo eſt: nec tamē nihil officiūt:& hoc dicit:licet hæc oīa q̃ dixi arādo ſint expti & hominū & boū labores:tamē ſūt adhuc aliq̃:q̃ obſunt niſi ꝓuideris.ſ. ut aues abſint: aut umbra arborū. ¶ Improbus anſer:ĩſatiabilis: nulli ꝑ bādus:& dicit anſeres agreſtes. ¶ Strymoīæq; grues: thraciæ:a flumīe ſtrymōe. ¶ Et amaris intyba fibris:ut ēt Dōatus dicit:male qdā intybā auē quādā amari iecoris accipiūt:nā intyba dicit cicorea:quaꝝ radices multæ:& tenues ambiūt ſegetes & necāt. Fibris āt abuſiue ait ꝙ radices intyboꝝ hac atq; illac decurrūt:ut fibræ ꝑ iecur.i. uenæ qdā & nerui. ¶ Amaris:nocētibus: ut Hoſtis amare. ¶ Aut umbra nocet:ut Nocent & frugibus umbræ. ¶ Viā:ratiōnē & artem colēdi. ¶ Mouit agros curis acuēs:dicturus eſt Iouē feciſſe multa:q̃ poſſunt ĩ uitupatiōnē uenire:& ea hoc colore defendit:ꝙ dicat uoluiſſe eū ingeniū mortalibus ex neceſſitate pſtare:ne torperēt ocio:quod ex rerū abūdātia ꝓcreatur. ¶ Acuēs:exercēs.

PRO. Strimoniæq; grues : dictæ ſunt a ſtrimone thraciæ flumine: ubi maxime per æſtum morantur.

ANTO. Sulcos æquāt:cū adhuc herbæ ſunt teneræ: anteq̃ coganť in culmos. Bibula deducit harena.i. diminuit:remouet ſiccat paludis humorē collectū deduciť aūt humor harēa bibula ſup iniecta aut gracili bibulaq; ſup humidā ac ꝓpinguē. Sed demētiæ operarii eſt:qd.n. pōt ſperare q̃ talē colit? ¶ Bibula:q̃ humorē bibit. ¶ Incertis mēſibus.i. ueris tēpore ac autūni.hyemis.n. certū eſt frigus:æſtatis certus eſt calor. Veris uero & autūni tēporibus nūc frigus:nūc calor eſt:Hic naſo lib.ii. de arte:dixit de autūno:Quū modo frigoribus ꝑmimur: mō ſoluimur æſtu aere nō certo corpora langor habet:fiunt etiā pluuiæ maximæ:ac fulmina. Vnde Pli.li.ii.ca.lii. ait Vere āt & autūno crebriora fulmīa:& Vir.li.iiii. Geo. uere madēt hūdo terræ. ¶ Obducto:ꝓducto:cōtracto:circūfuſo. ¶ Tepido humore:Pli.li.xviii. de uitiis frugū ait. Naſcunť & uermiculi in radice:quū ſemētē ĩbribus ſecutis incluſerit repētinus calor humorē giguunt & in grāo cū ſpica in pluuiis calor inferueſcit. ¶ Lacūæ: lacuna ut feſtus ait eſt aquæ collectio & a lacu deriuaŕ. Nec tamē hic oſtēdit auctor ultra ꝑdicta curandū ēt ne aues & alia obſint aruis. ¶ Improbus:nocēs ſæuus. ¶ Strymoniæq; gru. ſtrymō amnis ut Soli. docet inter macedoniā & thraciā terminū facit q ab hæmi iugis irrigat:id quoq; aſſerit Pli. lib. iiii. ibi aūt grues maxime ꝑ æſtū moranť uti & Probus inq̃t. ¶ Intyba:huius nominis uariatiōnē late in ſpica docuimus:intybū aūt & cichoreū ꝑ eodē Pli. uideť accipere lib. xx. ¶ Amaris fibris:ſunt.n. intybi radices amare guſtu:q̃s habet plurimas ac ꝓfuſas. ¶ Fibris.i. radicibus antiq.n. ut Var. ait fibrū dicebāt extremū: ¶ Aut um.no. Pli. lib. xvii. ca. x. de umbris arboꝝ nociuis & iucūdis ait iuglādiū grauis & maxime ēt capiti humano:oībuſq; iuxta ſatis: necat gramina & pinus:ficorū leuis q̃uis ſparſa:ideoq; iter uineas ſeri nō uetanť. Vlmoꝝ leuis ēt nutriēs q̃cūq; opacat iucūda & platani:iuglādiū ſiqdē pinorūq; & picearū & abietis uenenū ē. ¶ Primuſq; p artē mouit agros:de aureo ſæculo quod ſub ſaturno fuit. Oui. lib. i. meta. ait mox ēt fruges tellus inarata ferebat. Nec inaratus ager grauidis canebat ariſtis:de argenteo uero ſæculo quod ſub Ioue fuit inquit:Iupiter antiqui contraxit tempora ueris : Semina tum primum longis cerealia ſulcis Obruta ſunt:præſſiq; iugo gemuere iuuenci. ¶ Acuens:accedēs:excitans.

Stry/mon

CHRI. Sulcos æq.ſ. nā maiuſculis factis frugib⁹ nō diſcernūť ſulci a porcis. ¶ Strymoīæ:tracēſes a ſtrymōe amne hic ab emo mōte fluens macedoniā a thracia diuidit in.vii. aūt lacus diffundiť anteq̃ ripis coarctatus ut fluuius fluat. ¶ Grues:ut refert Ariſto. de aīali. Ex cāpis ſcyticis ad paludes ægypto ſupiore deuolant unde Nilus ꝓfluit:quo in loco pugnare cū pigmæis dicunť nec id fabula: ſed certe genus tum hominū tum equorum puſillū eſt:deguntq; in cauernis:unde nomē troglodytæ a ſubeundis cauernis habent. Idē alibi ſcribit grues ſui cōmodi cā longinqua petunt:uolant alte ut ꝓcul ꝓſpiciāt:inſurgēte tēpeſtate aut nubibus terrā petunt. Ducē habēt:& ii q̃ clament poſiti in extremo agmine:ut uox pcipi poſſit. Cū dormiūt cæteræ ſub ala caput tendunt alternis pedibus inſiſtētes. Dux detecto capite ꝓſpicit: & qđ uiderit uoce ſignificat. ¶ Intyba: græcū eſt latine dr̄ endiuia:arabice hūdebe. Pli. aūt ait intubū erraticā apud nos qdā ambulā appellāt in ægypto cicoriū. ¶ Pater ipſe.c.h.f.e.u.u. recte ad ſummū ipſum deū referri pt q nō inuidia q̃ abeſt a diuina mēte:ſed amore ut humanū genus excultius reddere:& a ſegnitie ad actionē traduceret:nō nobis uictū facilē:ut reliqs animantibus ꝑbuit.

Grues

¶SER. Veterno:pigritia:nã ueternũ dicit̃ morbꝰ icus.i.ὑδρωψ:q̃ hoĩes efficit pigros:& dr̃ ĩtercus ĩtercutis. ¶Subigebãt.i.ſuo labore colebãt.¶Arua:Nec ſignare qdẽ aut partiri limite cãpũ:diuidere & deſignare.¶Fas.i.liceti.¶In mediũ q̃rebãt:ĩ cõe.¶Oĩa li.qa ſupra ait:Atq; ĩpat aruis.Bene.Tũc.n.libere cũcta ſpõte ꝓferebãt: nũc ãt ĩperãte alio ꝑ laborẽ culturæ ſeruiũt.¶Malũ ui.bene addidit malũ ad diſcretionẽ epithetõ:nã uirus & bonũ & malũ ẽ:ſicut uenenũ:nã idẽ ẽ.uenit ãt a græco:nã & illi φαρμακον mediũ hẽnt.i.bonũ & malũ.Sane uirꝰ hodie tres tãtũ hẽt cãus:hoc uirꝰ:hoc uirus:o uirus:antiq huiꝰ uiri dicebãt.Lucre.Tetri prĩordia uiri.¶Ignẽq; re. nõ penitꝰ ſuſtulit:ſed occuluit:uñ ẽ Quærit ꝑs ſemina flãmæ Abſtruſa ĩ uenis ſilicis.¶Paſſim: abũdãter ubiq;.¶Riuis:fluminibꝰ.¶Excuderet:ſtudioſe reperet & coleret.¶Frumẽti he.ꝑiphraſis ſegetis.¶Nauita:ꝓ nauta: ſicut Mauros ꝓ Mars.¶Numeros: aut currẽdi modos.i.ortꝰ & occaſus:qđ ſi ẽ:q̃ſi rẽ philoſophoꝝ ꝑtermiſit.nã tãtũ de noĩbꝰ dicit:ut pleiadas hyadas:Aut certe re uera ait nũeros.Nã Hipparchus ſcri.đ ſignis:& cõmemorauit ẽt unũqđq; ſignũ quot claras:quot ſecũdæ lucis:quot obſcuras ſtellas hẽat: ſm qđ bene cõmemoratis ſignis:q̃ſi notũ ſtellaꝝ numeꝝ ꝑtermiſit:& ĩ eo cũ dixit.¶Nautã ſtellis nũeros & noĩa feciſſe:ſignificat neceſſitatẽ q̃rẽdaꝝ rerũ q̃ añ ſpõte ſua cũctis ꝓueniebãt:hoĩes nauigãdi ꝑitiã & ſtudiũ repiſſe:& ex eo qđ ſequit̃ id qđ ꝑcedit oſtẽdit nauigãdi:Quippe ꝑitiã ſeq̃t ſtudiũ motꝰ & rões ſideꝝ cognoſcẽdi ꝑp tempeſtatẽ maris & uentoꝝ motus.

¶PRO. Nec torpere graui paſſus.ſ.r.u. Veternũ grauem ſomnum uolunt intelligi ſpectantem ad interitum:quem medici Lethargum uocant.

Nec torpere graui paſſus ſua regna Veterno.
Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni
Nec ſignare quidem aut partiri limite campũ
Fas erat.in medium quærebant.ipſaq; tellus
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.
Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris
Prædariq; Lupos iuſſit pontumq; moueri
Mellaq; decuſſit foliis ignemq; remouit
Et paſſim riuis currentia uina repreſſit
Vt uarias uſus meditando extunderet artes
Paulatim & ſulcis frumenti quæreret herbã
Et ſilicis uenis abſtruſum excuderet ignem.
Tunc Alnos fluuii primum ſenſere cauatas.
Nauita tum ſtellis numeros & nomina fecit

¶ANTO Torpere:pigra eẽ & ſegnia.Oui.n.ait de prĩo ſæculos Mollia ſecuræ ꝑagebãt ocia gentes.¶Veterno.i.ſõno: nã ut Feſt.inq̃t ueternoſus dicit̃ q graui ꝑmit̃ ſomno.Probus ẽt inq̃t: ꝙ ueternũ grauẽ ſomnũ uolũt ĩtelligi ſpectãtẽ ad ĩteritũ quẽ medici lethargũ uocãt.Pli.ẽt ait li.viii.de urſis.¶Tã graui ſomno ꝑmũt̃:ut ne uulneribꝰ qdẽ excitari q̃ant:tũc mirũ:modũ ueterno pigueſcũt.¶Colõi:agroꝝ cultores.¶Limite.i.trãite.Vir.l.xii. Limes agro poſitus:& Fe.ait.Limites ĩ agris nũc termini:nũc uiæ trãſuerſæ.¶Nec ſi.q.iure cõi priuati ac ſeparati agri nihil erat:iure uero gentiũ agris termini poſiti qđ qdẽ notat̃ lege ex hoc iure gẽtiũ digeſtis de iuſticia & iure:& ĩ paragrapho ius ãt gẽtiũ:ĩſtitu.de iure nãli gẽtiũ & ciuili:ſcri.n.ibi ex hoc iure gẽtiũ ĩtroducta ſũt bella: diſcretæq; gẽtes rega ꝯdita:dõinia diſticta agris termini poſiti &c.¶In mediũ:ĩ cõe.¶Querebãt uictũ.ſ.de quo ſibi ſuꝑ:Chaoniã ꝑigui.¶Oĩa liberiꝰ.Oui.itẽ li.i.met.ait.ipa quoq; ĩmunis raſtroq; ĩtacta nec ullis Saucia uõeribꝰ ꝑ ſe dabat oĩa tellꝰ &c.¶Atris:nigris.¶Potũq; moueri:Oui.ait de prĩa quoq; ætate nõdũ cæſa ſuis ꝑegrinũ ut uiſceret orbẽ Mõtibꝰ ĩ liq̃das pinꝰ deſcẽderat undas.Põtꝰ ãt dr̃ a põtizo.i.mergo.¶Mellaq; d.Naſo li.i.met. de ætate aurea inq̃t:flauaq; de uiridi ſtillabãt illice mella.¶Ignẽq; remouit:iratus Iupiter ꝙ a Prometheo deceptus eẽt ĩ portiõe hoſtiaꝝ:mortalibꝰ eripuit ignẽ:nec carnis uſus utilis hoĩbꝰ uideret̃ cũ eo q nõ poſſet:de quo latiſſime Iginus.Pyrodes ãt cilicis filius ignẽ e ſilice ĩuenit.At eũdẽ aſſeruare ĩ ferula Prometheus auc.Pli.li.vii. ¶Currẽtia ui.Oui.ẽt ait:flumĩa iã lactis iã flumĩa nectaris ibãt.¶Vſus:opus uel utilitas.¶Meditãdo: excogitãdo.¶Extũderet:extorq̃ret uel ĩuẽiret auc.Nonio.¶Sulcis quær.i.arãdo.¶Frumẽti:herba.i.ſegetes.¶Excuderet:cudẽdo eliceret ẽ.n.cudere a cudẽdo dictũ:ut Feſt.ait.¶Alnos:cauatas:ꝑiphraſis ẽ nauiũ.Alnus.n.pinus & piceæ ad aq̃rũ ductus ĩ tubos cauãt̃:opꝛutæ terra plurimis durãt ãnis Pli.li.xvi.¶Stellis nu.Pli.li.ii.cap.xlii.ſcri. eẽ.lxxii.ſigna q̃ ſũt reꝝ aut aĩantiũ effigies ĩ q̃s digeſſere cælũ periti.ĩ iis qdã melle ſexcẽtas ãnotauere ſtellas inſignes uidelicet effectu:uiſuue Iginus ãt ſcri.ꝙ Mercurius primus mẽſes ĩſtituit & ꝓuidit ſydeꝝ curſus.Euhemerus uero primã ait Venerẽ aſtra cõſtituiſſe & Merc.demõſtraſſe:ſed Mani.li.i.ait:Tu prĩceps auctorq; ſacri cyllenie tãti ꝑ te iã cælũ ĩ terris iã ſydera nota.Ioſephus ãt ſcri.ꝙ Adã duas colũnas reliq̃t.Vnã æneã alterã lateritiã in q̃bus ſyderũ motus deſcripſerat Lact.li.ii.ca.xiiii.docet ægyptios oĩum prĩos curſus ſydeꝝ & defectus notaſſe Dio.li.iiii.Atlãtẽ de ſphæra primũ ĩter hoĩes diſputaſſe.Pli.ẽt.li.vii.Atlãtẽ lybiæ filiũ aſtrologiã ĩueniſſe ſcri.ut alii dicũt aſyrii.Sphærã ĩ ea mileſius Anaximãder ĩuenit.Syderũ obſeruationẽ in nauigando Phœnices.

¶CHRI. Veternũ:grauẽ ſignificat ſõnũ ut refert Pro.quẽ medici læthargũ noĩant põit̃ ãt ꝓ deſidia & ſq̃lido ſitu.Hĩc Terẽ.Veternoſum eunuchũ.i.deſidẽ.Alii ueternũ uolũt eẽ hydropoſiã.¶Virus:nõ ſolũ uenenũ ſignificat:ſed uehemẽtẽ grauẽq; odorẽ:& abominabilẽ.Quapp Pli.ĩ q̃buſdã herbis huiuſcemodi odorẽ uirus dixit. Hora.ẽt ſic orridus ille defluxit nũerus Saturnus.Et graue uirꝰ mũditiæ pepulere.¶Prædari:Nã & ui ĩuadit: & ĩſidiis excipit.¶Mella:đ his dicẽus ĩ.iiii.¶Vina:fabuloſũ ẽ tñ aq̃ tradit̃ eẽ lynceſtis q̃ uocat̃ acidula q̃ uini mõtemulẽtos facit.itẽ ĩ Paphlagonia:& ĩ agro caleno:& in andro ĩſula ĩ tẽplo liberi patris fons ẽ q:ut ait Mutianꝰ ter cõſul ſingulis annis kal.Ianua.uinũ fluit:ait Pli.¶Vt uarias.u.nõ odio aut liuore q ut ait Plato a diuino choro ab ẽ:ſed ut hoĩes ĩ difficultatibus ita exerceret:ut meliores acutioreſq; redderet.¶Paulatĩ:nã nulla ars:& ĩuẽta ſimul:& ꝑfecta ẽ ſed ꝑ uaria addimẽta a tenui prĩcipio ad ſummũ uſq; ꝓducta eſt.¶Herbã:nã primo naſcit̃ herba a q̃ mox culmus erigit̃ q fert ſpicas primũ cũ antea nõ nauigaſſet nauẽ primã in græciã inuexit Danaus ex egypto:ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro a rege Erytra:Sunt qui dicant myſios:& troianos priores excogitaſſe in helleſponto cũ tranſirent aduerſus Thracas: Longa naui Iaſonem primum enauigaſſe

Veternoſus

Limes

Alnus

Virus

Philoſtephāus refert at Ageſias pthalū:Cteſias:Samirā:Saphāus:Semiramī:Archimachus: Aegeonē: Biremē erithreos feciſſe refert Damaſthenes triremē Amocles Corynthius īuēit teſte Tucidide.¶ Ignē:nōnulli ex ægypti ſacerdotibus aiūt Vulcanū prīo in ægypto regnaſſe q cū ignis īuētor fuiſſet pp huiuſmodi beneficiū prīcipatū aſſumpſit.Nā cum in montibus habitaret:uidit arborē fulmine tactam cremari:& ſyluā inde accendi:acceſſit:& utilitatē ignis (Nā hyemale tēpus erat)ſenſit:& igni deficiēti ligna addēs ignē nutrire didicit: Hæc Dio.

Inuētio Ignis

Pleiadas Hyadas claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras & fallere uiſco.
Inuentū & magnos canibus circundare ſaltus.
Atq; alius latum funda iam uerberat amnem
Alta petēs pelagoq; alius trahit humida lina.

¶SER. Pleiadas:ſignū ē ante genua tauri:ꝙ ortu ſuo primæ nauigatiōis tps oſtēdit: unde græce pleiades dñr απο του πλέειν latine uergiliæ a uerni tpis ſignificatiōe quo oriunt.¶ Hyadas:ſignū eſt in frōte tauri:qđ ortu ſuo efficit pluuias:un̄ ſtellæ hyades uocant απο του ὕετου: q̄s latini ſuculas appellauerūt. ¶ Claráq; lycaōis arctō:Elicē dicit.i.maiorē ſeptētrionē:nā minor appellat cynoſura.Lycaōis āt ſubaudi filiā:ut Deiphobe glauci.Lycaon.n.rex archadiæ habuit filiā Caliſto:quā quom uitiaſſet Iupiter:Iuno in urſam cōuertit:& poſtea Iupiter miſeratus ī ſignū trāſtulit.¶ Tū laqueis captare feras & fallere uiſco Inuentū:unus ſenſus ē diuiſus īterpoſitiōe alterius:nā laqis feras captare aduenationē ptinet.i.illaqare feras ī curuatis arboribus. ¶ Fallere uiſco:ad aucupiū.¶ Et magnos canibus circūdare ſaltus:Itē ad uenationē:male autē de aucupio reſpuunt totū referētes ad uenationē:& dicūt fallere uiſco ꝓ uiſceratione poſitū.Conſtat.n.luparios carnibus tinctis ueneno lupos necare:ꝙ iō non ꝓcedit:qa hoc uiſcū huius uiſci facit: ſicut tēplū templi: unde eſt Fallere uiſco. Viſcus uero:ideſt caro:uiſceris facit: ut pecus pecoris:& ſi de carne loquebatur:uiſcere debuit dicere.Lucretius. Permixtus uiſcere ſanguis.Itē ipſe:Viſcus gigni ſanguenq; creari:primo de nautis & nauigio inuento:poſtea de uenatione dixit: nunc de piſcatoribus loquitur:cuncta.n.neceſſitas inuenit.¶ Funda iam uerberat:genus eſt retis dictum a fundendo:ideſt retiaculum:qui dicitur βολος.¶ Humida lina:uerriculum ſignificat.

¶PRO. Pleiadas hyadas.c.l.q;.a.Pleiades uergilie dicunt (ut quibuſdā liquet) quia ſint Atlantis & pleiones filiæ:uel απο του πλέειν dictæ.Iccirco qđ earū ortu prima cura ſit nauigio:quarū mentionē facit Ouidius in phænomenis dicens de perſeo:Pleiades ante genus ſeptē radiata feruntur: Sed tantum apparent ſub opaca ſeptima nube: hyades exiſtimantur eſſe in cornibus tauri:aut in ore: quas imperiti ſuculas appellāt arbitrantes απο του σῦν hyadas dictas.Sed errant:dicte ſunt.n.απο τοῦ ὕειν:hoc eſt aſpargēdo.Eſt enim pluuium ſidus: hoc non temere oritur ut non imbres ſequant.¶ Lycaonis arcton:dicit urionem:& uulgarem ſequitur hiſtoriam.Iupiter enim Caliſto Lycaonis filiam creditur mutatus in dianam compreſſiſſe:quæ grauida mutata in urſam ira Iunonis peperit puerum Arcada:quem Iupiter ne uenans matrem feriret:mutatum in eandem formam cum ea inter ſidera rettulit.ſunt autem ibi duæ urſæ maior & minor:maior helice:minor cynoſura uocatur.¶ Cum iam gl.atq; arbuta.ſ.d.ſ.e.u.d.n.arbuta ſunt arbuſculæ:quæ in ſiluis frequenter naſcuntur: quæ pleriq; Vnedones uocant:dodona locum continentem q̄rcus:quæ continentur erat dicta eſt autem templum dodonei Iouis in chaonia parte epiri:quæ hoc nomine appellatur.

¶ANTO. Pleiadas:Plinius libro ſecundo capitulo quadrageſimoſecundo ſcribit eſſe in cauda tauri ſtellas ſeptem quas appellauere uergilias inquit in fronte ſuculas:idem uero Gellius quoq; libro duodecimo capitulo nono aſſerit dicens.Sicuti cæteræ partes:& reliqua imago tauri confirmata: & quaſi depicta eſt locis regionibuſq; earum ſtellarum quas græci pleiadas:nos uergilias uocamus Iginus etiam docet inter tauri finitionem:& arietis caudam ſtellas eſſe:quas Vergilias noſtri græci autem pleiadas appellauerunt.Dictas autem: & ꝙ ex Pleione occeani:& Athlante ſint natæ.Hæ numero ſeptem dicuntur: ſed nemo amplius q̄ ſex uidere poteſt:extimanturq; choream ducere ſtellis:ea ſtellas uergilias noſtri dixere:ꝙ poſt uer exoriuntur. Ex prædictis ergo patet pleiades non eſſe ſignum ante genua tauri:ut ille dixit.De hiis autem latius habetur libro quarto faſtorum.¶ Hyadas:ſcribit Iginus taurum habere in cornibus ſingulas ſtellas:utriſq; oculis ſingulas:in frōte media unam:ex quibus locis cornua naſcuntur ſingulas quæ ſeptimo ſtellæ hyades nuncupantur. Gellius autem libro duodecimo capitulo undecimo docet ꝙ hyades a nobis primo ſyades deinde ſuculæ appellatæ: hyadeſq; ab hyo:ideſt pluo:nam & quum oriuntur:& quum occidunt largos imbres cient: ſed de eiſdem latius Gellius Claramq; lycaonis arcton:de arcto maiori loquitur hanc autem Igino teſte: Heſiodo.ait eſſe Caliſto.nomine Lycaonis filiam quæ a iunone in urſe ſpeciem conuerſa fuit:cum autem Archada puerum ex ioue genuiſſet ipſam cum filio iuppiter inter ſydera collocauit eamq; Arcton:filium autem Arctophylaca nominauit minorem uero arcton Iginus idem Cinoſuram eſſe unam de iouis nutricibus ſcribit ſic etiam Elicem hinc pro beneficio in mundo collocatas:& utraſq; arctos dictas: quas noſtri ſeptentriones dixerunt. Omnes autem qui peloponneſum incolunt maiori utuntur arcto phœnices uero minori:q̄ ſtudioſus perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimarentur:hinc apud Ouidius faſtorum libro tertio legitur eſſe duas arctos quarum cynoſura petatur ſydoniis elicem graia carmia notet. ¶ Claram arcton: clarā ait quoniam maior arctos ſtellas habet uigeſimoprimo minor uero ſtellas habet tantummodo ſeptem.¶ Fallere:uidelicet aues:nam feræ uiſco non capiuntur.¶ Funda:iaculo:ræte.¶ Humida lina:ideſt rætia ipſa.

Pleiades

Hyadas

Funda

¶CHRI. Funda:genus retis a fundendo dicta quia e ſuperiori loco a piſcatoribus funditur ita ut in circuitum ſe extendens quicquid piſcium intra ſe deprehendit capiat:Dicitur & funda inſtrumentum quo funduntur:cōtorquenturq; lapides:quæ in balearibus inſulis reperta eſt.¶ Trahit humida lina: deſcribit aliud genus retis quod per aquas trahitur.Lina autem pro retibus pusuit ſcilicet materiam pro eo quod ex materia fit: hoc uerriculum dicitur ab eo quod eſt uerro:ideſt traho:ut Quippe ferant ſecum rapidi uerrantq; per au.

Tum ferri rigor atq; argutæ lamina Serræ.
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum
Tum uariæ uenere artes. labor omnia uincit
Improbus & duris urgens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Inſtituit cum iam glandes atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſiluæ & uictum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor addit⁹ ut mala culmos

¶SER. Rigor:durities:Vnde & rigidus durus hō dicit. ¶ Argutæ ſerræ:ſtridulæ:ſonoræ:& dicitur Perdix ſororis Dædali filius īueniſſe circinū & ſerrā. ¶ Fiſſile:q̄ findi pōt:tū uariæ uenere artes:ex neceſſitate.ſ.diuerſa/rū rerū:q̄bus hoīes repreſſa ſpōtanea cūctarū rerū origine:& terrarū fructificatiōe ceperūt egere. ¶ Labor īpro/bus:nel magnus:uel nulli ꝓbabilis:nullus eſt.n.amator laboris. ¶ Duris urgēs in rebus:urgēs:inſiſtēs:cogēs:& q̄ſi īportune. ¶ Egeſtas:indigētia rerū:Perſius:Magiſter artis ingeniiq; largitor Vēter negatas artifex ſeq uoces. ¶ Pria ceres:pria Ceres omne genus agriculturæ hominibus indicauit:ſupfluo.n.q̄ſtionē mouent:qdā cōmē/tarii dicētes.Oſyrim uel Triptolemū aratrū inueniſ/ſe:Nā aliud eſt unā rē inuenire:&aliud omnē agricul turā docere:qđ fecit Ceres:Nā ferrū dicēdo cūcta ge/neraliter ruſticorū arma cōplectit. ¶ Sacræ Deficerēt ſiluæ :emphaſis eſt.i.ēt ſacræ:q̄rū ſterilitas cæterarū quoq; ſignificat in fœcūditatē.Arbuta āt ſunt rubra pōa ſiluarū:q̄ Pli.unedones uocat : aſpitate ſui plura edi ñ poſſunt. ¶ Victū do.ne.dodōa ciuitas epiri : iux ta quā ē nemus Ioui ſacratū:& abūdās glādibus ſem p:unde κατ ἐξοχὴν dodōæ: efficit mentionē & totū quod dicit hic hoc eſt :prius hoīes ut legimus glādi/bus paſti ſunt:nec aliud ad uictū q̄rebāt:cū igit iā de/ficerēt glandes:& nō ſolū q̄libet ſiluæ ſed ēt ſacræ: ui ctū hominibus negarēt & cū aliis ſiluis ipſa quoq; Dodōa ciuitas:q̄ iuxta ſe nemus Ioui cōſecratū habebat glā/des uſibus humanis ſubtraheret:Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus īdicauit. ¶ Labor additus: aut datus:ut nihil mali ante habuerint:aut re uera additus:quia ante erat quidem labor: ſed tantum herbarū intyborum: poſtea acceſſit rubiginis:carduorum.

¶ANTO. Tū ferri rigor.ſ.inuētus eſt Pli.li.vii.ait q̄ ferrū Heſi.in Creta eos inueniſſe ſcri.q uocati ſunt dacty li idæi:fabricā ferreā inuenere Cyclopes rigor durities.Feſtus inq̄t Rigidū p̄ter modū ſignificare frigidū & du/rū. ¶ Argutæ:ſonoræ. ¶ Lamia:ea dr̄ lata portio ferri:æris:plūbi:ſtagni:auri:argēti:bractea uero potius auri ar gētiue ac orichalci ē.n.tenuis:& ſua ſpōte plicabilis lamina aūt craſſior. ¶ Serræ.Pli.li.vii.ſcri.Dedalū fabricā ma teriarī īueniſſe:& in eā ſerrā aſciā ꝑpēdiculū:terrebrā:glutinū.Normā aūt:& libellā:& tornū: & clauī theodorꝫ ſamiū.Oui.tamē lib.viii.meta.oſtēdit.Perdicē Dædali ex ſorore nepotē:circinū:& ſerrā inueniſſe traxerat.n. in exēplū ſpinnas in medio piſce notatas:de quo ēt ibim ut cui cā necis ferra repta fuit Diod.uero li.v.ſcri.q̄ Talus adoleſcens filius ſororis Dædali q ab eo erudiebat:īgenii acumine īuenit rotā:qua figuli utunt.Deīde repta ſer pētis maxilla paruulū cū ſecuiſſet lignū imitatus poſtea dentiū ſerpētis ſpiſſitudinē:ſerrā ferreā fabricauit. Re/perit ēt & tornū:inuidia motus.Dædalus hunc puerū dolo īterfecit. ¶ Labor omnia uin.hinc etiā Manilius lib. primo ait oīa conādo docilis ſolertia uīcit.Quantū autē labor in agricultura ualeat legito exemplū Caii Furii Creſcini apud Pli.lib.xviii.ca.vi. ¶ Improbus:ſæuus:ingens:ultra modū. ¶ Vrgens in rebus egeſtas.Oui.itē lib. ii.de arte ait:ingenium mala ſæpe mouēt &c.Manilius item lib.i.inquit.Et labor ingeniū miſeris dedit: & ſua quēq; Aduigilare ſibi iuſſit fortuna p̄mēdo.Dio.quoq; li.i.ait Neceſſitatē īpam rerū magiſtrā ſingulorꝫ peritiā īgeniis ſubminiſtraſſe. ¶ Aegeſtas: īdigentia neceſſitas. ¶ Prima ceres:Ouidi.quoq; li.v.meta.ait prima ceres un co glebā dimouit aratro:Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.Prima dedit leges:cereris ſunt oīa munus Diodo.aūt li.vi.in principio ſcribit q̄ ſiculi tradunt Siciliā Cereri:& Proſerpinæ ſacrā eſſe:has ſimul deas prin/mum in Sicilia uiſas inq; eā primo frumentum terræ bonitate ortū in agro autē Leontino:multiſq; præterea ſiciliæ locis ēt tēpore ipſius Diodo.ut īquit oriebat agreſte triticū.Quū autē raptā filiā Proſerpinā q̄reret hoīes q eā grate ſuſceperāt:frumēti uſum edocuit:hæc eadē leges dedit quibus iuſte pieq; hoīes uiuere aſſueſcerēt: ex quo:& legiferā dixerūt plura Dio.& nos latius ibi liber:& alma ce. ¶ Sacræ:ſi ſacræ q̄to magis:& Aliæ.Eſt ergo emphaſis.i.demōſtratio:de q̄ Fab.li.ix. ¶ Victū:cibū a uiuēdo dr̄. ¶ Dodōa:ab excellētia nemoris dodonā poſu/it.dodōa.n.ī Epiro Ioui ſacra erat:nā illic tēplū:& oraculū fuerat ei cōſtitutū:qđ lati⁹ apuimus ecloga.ix. ¶ Vt/q; Pli.li.ii.c.cvii.docet in dodōa Iouis fons erat gelidus:q īmerſas faces extīguebat:ſi tñ extīcte admotæ fuiſſent accēdebāt.Mox deīde. ¶ Et frumētis la.ad.labor erat hoībus arādi:ſerēdi:& ſimiliū.Deīde additus eſt ēt frumē tis labor uidelicet rubiginis:carduorꝫ &c. ¶ Labor calamitas.

Lamia
Bractea

¶CHRI. Lamia:in metallis dr̄ quoties ipſa materia cudēdo extenuat. ¶ Rigor durities:nā cæteris metallis rigidius ē:de quo alibi.Sed ferrū Heſi.in Creta eos q uocati ſunt:dactili idæi īueniſſe refert fabricā ferreā īuener Cyclopes:ut placet Pli.duo igit dicit īuentū fuiſſe ferrū:& deīde ex eo ferro inuētā fuiſſe ſerrā.Serrā āt aſciā ꝑpē diculū:terrebrā:& glutinū:& ichthycolliā Dædalū īueniſſe auctor ē Pli.Diod.uero ſic.huiuſcemodi inuētū Ta lo eius ex ſorore nepoti attribuit.Nā cū ſerpētis maxillā inueniſſet:illaq; paruū lignū ſecuiſſet eius dētiū imita/tiōe ferreā ſerrā machinatus ē.Secūdū Euſe.Glaucus chius primus ferri glutinū excogitauit. ¶ Labor īduſtria: & exercitatio:& expientia diligētiſſima q̄ nō fit ſine ſummo labore:unde dixit īprobus.i.īexplicabilis:ut ſupra. ¶ Improbus an.ut ſit ſententia nunq̄ tantum laboris adhiberi ab hominibus circa rerꝫ inuentiones quin aliq̄d reſtet. ¶ Ceres:de hac dea in ſuperioribus dictum eſt.Sunt qui dicāt Cererem antiquiſſimam fuiſſe Siciliæ regi nam:& quoniam frumētum in ea īſula primo propter ſoli fertilitatē natum eſt potuit rationē frumēti ſerendi aliis oſtendere.Nam & Diodo.ſicu.ſuo tempore frumētū agreſte:& in agro leōtino:& ī multis aliis locis naſci ſcripſit.Idēq; plura alia de Cerer ſcripſit.illud uero ī primis qđ ēt plurias optimaſq; leges ad uitā humanā optie īſtituēdā tulit.Vñ Themoſophora noīata ē.Quibus rebus nihil mai⁹ eē p̄t cū & uiuere: & bñ uiuere in illis ſit.

¶SER. Eſſet:cõſumeret:ut Eſt mollis flamma medullas.Rubigo ãt genus eſt uitii:quo culmi pereunt:ſed
abuſiue rubigo dicitur:nam proprie rubigo eſt:ut Varro dicit uitium obſcenæ libidinis:qđ ulcus uocatur:id
autẽ abundantia & ſuperfluitate humoris ſolet naſci:q̃ græce σατυριασις dicit.¶ Segnis carduus:inutilis in/
fœcundus.¶ Aſpera ſilua:notandũ etiam de herbis ſiluã dictam.¶ Infelix lolium:infœcundũ:contra Felicem q;
trahit limũ.¶ Steriles auenæ:ad diſcretionẽ earum quæ ſeruntur.¶ Quod niſi & aſſiduus terram: Iam conclu
dit:& hoc dicit niſi ſæpe ſarrieris:propter illud:Et amaris intyba fibris Officiunt:niſi aues fugaueris propter il
lud:Stymoniæq; grues:niſi falce amputaueris rãos:
propter illud:Aut umbra nocet:niſi uotis inuocaue
ris pluuias:ꝓpter humida ſolſtitia:atq; hyemes ora
te ſerenas: ſine cauſa ingẽtis frumenti alieni aceruos
aſpicies: per quod oſtẽdit ruſticum ſua inertia famẽ
nõ anni uitio ſuſtinere.¶ Inſectabere: pro inſectatus
fueris futurũ indicatiui:ꝓ futuro ſubiunctiui.¶ Ra/
ſtris:ſarculis.¶ Terrebis:ꝓ terrueris.¶ Premes um/
bras:coartabis:& ĩminues.¶ Vmbras.i.ramos arbo/
rũ incumbẽtes ſegetibus amputãs.¶ Votiſq; uocaue
ris Imbrẽ:ut inuoces fore tibi pluuiã.¶ Alterius acer
uom:qui hæc accurate egerit.¶ Fruſtra ſpectabis:in
alio cernens:qđ ipſe nõ habeas.¶ Famẽ ſolabere:ac ſi
diceret ne glandibus quidem ſatiaberis:quia dixerat
Et uictum dodona negaret.¶ Duris agreſtibus:quia
in labore durant.¶ Arma:inſtrumẽta:ut alibi:Cerea
liaq; arma.¶ Quis ſine:ſine q̃bus ſeri ſeminari.¶ Sur
gere:creſcere.¶ Vomis:& ab eo qđ eſt uomer: & ab
eo qđ eſt uomis uomeris facit:ſed rationis eſt uomer. Nam uomis uſurpatum eſt: rarũ enim eſt:ut in is exeun
tia.ri.in obliquis recipiant:ut cinis puluis:talis eſt & in græcis ratio:nam actin & actis dicũt:delphin & delphis
eleuſin & eleuſis:ſed uerius in n deſinunt:qđ in obliquis habent:ut acti nos: eleuſinos delphinos.¶ Graue ro/
bur:propter ſulcos altius imprimendos:inflexi autem pro flexi:nam in abundat.

Eſſet Rubigo ſegniſq; horreret in aruis
Carduus intereũt ſegetes.ſubit aſpera ſilua.
Lappæq; Tribuliq; interq; nitentia culta
Infelix Lolium & ſteriles dominantur Auenæ.
Quod niſi & aſſiduis terrã inſectabere raſtris
Et ſonitu terrebis aues & ruris opaci
Falce premes umbras uotiſq; uocaueris ĩbrem
Heu magnũ alteri⁹ fruſtra ſpectabis aceruom
Concuſſaq; famem in ſiluis ſolabere Quercu.
Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma
Queis ſine nec potuere ſeri nec ſurgerẽ meſſes.
Vomis & inflexi primum graue robur Aratri

¶ANTO. Eſſet:carperet aſſumeret:¶ Rubigo:ait uicium eſt rodens ferrum:uel ſegetes quaſi rodigo.Vn/
de olim robigo dicebatur.Pli.autem lib.xviii.de uitiis frugum ait.Celeſte frugum uinearumq; malum nullo
minus noxium eſt rubigo:frequentiſſima hæc in roſcido tractu:conuallibuſq;:ac perflatum non habentibus:
e diuerſo carent ea uentoſa:& excelſa.Feſtus autem ait:ꝙ rubigalia dies Feſtus.vii.calend.maias quando puta/
bant rubiginem uertere colebantur:& Pli.lib.xviii.inquit ꝙ rubigalia numa conſtituit:quæ agebantur.vii.ca/
lendas maias:quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat.¶ Segnis:Sterilis:& ſegnitiem præbens ſegeti.¶ Car/
duus:uide in Buco.¶ Subit: ſuccedit.¶ Lappæq;.Pli.lib.xviii.de uitiis frugum ait lolium: & tribulũ: & carduũ
lappamq; non minus q̃ rubum inter frugum morbos q̃ ĩter ipſius terræ peſtes numerauerim.De tribulus au/
tem latius Plini.libro.xxi.& li.xxii.¶ Nitentia culta:ſplendentia: & arata arua.¶ Lolium: de hoc late diximus
ecloga q̃nta.¶ Steriles auenæ:de auenis etiam latius ecloga quinta.¶ Quod niſi:prædictorum epilogum facit
dixerat.n.Multum adeo raſtris &c.Eſt autem ſenſus ꝙ q̃uis prædicta ab agricola fierent: niſi ſequentia quoq;
agerentur fruſtra ꝑdicta omnia forent.¶ Terrebis aues:propter illud Nihil improbus anſer &c.¶ Premes um
bras:propter illud.Aut umbra nocet.¶ Opaci:umbroſi.¶ Premes cohibebis: excindes.¶ Arma inſtrumenta:
de quibus late Cato in libro de re ruſtica.ca.x.& Varro libro primo ca.xxii.¶ Vomis:uomerum plura ſunt ge/ Vomer
nera.¶ Culter:uocatur prædenſam terram ſecans priuſq̃ proſcindatur:futuriſq; ſulcis ueſtigia præſcribens in/
ciſuris:quas reſupinus in arando mordeat uomer.Alterum genus eſt uulgare roſtratum uti uectis. Tertium
in ſolo facili:nec toto porrectum dentali ſed exigua cuſpide in roſtro latior.Pli.lib.xviii.id ſcribit.¶ Graue ro/
bor:ideſt graue lignum eſt itaq; robor per or non per ur legendum quoties pro ligno ponitur. Robor.n.q̃uis
arboris ſpecies ſit tamen pro omni ligno poni ſolet:ut & gramẽ pro oĩ herba:q̃uis pro ꝓpria ſpecies ſit.¶ Gra/
ue:id ait:ut terra altius ſubigatur.¶ Tarda:pro tarde Eleuſinæ matris:Erat Eleuſin op.aticæ regiõis:ut Pli.ſcri
bit.lib.iiii.Ibi autem eleuſinæ Cereris templum extabat:ut Strabo docet lib.ix.¶ Plauſtra:ea ſunt uehicula qui
bus opera deferuntur:ut frumenta legumina:item lapides aſſeres:tignum. Cereris autẽ eleuſinæ plauſtra poe/
ta dixit:quoniam auctore Iuſti.lib.ii.ſub Erechtheo athenarũ rege frumenti ſatio apud Eleuſin a Triptolemo
reperta eſt:ubi & Cereris templum erat:ut diximus.

¶CHRI. Carduus herba ſpinoſa:quæ dipſacos græce dicitur:ideſt ſitiens ꝙ ſemper aquam habeat in foliis.
Arabice uocatur conca.¶ Carduus ſilueſter:ut refert Plinius dicitur ſcolimon & foliis ꝙ caule ſpinoſa lanugi/
nem fert florem purpureum mittit inter medios aculeos.¶ Lappæ:& maior:& inuenitur: & minor lapa. Ma/
ior uocatur bardana Pli.mirabile inquit in lapa ꝙ adhereſcit:ꝙ in ipſa flos naſcitur nõ euidens:ſed intus occul/
tus:& intra ſe ſeminat uelut animalia quæ in ſe pariunt.¶ Auenæ:hæc herba græce dicitur egilops:ſerpit inter
ſegetes cum foliis tritico.Similibus ſimplicibus quidem:ſed hirſutis cum tenui calamo habenti in ſumitate ſe
men tribus tegumentis opertum ex quibus ariſtæ ſimiles capillis extant:Arabicæ dicitur deuſer.¶ Steriles:nã
eſt etiam frugifera auena cuius granis iumenta paſcuntur.¶ Votis:nam quæ non ſunt in noſtra poteſtate illa
deos rogare debemus.At in hoc loco monet etiam religioſos.¶ Vomis: quod terram uomat.¶ Duris: quorũ
corpora laboribus durata ſunt.

Tardaqꝫ Eleuſinæ matris uoluentia Plauſtra
Tribulaqꝫ Traheæqꝫ & iniquo pōdere raſtri
Virgea præterea Celei uiliſqꝫ ſupellex
Arbuteæ crates & myſtica Vannus Iacchi
Oia quæ multo ante memor prouiſa repones
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſiluis magna ui flexa domatur
In burim & curui formā accipit Vlmus aratri
Huic a ſtirpe pedes Temo protentus in octo
Binæ aures duplici aptantur Dentalia dorſo.

¶SER. Tardaqꝫ Eleuſinæ m. Eluſin ciuitas ē atticæ ꝓuītiæ nō lōge ab athenis: ī q̄ quom regnaret Celeus: & Cererē filiā q̄rētē liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet: illa ꝓ munere oſtēdit ei oē genus agriculturæ: filiū ēt eius Triptolemū recēs natū p noctē igne fouit: p diē diuino lacte nutriuit: & eū alatis ſerpētibꝰ ſuppoſitū p totū orbē miſit ad uſum frumētorū hoībꝰ īdicādū: Ergo hoc dicit: Plauſtra uolubilia m̄ris Eleuſinæ. i. q̄lia oſtēdit Ceres apud Eluſin: Aut certe q̄libus m̄r deū coliter: nā ipā ēt ē Ceres. ¶ Tabula: genus uehiculi: quo terunt̄ in area fruges maturæ. ¶ Traheæqꝫ: epēteſim fecit cā metri: ſicut nauita. traha āt genus uehiculi dictū a trahēdo: nā nō hēt rotas. ¶ Iniquo pō. r. ꝓ iniq pōderis: id ē magni. ſ. ſine labore ruſtici glebas poſſint īfrīgere. ¶ Virgea p̄terea celei: uiliſqꝫ ſupellex. i. uaſa de uimine facta: q̄lia Ceres aliq̄do mōſtrauit: ut q̄los: corbes: & cætera. Sane hæc corbis dicēdū ē fœmineo genere ſecūdū Tulliū: q ait: Meſſoria ſe corbe cōtexit. Sane ſupellex uſurpatū: nā artis ē ſupellectilis: genitiuꝰ. n. aut par debet eē noīatiuo: aut maior: ut muſa muſæ: doctor doctoris. Si duabus maiorē īuenerimus: cōtra artē id eſſe māīfeſtū ē: ut anceps: p̄ceps: & pauca alia. ¶ Arbuteæ crates: ex arbuto facte. ¶ Et myſtica uā. iacchi. i. cribꝝ areale. legimus āt & uallus ſecūdū Varronē: qd' id nihilominus ſignificat. myſtica āt iacchi ideo ait: qd̄ Liberi p̄ris ſacra ad purgationē aīæ ꝑtinebāt: & ſic hoīes eius myſteriis purgabāt̄: ſicut uānis frumēta purgant̄: hīc eſt qd' dr̄ Oſyridis mēbra a Typhone dilaniata Iſis cribro ſuppoſuiſſe: nā idē eſt Liber p̄r: in cuius myſteriis uānus eſt: qa ut diximus animas purgat: unde & Liber ab eo qd̄ liberet dictus eſt: quē Orpheus a gigātibus dicit eſſe diſcerptū. ¶ Ante memor ꝓuiſa repones: anteq̄ agriculturā exerceas: ante p̄parabis hæc oīa: q in illius rei ſunt uſu neceſſaria. ¶ Prouiſa. i. p̄parata. ¶ Repones: recondes: & ſilua cuſtodies. ¶ Manet: expectet. d. g. r. ideſt ſitu gloriā diuini ruris uis adipiſci: aut ſi id tibi cōceſſum eſt cælitus: ut gloriā ruris habeas. ¶ Diuini autē a diis cōditi: qa terra dea dicit̄. ¶ Cōtinuo: prīcipio ſtatī: aut priuſq̄ agriculturā ceperis. ¶ Vi: uirtute. ¶ Domari: uſui ſeruire cogit̄. ¶ In burim: in curuaturā. Nā buris eſt curuamētū aratri: dictū q̄ſi βοος οὐρα q̄ ſit in ſimilitudinē caudæ bouis. ¶ Formā: modū. ¶ Huic. i. aratro. ¶ A ſtirpe: a radice: uel ima ſūmitate. ¶ Tēo: ad quē ligāt̄ uel iungūt̄ boues. ¶ Pedes ꝓtectus ī alto: ſubaudi aptat̄. ¶ Binæ: duæ qbus latior ſulcus efficiat̄. ¶ Duplici dētalia dorſo: dētale eſt lignū ad qd̄ includit̄ uomer. duplici aut dorſo dicitur: aut lato: ut Ad duplex agitur per lūbos ſpina. Aut re uera duplici: cuius utrumqꝫ eminet latus. Et fere huiuſmodi ſunt omnes uomeres in Italia.

¶PRO. Tardaqꝫ eleuſinæ m̄ris uoluētia plauſtra: Impiti ea ploſtra appellāt. Sūt. n. uehicula: quoꝝ rotæ nō ſunt radiatæ: Sed tympana cohærentia axi: & iuncta cantho ferreo. Axis autem cum rota uoluitur. Nam rotæ circa eiuſdem cardinem adhibetur: Hoc uehiculum in ſacris Cereris arcanæ: quæ eleuſis appellatur ab oppido eleuſine attico: & id ducunt boues. Eſt præterea oliuæ uiridis ſiliqua folliculus: in quo faba naſcitur.

¶ANTO. Tribula. Var. li. i. ca. ii. īqt Tritura fit apd̄ alios iumētis iūctis: & tribulo. Id fit e tabula lapidibꝰ aut ferro exaſpato q̄ īpoſita auriga aut pōdere grādi trahit̄ iumētis iūctis. Aut diſcutit e ſpica grana: aut ex aſſibus dētatis cū orbiculis: ī quo qs ſedet: ut agitet q̄ trahāt iumēta Pli. quoqꝫ lib. xviii. capitu. xliiii. ſcri. Meſſis ipſa alibi tribulis ī aerea. alibi equoꝝ greſſibus exterit̄: alibi ꝑticis flagellat̄. ¶ Traheæqꝫ: traha gēus uehiculi dictū a trahēdo. nā nō hēt rotas ꝓ eo āt q̄ ē pluraliter trahæ: traheæ dixit e litterā addēs. ¶ Virgea celei. Var. de his q̄ iumēta dicūt ait. Tragula ab eo q̄ trahit̄ p terrā. Sirpea q̄ uirgis ſirpat̄. i. colligēdo īplicat̄ ī quā ſtercus aliud ue qd uehit̄. Ita poeta uirgea ꝓ Sirpea dixiſſe uidet̄. Celeus āt: ut ſcri. Euſe. Eleuſine regnauit quo tpe Triptolemus lōga naui illuc acceſſit diſtribuitqꝫ frumenta. Oui. li. iiii. faſt. Triptolemi patrē fuiſſe dicit. ¶ Suppellex. Var. li. i. ca. xxii. ait iſtr̄m & ſuppellectilē ruſticā oēm oportet habere ſcriptā ī urbe & rure dominū. Villicū cōtra ea ruri oīa certo ſuo q̄qꝫ loco ad uillā eē poſitā. ¶ Arbuteæ crates: ꝓ uehēdis meſſibus: aut ſtercore. Pli. li. xviii. ca. xxxix. ſic ait. Reliq̄ opa nocturna maxīe uigilia cōſtat q̄los crates fiſcinas texere faces īcidere ridicas: p̄parare li. uero. xvi. cap. xii. īqt. Cortex e fago: tilia: abiete: picea: ī magno uſu agreſtiū: uaſa corbeſqꝫ ac patētiora q̄dā meſſibꝰ cōuehēdis
Vānus uindemiiſqꝫ faciūt atqꝫ p̄texta tugurioꝝ. ¶ Vānus: cribrū ē quo frumēta: & legumīa uētilāt̄: ut ſcri. Marcellus: hīc dictū ē uānat euānat: uānat̄ euānat̄. i. uētilat: & uētilat̄. ¶ Myſtica uānꝰ. i. occulta: & ſine apta ſignificatiōe ipſoꝝ ſacroꝝ. ſ. q ꝓprie diuinis uiris ſacerdotibuſqꝫ tātū mō cognita ſūt ī qbꝰ uāno utebāt̄ myſtica: & occulta rōne nā Bacchi ſacra ad purgationē aīæ ꝑtinere aiūt ſicqꝫ eiꝰ myſteriis purgati hoīes: ſicuti: uāno frumēta Myſticos āt græce latīe arcanū ſignificat. ¶ Iacchi: bacchi ſed cur iacchꝰ uideto ī ſilēo. ¶ Gloria: ille ſe qdē ruris gloriā hēt: q oīa ſuo tpe ī aruo colēdo exercuerit: multoqꝫ añ neceſſaria ſibi pauerit. ¶ Diuini: fertilis. ¶ Māet: expectat: ſeu tibi futura ē. ¶ Burī: bura: ut Noniꝰ ſcri. dicit̄ ꝑs poſterior aratri decuruata: hāc Virgi. burī uocauit. Dicit̄ āt bura q̄ſi bouis ura. i. cauda ī cuiꝰ ſimilitudinē formata ē. ¶ Vlmus: Pli. li. xvi. ca. lvi. ſcr. q̄ rigorē fortiſſime ſeruat ulmꝰ: ob id cardinibꝰ craſſamētiſqꝫ portarū utiliſſima qm̄ minīe torq̄t̄ Vlmus: & fraxinꝰ lētæ: ſed facile pādūt̄
Pedis flexibiles tñ ſtāteſqꝫ a circūciſura ſiccatæ fideliores. ¶ A ſtirpe: a radice. ¶ Peds: pedis mēſura ē digitoꝝ. xvi. ¶ Te-
Temo mo: Var. ſcri. q̄ dictꝰ ē a tenēdo. Is. n. cōtinet iugū: & plauſtrū. ¶ Bīæ aures: ſit. n. ſulci latiores fiūt. ¶ Dētalia: dēta-
Dētale le eſt aratri pars prīa in q̄ uomer inducit̄ q̄ſi dens. Duplici dorſo: dentale. n. quadratū fit: ideo duplici dorſo ait.

¶CHRI. Eleuſinæ. m. Cereris q̄ apud Eleuſinā urbē atticæ regiōis colit̄. Vide ſeruiū: ſed & Diod. ait Cererē q̄ritantē filiā ab atheniēſibus bēigno hoſpitio fuiſſe ſuſceptā: ꝓpeaqꝫ illā ſerere frumentū illos docuiſſe: Eleuſi-

nãq; oſtẽdere illos: ubi primũ hoc munus dea dederit. ¶ Myſtica: q̄ in ſacris Bacchi p myſteriũ habet. ¶ Vãnus .n. purgat fruges: & quoniã ſacris bacchi putabant animas purgari: iccirco in illis uannũ adhibebant: ut huiuſmodi purgationẽ ſignificarent. Eſt .n. myſteriũ cũ in ſacris aliqd fit nõ pp illud ſed ut illo aliud ſignificetur.

Cæditur & Tilia ante iugo leuis altaq; Fagus
Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos.
Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.
Poſſum multa tibi ueterum præcepta referre
Ni refugis tenueſq; piget cognoſcere curas.
Area tum primũ ingẽti eſt æquãda Cylindro
Et uertenda manu & creta ſolidanda tenaci
Ne ſubeant herbæ neu puluere uicta fatiſcat.
Tum uariæ illudunt peſtes ſæpe exiguus Mus
Sub terris poſuitq; domos atq; horrea fecit
Aut oculis capti fodere cubilia Talpæ
Inuentuſq; cauis Buffo & quæ plurima terræ

¶ SER. Iugo .i. ad iugum. ¶ Leuis: ideo leuis ne boues laborent. ¶ Stiua: manica aratri qua regitur. Cicero ĩ ſcauriana: Ab ipſa ſtiua mecũ homines loquebãtur. ¶ Currus imos: currus dixit ꝓpter morem prouitiæ ſuæ: in qua aratra habẽt rotas quibus iuuant. ¶ A tergo: poſt tergũ. ¶ Torqueat: uertat. ¶ Suſpenſa focis exploret: probatæ enim ſoliditatis ſunt ligna ſi fumo rimas minime effecerint: nãq; ad exudãdũ fumũ adhibita: ſi rimas faciunt & ſciſſuras mala ſunt & infirma: totus autẽ hic locus de aratro heſiodi ẽ.

τημος αρ ὑλοτομεῖν μεμνημενος ὡριον ἐργον
ολμον μεν τριποδην ταμνεῖν ὑπερον δε τριπηχον αξονα δεπταποδην.

¶ Ni refugis: niſi graue tibi ſit. ¶ Tenues: leues. ¶ Piget: pigrum eſt: tum primum: in primis. ¶ Tum primum ingenti æquanda cylindro: Et uertenda manu & creta ſolidanda tenaci: hæc per hyſteronproteron: nam primum eſt ut terra uertatur deinde ſolidetur glarea: poſtmodum æquetur cylindro: ideſt lapide tereti in modum columnæ: qui a uolubilitate nomen accepit. κυλιν δειν eſt uerti. ¶ Neu puluere uicta fatiſcat: hypallage eſt ꝓ ne uicta fatiſcat ĩ puluerẽ. ¶ Variæ illudunt peſtes: per ludũ nocent. ¶ Exiguus mus: nitela: cuius Ci. meminit in ſextiana: & qa hic Vir. uilium animaliũ mẽtionẽ fecit: ideo præmiſit Ni refugis: tenueſq; piget cognoſcere curas. ¶ Aut oculis capti talpæ: hoc ẽ oculis debiles: & mutauit genus: nam hæc talpa dicitur: ſicut & de dammis fecit: ut Cũ canibus timidi uenient ad pocula dammæ: cum enim talpæ cæci naſcãtur: quem capti oculis: illi enim capi dicuntur qui aliquando uiderunt. ¶ Cauis: cauernis. ¶ Buffo: rana terreſtris nimiæ magnitudinis.

¶SER. Putres ꝯcreſcer̄ fūgos:ut dic̄ Pli.quom aer hūidꝰ eē cœpit:fauilla q̄ cū fumo ſolet egredi ꝓhibita aeris craſſitate ī lucernis reſidet:& q̄ſdā uelut fūgorū imitat̄ imagīes.¶ Ex ībri ſoles:ſerenitates & uerſa uice dat ꝓgnoſtica:qbꝰ agnoſcamꝰ:e tēpeſtuoſo cælo futurā ſerenitatē.¶ Apta ſer.aer.n.dēſat̄ nubilo:& rareſcit ſereno:ut Dēſet erāt q̄ rara mō & q̄ dēſa relaxat.¶ Nec fratris radiis obnoxia ſurger̄ lūa : ſubaudi a ſupioribꝰ obtuſa luna:nā hoc dicit nec luna uī̄ obtuoſa:q̄ eſt radiis ſolis obnoxia.Nā ut dn̄t phyſici ab eo accipit lumē.¶ Tenuia:ꝓceleuſmaticus ē ꝓ dactylo:quā rē quotieſcūq; facit Vir.ſeruat locū ſynæreſi: ut tenuia:itē Et gēua labāt.¶ Dilectæ thetidi halcyones:Cæyx filius luciferi habuit coniugē Halcyonē: a q̄ quū ꝓhibitꝰ iuiſſet ad cōſulēdū Apollinē ſup ſtatu regni ſui naufragio p̄iit: Cuiꝰ corpus quū ad uxorē Halcyonē delatū fuiſſet:illa ſe p̄cipitauit ī pelagus: poſtea Thetidis & Luciferi miſeratiōe cōuerſi ſt̄ ambo ī aues marinas:q̄ halcyōes uocant̄.Et ſciēdū qa cū de muliere dr̄:hæc Halcyōe facit:quū de auibꝰ hic & hæc halcyō:hi & hæ halcyōes.Iſtæ āt aues nidos faciūt ī mari media hieme:qbꝰ diebꝰ tāta ē trāqllitas: ut pēitus nihil ī mari poſſit moueri.Inde ēt dies halcyonii uocāt̄.¶ Nō ore ſolutos.ſ.māipulos: qđ ſeqt̄:alii ſoluto ore accipiūt.i.nimiū patēti.¶ Immūdi ſues : luto gaudētes.Horatius:Et amica lutoſus.¶ Nebulæ ima petūt:deprimūt̄ ad ualles.¶ Neq̄q̄ exercet.i.nō.Perſius: Neq̄q̄ fūdo ſuſpiret nūmꝰ ī imo.Itē Virg.Et fūmo clipei neq̄q̄ umbōe pepēdit.¶ Seros noctua cātꝰ:Noctua āt auis ē luci fuga:q̄ ſignificat pluuiā:ſi cecinerit poſt ſolis occaſū:de hac talis ē fabula:Nictimene poſtq̄ cū p̄re cōcubuit : & agnouit facinꝰ:ī ſiluis ſe abdidit:& lucē refugit: Vbi deoꝝ uolūtate cōuerſa ē ī auē:q̄ tāto ſceler̄ oībꝰ auibꝰ ē admiratiōi.¶ Liqdo aere:Niſus rex megarēſiū ī auē mutatus:de quo plēius dictū ē ī Bucolicis.¶ Pœnas dat: aduerſante ſibi patre Scylla:eiuſdem Niſi filia:quæ patri ſuo abſciſſam comam purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti:& inde in auē conuerſa eſt:quas aues dicit nunc diſcordes nimis eſſe inter ſe.¶ Illa.i. Scylla.¶ Fugiens:patrem:ſcilicet.¶ Aethera:aerem.¶ Atrox:crudelis & immitis.¶ Stridore:ſonitu alarum.

¶PRO. Dilectæ thetidi halcyōes:uaria ē opinio harū uolucrū originis.Itaq; ī altera ſeqt̄ Oui.Nicādrū:ī altera Theodorū.Putat̄.i.Ceyx Luciferi filius cū Halcyōe Eoli filia mutatus ī has uolucres.Idē refert Halcyonē Scyronis filiā latronis attici Polyphemonis filii:quū p̄r ei p̄ciperet:ut q̄reret maritū arbitratam permiſſum ſibi:ut cōcumberet cum quibus uellet ab irato patre deiectam in mare mutatam in hanc uolucrem.Iccirco autem dilectas Thetidi dicit has aues:ꝙ per ſeptem dies qbus excludunt fœtus:in mari tranqllitas ē ut tuta ſit nauigatio.

Fungi ¶ANTO. Fungos:ait Pli.pluuias ſignificari:ſi ī lucernis fūgi fuerit:ſi flexuoſe uolitet flāma uētū: & lumina quū p̄ſe flāmas elidūt:aut uix accēdūt̄.Itē quū ī eo pēdētes coaceruāt̄ ſcītillæ:uel quū tollētibꝰ hollā carbo adhæreſcit:aut quū cōtēptꝰ ignis a ſe fauillā diſcutit:ſcītillā ue emittit:uel cū cinis ī foco cōcreſcit: & quū carbo uehemēter plucet:ē & aq̄ꝝ ſignificatio.¶ Nec mi.ex im.futuræ hyemis hactēus ſigna docuit:nūc uero futuræ ſerenitatis poſt ībrē.¶ Stellis acies ob.ait idē:ꝙ quū repēte ſtellaꝝ fulgor obrūbrat̄:graues denūciāt̄ tēpeſtates.¶ Lūa: idē ait de luna: q̄rtā eā maxīe obſeruat ægyptus ſi ſplendēs exorta puro nitore fulſerit ſerenitatē: ſi rubicūda:uētos ſigna:pluuias portēdere credit̄:in qnta cornua eius obtuſa pluuiā.Erecta:& īfeſta uētos ſēp ſignificant: q̄rta tū maxīe:demū pleriq; obſeruabāt lunæ p̄ſagia ī octo eius articulis:hoc ē.iii.vii.xi.xv.xix.xxiii.xxvii.& īterlunio auctor idē Pli.¶ Nec fratris radiis obnoxia:ordo ē nec luna obnoxia radiis fratri uī̄ ſurgere obtuſa: obnoxius āt ꝓprie pene obligatus dr̄ ob delictū:ut ſcri.Feſtus.Luna uero obnoxia & obligata ē ſoli:qm̄ ab eo illumīat̄:cū ſit corpꝰ opacū.¶ Lanæ.u.ſupius dictū ē:ꝙ tēpeſtatē ſignificat lanugo populi:aut ſpīæ uolitās:aqſq; pluma īnatās.¶ Alcyones:hæ aues paulo maiores paſſere ſt̄:purpureis & cādidis:admixtis pēnis fœtificāt brūa q dies halcyonidēs uocant̄ placido mari p eos:& nauigabili ſiculo maxīe:faciūt āt.vii.ante brumā diebus nidos : & totidē ſeqntibus pariūt:plura ēt Pli.li.x.ca.xxxvii.¶ Dilectæ thætidi:hoc ait pp eis cōceſſū mare tpe fœturæ:qđ ēt Probꝰ aſſerit.¶ Sues:Pli.ait.Turpeſq; porci alienos ſibi māipulos fœni lacerātes ſupple oñdūt aeris mala p̄ſagia.¶ Nebulæ :idē ait:nubulæ e mōtibus deſcēdētes:aut cælo cadētes:uel in uallibus ſedētes : ſerenitatē ꝓmittūt.¶ Noctua:noctuas nouē uoces hēre tradit Nigidius ſcri.Pli.li.x.li.āt.xviii.ait ꝙ noctua in imbre garrula ſerenitatē oñdit:ad ſereno tēpeſtatē.¶ Niſus:de niſo in auē uerſo latius uideto in ſexta ecloga.¶ Scylla:niſi filia in auē.Cirim

Halietꝰ uerſa eſt:& niſus ī halietū:ut patet li.viii.met.apud Oui.Halietus aut eſt aqlæ genus de quo late Pli.lib.decimo.

¶CHRI. Obnoxia.fr.r.Luna ex ſe lumē nō hēt:ſed a ſole accipit.Vnde qcqd luminis hēt id ſoli debet. Alcyones:de his auibus ita ait Ariſtoteles ī li.de aīali.Halcyones ī hyeme tm̄ coeūt.Sūt āt iſti dies q halcyonei appellātur ſeptē ante brumā totidē poſt brumā.Hic Simonides poeta p mēſem hibernū iuppiter bis ſeptē molit̄ dies tpis nutricē ſacrā.Trāqllū uero tātiſp tp̄s efficit ſi ita euenerit:ut bruma auſtrina uergiliis aqloneis fiat.Septē primis diebus nidificāt:reliqs ſeptē parere ac educare dicunt̄.Halcyonios fieri circa brumā nō ſp ī nr̄is locis cōtin-

gere cōſtat ī ſiculo uero mari pene ſemp: oīum āt rariſſimū ē uidere halcyonē: fere circa uergiliaꝝ occaſum bru-
māq; appet. Et ubi nō pluſq̄ ſemel nauē circūuolauerit ſtatī abit: ut nuſq̄ poſtea uideaꝭ: ut ait Steſychorus: hæc Ari. Pli. āt addit ipſas aues paulo āpliores eē paſſeribus colore cyaneo ex pte maiore tñ̄ purpureis: & cādidis ad/ mixtis pēnis collo gracili: & ,pcero. Alterū gēus eaꝝ magnitudīe diſtīgui: & cātu. Mīores ī harūdinetis canere. Nidi halcyonū ī pilæ formā: ferro ītercidi neqūnt ualido ictu frāguntur. Albertus uero magnus ſcri. cām eſſe: q̄ tropico hyemali nidificēt raritate corpis: q̄ ueheméter terreū ē itaq; ī æſtate ueheméter exſiccaꝭ adeo: ut ſemē hr̄e nō poſſit. In maxīo uero frigore clauſis undiq; poris īduciꝭ hūidū: ſcri. pterea nō eē credibile: ut poſſit uiue/ re ī regiōe q̄ excedat latitudinē qnti cliatis pp nimiū frigus. Dilectæ thætidi: Diligit eas: qa trāqllitatē in illarū nidificatiōe parat mari. Immūdi: Veꝝ epithetō ſuis quo nullū aīal immūdius ē. Magis ima. Quia cū redeūt ād terrā uapores purgatus relinqꝭ aer. Noctua: hoc genere auiū ueheméter abūdabāt athenæ: unde extat ,p/ uerbiū. Noctuas athenas portas: cū rē aliquā eo portamus ubi maxīe abūdat. Noctua cōtra maiorē auiū multi/ tudinē illa circūdātē collecta in arcū roſtro: & unguibus tota tegiꝭ auxiliaꝭ accipiꝭ. Sexagīta illā noctibus cuba/ re cū nouē uoces habere ait. Nigidius.

Inſequitur Niſus qua ſe fert Niſus ad auras
Illa leuem fugiens raptim ſecat æthera pinnis.
Tum liquidas Corui preſſo ter gutture uoces
Aut quater ingeminant. & ſæpe cubilibus altis
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti
Inter ſe foliis ſtrepitant. iuuat imbribus actis
Progeniem paruam dulceſq; reuiſere nidos.
Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis
Ingenium aut rerum fato prudentia maior.
Verum ubi tempeſtas & cæli mobilis humor
Mutauere uias & Iuppiter humidus auſtris
Denſet erant quæ rara modo & q̄ dēſa relaxat
Vertuntur ſpecies animorū & pectora motus
Nunc alios alios dum nubila uentus agebat
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris
Et lætæ pecudes & ouantes gutture Corui.
Si uero Solem ad rapidum Lunaſq; ſequentes
Ordine reſpicies nunq̄ te craſtina fallet
Hora neq; inſidiis noctis capiere ſerenæ.

SER. Niſus: auis. Tū li. cor. pſſo ter gut. uoces Aut qu. i. Pli. na. hi. dicit coruos obliuioſos eē: & pleruq; minime ad nidos ſuos reuerti: ſed q̄dā rōne nāæ cōgerūt ad ſuos nidos q̄ uermes poſſint creaꝭ: ex qb⁹ relicti eoꝝ pulli aluntꝭ iterdū. hoꝝ obliuionē ,pbat ēt ex rebus q̄s quom abſcōderit derelinquūt: qd' ēt mu/ ſtelæ dn̄r efficere: & mures. Ingemināt: repetūt uo/ ces pter cōſuetudinē læti ex uētura ,ppiqtate ſerenita tis. Iuuat: delectat. Haud eq. cre. ,pponit ſibi q̄ſtio nē acerrimā: & de itima pħa: q̄ tñ̄ totā facillitate diſ/ ſoluit. Nā q̄rit cur hoīes: quos cōſtat eſſe prudētiores aīalibus p ſe nō ſentiāt q̄litatē futurā aeris: ſed eā ma/ gis ex aliis aīantib⁹ colligāt. Et hoc dicit hoīes prudē tiā hēre nālē: & ſuo iudicio lætos eē uel triſtes: q̄ res ī hæc aīalia cadeꝭ n̄ poſſit: q̄ nihil ſuū hēntes: nām aeris ſequūꝭ: & ,p ei⁹ q̄litate aut læta uideꝭ: aut triſtia: nec pdicere aeris naturā uideꝭ: ſed eā uel ,pſperā uel aduer ſā ſequūꝭ. Nos uero & læti eē īter nubila poſſumus: & ī ſerenitate ſollicīti. Sit diu. il. in. nō ē illis diuini/ tus cōceſſū īgeniū. Nec prudētia: q̄ ē maior rerū fa/ to: alibi Metus oīs & īexorabile fatū Subiecit pedib⁹ ſtrepitūq; acherōtis auari. Mutauere ui. dicit qa aīa lia & aues aīos cū cæli & aeris q̄litate cōmutāt: ut q̄ ſe renitate gaudēt: tēpeſtate turbeꝭ. Iuppiter hu. i. aer: ut Hora. Manet ſub Ioue frigido uenator. i. aere. Ver/ tuntꝭ: ſpēs aīorū mutaꝭ: aut lætitia ī triſtitiā: aut triſti tia ī lætitiā. Nūc. i. in ſerenitate. Dū nu. uē. age. dū eēnt ībres & pluuiæ. Auiū cō. cōmixtus cāt⁹. i. ſym phōia. Lætæ pe. aeris ſerenitate gaudētes. Solē ad rapidū: uelocē. Et notādū hæc ſigna magis fida & ſubtilio ra eē: q̄ ex ſole & lūa colligim⁹. Lunaſq; ſe. Ordine reſ. nō ordinē reſpicies: ſed ordine. i. rōabiliter ordinē ſequē/ tes. Luna. n. ſolis circulū ſequiꝭ: licet ipſa ſit īferior. Dona. dicit lunas noctes accipiēdas: ſed male. Non. n. ſigna: q̄ dicturus ē ex nocte: ſed ex luna colligīus: ergo lunas poetice dixit pluraliter: nō uarietate ei⁹ luminis & augmē/ ti & tēpoꝝ. Nūq̄ te cra. fal. Hora: hypbole ē. nec hora qdē te decipiet. Capiere: decipieris: & eſt aphæreſis: ēt ſi ſit ſerena nox & futura īmineat tēpeſtas: ñ tñ̄ te poterit noctis ſerenitas decipere: qn poſſis puidere futuros ībres

ANTO. Liquidas uoces: dictū ē ſupius q̄ ſi corui carptim uocē reſorbebūt: (ex lunæ q̄litate reuertētes. uētoſum ībrē ſignificāt. Hic uero oſtēdit Maro: p liqdas claraſq; uoces ſerenitatē portēdi. Haud eq. cre. pdicta .ſ. aīalia futura qbuſdā ſignis oſtēdere. Aperit āt cās: unde id ,pcedeꝭ poſſit. Ingeniū: ,pprie dr̄ naturalis ſapiētia teſte Nonio. Fato: deoꝝ uolūtate. Iuppiter. i. aer. Dēſet: denſet legēdū eſt: ſic. n. antiq textus habēt: ſic quoq; Priſ. li. viii. hic legit: idē etiā Maro. li. x. ait: Poſtremi ad addēſent acies Denſo denſas etiā in eadē ſignificatione: & conſtructiōe reperitur. Vertuntur: mutanꝭ. Species: q̄litates. Nunc. i. ſereno tempore. Solē rapidum: per petuum ſolis epitheton: nam ut ſupra oſtendimus ſuo calore omnia fere rapit: & deſiccat. Sequentis: futuras. Ingeniū

CHRI. Niſus: accipiter minor quē ſprauerīū eſſe affirmat Albertus. Liqdas: candidas nō raucas. Haud equidē: Hō ſolus ex oībus aīalibus habet principiū ſui motus in ſe. i. ſuaꝝ actionū pp diuinitatē aīoꝝ: unde plu rima aduerſante corpore ſenſibuſq; faciūt: qa ſunt domini ſuaꝝ actionū: Et ſæpe euenit ut in corpore ægrotāti aīus lætus ſit atq; cōtra bruta āt quoniā īſtinctu naturæ mouenꝭ: lætitiā aut triſticiam recipiūt ex affectu corpo ris. Corpus autē ex īmutatiōe aeris ſūmopere īmutaꝭ: unde redeunte ſerenitate læta illa eſſe: qa leuanꝭ corpora. Aere āt ex aſſurgētibus uaporibus craſſante grauāꝭ corpora: uñ illa triſtia efficiūꝭ. Nō igiꝭ puidēt iſta: ſed hoīes ſua prudētia ex illorū uariis motibus ,puidere poſſunt: qd' itidē ex ,ppriis corporibus multi adnotant. Corui: iſti peſſimam ſignificationē edunt cū glauciunt uocē ueluti ſtrāgulati. Nulla auis eſt quæ expreſſius ſermonē humanum imitatur: Huius rei exempla plurima īuenies apud Pli. Coruos parere & coire ore uulgus credidit: itaq; grauidas ſi ederint coruinum ouum p os partū reddere: atq; in totū difficulter ſi tecto inferantur parere. Coruū

Luna ſed Ariſto. hæc oĩa negat. ¶ Lunas ſequẽtes ordĩe. i. dies lunares. ¶ Lũas p ſyncopẽ dicta ẽ a lucina: Huius naturã primus Endymiõ adinuẽit: ut ait Pli. uñ illi⁹ amore captũ eũ dicũt: hæc. xxviii. diebus: & tertia ĩ ſup pte diei curſũ p agẽs ad eãdẽ ſigni ptẽ a q̃ a ſole diſceſſerat reuertit̃. Morat̃. n. ĩ quoquo ſigno duobus dieb⁹ ac tribus horis & beſſe. Nã ĩ reliqs uſq; ad. xxx. cõſeqt̃ ſolẽ q de loco ubi eũ reliquit iã diſceſſerat: inuenit enim ſolem aliud iam ſignũ pene confeciſſe. Origo eius numerus ſeptemnarius eſt. Nam ſi ab uno uſq; ad ſeptem quantũ ſinguli numeri exprimunt tantum antecedentibus addendo procedas inuenies uigeſimo octauo nata de ſeptem.

Luna reuertenteis cum primum colligit ignes
Si nigrum obſcuro comprenderit Aera cornu
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber.
At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem
Ventus erit. uento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu quarto (nanq; is certiſſimus auctor)
Pura neq; optuſis per Cælum cornibus ibit
Totus & ille dies & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem pluuia uẽtiſq; carebunt
Votaq; ſeruati ſoluent in littore Nautæ

¶ SER. Cũ primũ colligit ignes: cũ ĩcipit renaſci. ¶ Obſcuro cornu: nõ clare lucẽti. ¶ Maximus agricolis pelagoq; parabit̃ ĩber. i. ſi ñ habuerit pura cornua: & intra eã nigrũ aerẽ uideris: erit ubiq; pluuia: ſicut ſupra: Oĩa plenis Rura natãt foſſis atq; oĩs nauita põto. ¶ Si uirgineũ ſuffuderit ore ruborẽ: ſi ruborẽ forĩſecus habuerit. nam de interiori partẽ infuderit diceret. ¶ Aurea: ideſt pulchra: ut At non Venus aurea cõtra. Phœbe autem uenit ab eo quod eſt Phœbus: Et ſciendum quædam propria nomina fœmininum ex ſe facere tantum non etiam neutrum: ut Phœbus Phœbe: Iulius Iulia: Tullius Tullia: Non ut appellatiuum doctus docta doctum. ¶ Sin ortu quarto: Aratus tertiam dicit animaduertendam eſſe Lunam: hic quartam non illud improbans: ſed hoc magis probans: nã ad hoc pertinet: Nãq; is certiſſimus auctor. ¶ Ex actum ad mẽſem: uſq; ad mẽſis ultimã partem. Vnde & exacti menſes dicuntur: qui circa partũ ſunt. Ipſe in ſequẽtibus: Exactis grauidæ cũ mẽſibus errant.

Lunæ colores ¶ ANTO. Luna reuertẽteis cũ primum colligit ignes: ideſt poſt nouilunium: hinc Varro dicebat: ut ſcribit Plinius. lib. xviii. naſcens luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget pluuias decreſcens dabit: ſi inferiore ante plenilunium. Si in medio nigritia illa fuerit imbrem in plenilunio: ſi in ortu cornua craſſiora fuerint horridam tempeſtatem. ¶ Si nigrum obſcuro: dictum eſt ſuperius: q; ſi nigra apparuerit luna imbres portendere creditur: ſi rubicunda uentos. ¶ Aurea phœbe: pulchra luna. ¶ Sin ortu quarto: dictum eſt q; quartam lunam maxime obſeruat ægyptus quæ ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit ſerenitatem portẽdit. ¶ Glauco & panopeæ: & inoo melicertæ: hic uerſus ſic diuiditur: & glauco: & panopeæ: & inoo: melicertæ. Gellius libro duodecimo capitulo uigeſimoquinto ſcribit: Parthenii poetæ Græci uerſum eſſe: glauco nereiq;: atq; maris genio melicertæ: cumq; uerſum Virgilius æmulatum eſſe & feciſſe duobus uocabulis uenuſte immutatis parem. Glaucus

Glauc⁹ ãt piſcator erat: q herba q̃dã guſtata mare ſubiit: atq; ĩter deos marinos receptus: de quo late habetur in fine lib. decimotertio metamorphoſeos. ¶ Panopeæ: de hac Maro li. v. Leua tenet thetis: & melite panopeaq; uirgo.

¶ CHRI. Luna etiam ſeptem permutationibus toto menſe diſtinguitur: Nam cum naſcitur eſt arcualis ſiue cornicularis diciturq; monoides: deinde circa octauam diem eſt dicotomos: quaſi per medium ſecta. Circa uero duodecimam diem fit amphicyrtos: & dubia de ſua plenitudine circa autem quintamdecimam eſt panſelines: ideſt tota luna cum eſt in oppoſitione ſolis: Cum uero rurſus appropinquare incipit ſoli ſit amphicyrtos deinde dicotomos. Poſtremo lumine priuatur. Facit autem eclypſim ſolis: quando illi eſt coniuncta: non tamen ſemper ſed cum ipſa coniunctio fit in linea eclyptica. Vnde Albumaſar ait: Si luna inter nos: & ſolem ſeſe iniicit defectum radiorum ſolis neceſſario facit in capite uel in cauda draconis. Non autem ſol cum deficit qcquam de proprio lumine amittit: ſed luna quæ ſeſe media interponit radios quos ad nos deſcendere oportebat intercepit. Contra uero luna cuius corpus obſcurum eſt: cum patitur eclypſim lumen amittit: patitur autem cum penitus ſoli oppoſita eſt: & fit in linea eclyptica propter interpoſitionem tumoris terræ intra ſe & ſolem. In cæleſti harmonia lunæ circulus habet ſonum grauiſſimum ſicut in ſphæra cæleſti eſt acutus: A luna ea profecto uis eſt in gignendis corporibus: quam Græci phyticen dicunt. Nam ut in diuinis ultima eſt: ſic in noſtris corporibus prima luna etiam aerem purum facit. Nam ſuo continuo motu rarificat atq; attenuat. Nam niſi eſſet motus ſphære lunaris aer ex nocturna uaporum eleuatione: ita craſſus efficeretur: ut non modicam gigneret corruptionem: Hippocrates autem: & Galenus mandant medicis: ut diligẽter ſpectent lunam: Nam coniunctio illius cum ſtellis fortunatis fœlicem exitum ægrotis: cum infortunatis uero infœlicem demonſtrat: Nam ut ait Ptolemeus: luna cum maliuolis maliuolus eſt planeta. Semper luna dimidiam ſui partem habet illuſtratam a ſole: ſed quanto magis eſt ſubiecta ſoli tanto magis illuſtratur illa pars ſua ſuperior: quæ a nobis non uidetur quanto uero magis diſcedit: tanto magis illuſtratur pars inferor: quæ a nobis uidetur. Vnde in oppoſitione tota nobis apparet. Vnde autem lunæ a terris interuallum intelligas: eſt profecto ſi Alfragano credimus trigeties ac ter tantum quantum eſt dimidium diametri terræ ac inſuper uigeſima eius pars dimidium autem terræ diametrum amplectitur quadringenta ac duodecim miliaria ſupra centum ac ſeptem miliariorum. ¶ Virgineum: qui familiaris uirginibus eſt: Non immutatur color lunæ. ſed quando pluuiæ futuræ ſunt aer craſſior effectus nigreſcit. Vnde luna quæ per aeris medium a nobis uidetur nigra apparet quando uero aer ſiccioribus uaporibus quibus uenti gignuntur rubeſcit: & ipſa luna rubea apparet. Hoc faciunt etiam alia intermedia. Nam ſi trans uitrum aliquam rem aſpicimus: talis in ea color apparet: qualis eſt color uitri per quod aſpicimus. ¶ Vapores autem a terra eleuari ex quibus pluuiæ ſunt futuræ: quoniam ex multo humore cõdenſant̃ nigreſcũt. Hii autem ex quibus ſunt uẽti: quoniam ſicciores ſunt rubeſcunt. ¶ Votaq; ſeruati: ſenſus moralis eſt. Oſtendit enim oportere pios hoĩes gratias diis ĩmortalibus pro acceptis beneficiis agere.

¶SER. Glauco & Panopeæ:& Inoo Melicertæ:Glaucus piſcator fuit de Anthedōe ciuitate:q quū captos piſces ſup herbā poſuiſſet ī littore:& illi recepto ſpiritu ruſus mare petiſſent:ſenſit q̄ndā herbaꝝ potētiā:qbꝰ eſis cōuerſus ē ī numē marinū.Panopea āt ē nympha marina.¶Inoo:āt ē patrōymicū a mr̄e Ino.Sāe Ino & Melicerta filius poſtq̄ ſūt ī numīa cōmutati:græce Palæmō & Leucothoe ſunt appellati:latīe Portunus: & mr̄ Matuta. his ergo numinibꝰ dicit mox ſacrificaturos nautas ī littore eis diebꝰ:qbus p̄dicta ſerēitas fuerit eo ꝙ ſint ī mare ſeruati.¶Sol quoq; & exoriēs.e.c.ſ.c.i.u.dr̄.n.occidēs ſe ī mare tīgere.¶Signa dabit:pluuiarū uel ſerēitatis.¶Certiſſima ſi.de qbus nemini neceſſe ſit dubitar̄.¶Et.q.m.r.ortu diei.¶Surgētibꝰ a.ſupueniēte nocte.¶Maculis.u.o.nō clara & pura luce reſplēdēs in ortu ſuo.¶Cōditꝰ ī nu.i.ſi orbis eiꝰ q̄ſi cōcauus fuerit.qđ ipſe exprimit dicēs Medioq; refugerit orbe.i.ñ fuerit plenus ī ſui metro.¶Vrget:iminet:& īſiſtit.¶Satis:ſegetibus.¶Notꝰ:uētꝰ.¶Siniſter:noxiꝰ.¶Sub lucē: oriēte die.¶Dēſa īter.n.opto ſole nebula.¶Diuerſi rupe/rūt radii:abſcōdito & opto ſole:diuerſi radii p nubē erūpēt.¶Tithōi croceū:Tithōus frater Laomedōtis regis & amatꝰ ē ab aurora:cūq; optaſſet ꝓlixiorē uitā cōuerſus ē ī Cicadā.¶Male defendet pāpinꝰ uuas: nō defendet.Nā decuſſis pāpinis ēt uua uim grādinis patit̄.¶Tā m.in.t.dicit ꝙ ſi oriēte ſole pallida aurora fuerit:ſicut ſæpe uidemꝰ diluculo ſub eius ortu pallidā lucem fieri ſignū hoc fit tempeſtatis indubitāter. ¶Emēſo ol.ꝑcurſo:pluſtrato cælo:cū iā deſcēdet ad occaſū.¶Profuerit me.m.iō magis addidit:qa a ſole ueniētia ueſptina ſigna meliora ſūt.¶Cæruleus.p.d. breuiter collecta cōcluſio.¶Oīa.t.p.ubiq; & pluuiæ & uēti erūt.¶Feruere:æſtuare:īpleri:cūcta hæc erūt ī occaſu cōſyderāda.¶Me no.gratiorē ſenſū fecit īterpoſita ſuæ pſonæ cōmemoratiōe:nā hoc dicit nulli ſe ſuadere illa nocte nauigare.¶At ſi cū referetq; diē cōdetq; relatum:hoc ad futuræ ſerenitatis pertinet ſignū.Nā ſi de ipſo die dicas:de quo p̄miſit : ſtultiſſimū ē.¶Claro aqlo.ſerenifico:qa ē & nubilus:ſicut fere oēs uēti.Hor.Albꝰ ut obſcuro deterget nubila cælo.Sæpe notus neq; parturit imbres perpetuos.

Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.
Sol quoq; & exoriēs & quom ſe cōdet in undas
Signa dabit Solem certiſſima ſigna ſequentur.
Et quæ mane refert & quæ ſurgētibus Aſtris.
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit ortum
Conditus in nubem medioq; refugerit orbe
Suſpecti tibi ſint imbres.nanq; urget ab alto
Arboribuſq; ſatiſq; Notus pecoriq; ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rumpent radii aut ubi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile
Heu male tum mites defendet pāpinus uuas.
Tā multa in tectis crepitās ſalit horida grādo.
Hoc etiā emenſo quom iam decedet Olympo
Profuerit meminiſſe magis.nā ſæpe uidemus
Ipſius in uultu uarios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat.igneus Euros.
Sin maculæ incipient Rutilo immiſcerier igni
Omnia tum pariter uento nimbiſq; uidebis
Feruere.non illa quiſq̄ me nocte per altum
Ire neq; a terra moneat conuellere funem.
At ſi cum referetq; diem condetq; relatum
Lucidus orbis erit fruſtra terrebere nimbis.
Et claro ſiluas cernes aquilone moueri.

¶PRO. Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ: Panopeā hāc uirginē unā noīat inter Nereidas. Glaucus āt deus maris eſt.Is āt piſcator fuit:& guſtu quo/iuſdā herbæ conuerſus ē in numen.Inoū Melicerten ait Palæmona:quē quidam portunū interpretātur. ipſa autē mater præcipitata cum eo in mare numē pelagi facta eſt:& appellata mater Matuta:græce Leucothea.

¶ANTO. Inoo melicertæ:Learchus & Melicerta filii fuere Athamātis ex Ino cadmi filia: ut teſtat̄ Oui. lib. Lear/chus
iiii.meta.Learchus ſaxo illiſus a p̄re obiit.Ino āt cū melicerta fugiēs ſeſe in undas dedit ipſa itaq; cōuerſa ē ī deā: q̄ leucothea dr̄:a nobis uero matuta.Melicerta āt Palæmō dictus ē.latine portunus:hinc Oui.lib.vi.faſt.ait.Leucothoe graiis matuta uocabere nr̄is.In portu nato ius erit omne tuo.¶Quē nos portunū:ſua līgua palæmona dicet &c.¶Ille ubi naſcē.m.u.o.Pli.de ſolis p̄ſagiis li.xviii.inqt:ꝙ quū oriēte radii nō illuſtres eminebūt:quis circūdati nube nō ſint pluuiā portēdeut:ſi ante exortū nubes globabūt̄ hyemē aſperā denūciabūt:ſi nubes ſolē circūcludēt:q̄tominus lūminis relinquēt:tāto turpidior tēpeſtas erit.¶Vrget.ſ.imbres.¶Ab alto.i.ab aere.¶No/tus:q latine auſter dr̄.¶Siniſter:nocēs aduerſus.¶Aut ubi ſub lucē:ait idē ſi in exortu lōge radios p nubes por/riget:& medius erit inanis:pluuiā ſignificabit.Pallida āt idē qđ ſol pallidus oriēs hibernā grādinē nunciat.¶Tithoni:ſui uiri.¶Cæruleus:ait idē ſi in occaſu eius radii in ſe nubē trahēt:aſperā in ꝓximū diē ſignificabūt tēpe/ſtatē.¶Igneus euros:ait Idē ſi circa occidētē candēs erit ſol:uentū ſignificat.¶Lucidus orbis:ait idē qđ ſol purus oriens:atq; nō feruens ſerenū diē nunciat.Si & occidit pridie ſerenus:& orit̄ tāto certior fides ſerenitatis.¶Claro aquilone.Is enim teſte eodem ſerenus eſt Italiæ cū aphricæ nubilus ſit:eſtq; ſaluberrimus omnium aquilo. Præſagia Solis colores Aquilo

¶CHRI. Certiſſima:Quia certiora quā lunæ:& quā reliqua pronoſtica.¶Ille ubi naſcentem: expolitio eſt. Nam eadem ſententia eſt quā dixit.Et quæ mare refert:& quæ ſurgentibus aſtris.¶Pallida:& non roſea:ut ſo/let.¶Grandine: grando ſecundum Ariſtotelem:eſt ſtilla pluuiæ frigiditatis:& uenti rigore in aere congelata. Grādo
Fit enim ex uapore frigido:& humido ad interiora nubis fricato per dominiū caloris circūſtantis qui calor in nube recipitur: & a frigiditate aeris condenſatur. Nam frigus fugiens calorem aeris in interiora nubis ſe recipit: & ex ſua aggregatione uirtus eius cōualeſcit.Vnde uaporem quem in nube inuenit ſua uirtute conſtringit. Hinc eſt quod minus in hyeme fiunt grandines:quia uirtus quæ in æſtate utitur: & in una parte aeris congregatur in hyeme per aerem totum diſpergitur: Vnde debilior ad uaporem congelandum redditur.Fit autem minor in nubibus a terra longinquis: & magis orbiculata:quia longiuſculo ſpacio per aerem rotata atteritur

atq; orbiculat᷑. Nã ſi cõtingat in loco terræ ꝓpinquo gigni:& maior deſcẽdit:& minus orbiculat᷑. ¶ Cæruleus pluuiam.i.e. Propter eã ratioẽ:quã in pronoſticis lunæ diximus. ¶ Funẽ.i.anchorã funibus religatã. ¶ Lucidus orbis: ꝑ quã luciditatẽ aer purus oſtendit᷑:& ſine uaporibus ergo neq; pluuiæ neq; uẽti erũt:q fiũt a uaporibus.

Deniq; quid Veſper ſerus uehat unde ſerenas
Vẽtus agat nubes quid cogitet hũidus Auſter
Sol tibi ſigna dabit. ſolem quis dicere falſum
Audeat᷑ ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet fraudẽq; & opta tumeſcere bella.
Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam
Quom caput obſcura nitidũ ferrugine texit.
Impiaq; æternam timuerunt ſecula noctem.
Tẽpore q̃q̃ illo Tellus quoq; & æquora Ponti

¶SER. Deniq; qd ueſper ſerus uehat: Concluſio eſt q̃ hoc continet:ſigna q̃ poſſumus ex ſtellis uel ex uentis colligere:melius ex Sole colligimus. ¶ Quid cogitet humidus auſter:ideſt in quam partem ſe fle/ctat utrũ ad ſerenitatẽ:an ad pluuias:ut diximus ſu/pra. ¶ Quis dicere falſum:ideſt fallacẽ. Saluſtius in catilinario: Ambitio multos mortales falſos fieri coe/git. ¶ Tumultus:coniuratiões & latẽtes inſidias. ¶ Ille etiã extincto miſeratus Cæſare romã:Bonũ epilo/gi repperit locũ:ut in auguſti gratiã defleat Cæſaris mortẽ:Conſtat autẽ occiſo Cæſare in ſenatu pridie idus martias Solis fuiſſe defectũ: ab hora.vi. uſq; ad noctẽ. Quod qa multis protractum horis: dicit ĩ ſe/quẽtibus Aeternã timuerũt ſecula noctẽ. ¶ Ferrugĩe texit:ferrugo ẽ purpura nigrior hiſpana.alibi:Et ferrugine clarus hibera. ¶ Impia ſecula:q̃bus fuerat Cæſar oc/ciſus. ¶ Aeternã noctẽ timuerũt:ꝓpter diutinũ & ꝓlixũ ſolis defectũ.i.timuerũt ne ſemꝑ ille defectus maneret. ¶ Tẽpore q̃q̃ illo tellus:ac ſi diceret quãq̃ illo tẽpore nõ ſolũ ſol defecerit: ſed etiã diuerſæ res & elemẽta q̃ſi fle/uerĩt Cæſaris mortẽ & inaudita portẽta fuerĩt:ut ex reliquoꝝ cõparatiõe nõ minus mirũ uideat᷑ ſolẽ defeciſſe. ¶ Aequora põti:nõ ſine cã addidit põti:qa ſunt & cãpi æquora:ut Ac prius ignotum ferro q̃ ſcindimus æquor.

Cæſa/rea Cõſpi/ratio ¶ANTO. Veſper:de hoc late ſuperius. ¶ Tumeſcere:creſcere. Cæſare conſpiratum eſt in Cæſarem a.lx.am
plius. G. Caſſio Marcoq; & Decio Bruto principibus conſpirationis itaq; illum idibus martiis.in Pompei cu/
ria tribus : & uiginti plagis confoderunt : Quod Suetonius edocet. Vtq; Plutarchus ait: periit Cæſar ſexto &
quinquageſimo ætatis ſuæ anno:Poſt Pompeiũ haud multo amplius quatuor ſuperſtes annis :ſcribit etiam
Cæſa/reæ Cædis Prodi/gia Suetonius:Quod Cæſari futura cædes euidentibus prodigiis enunciata eſt paucos ante menſes: capuæ enim
tabula ænea in monumento:in quo dicebatur capys cõditor Capuæ ſepultus inuenta eſt conſcripta litteris uer
biſq; græcis : hæc ſententia. Quandocunq; oſſa Capys detecta eſſent:fore ut Iulo prognatus manu conſangui/
neorum necaretur:magniſque mox italiæ cladibus uindicaretur. Et imolantem aruſpex ſpurina monuit: ca/
ueret periculum:quod non ultra martias idus proferretur:pridie autem eaſdem idus auem regaliolum cum
Cæſaris Cædes laureo Ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem uolucres uarii generis ex proximo nemore proſecutæ ibidẽ
diſcerpſerunt. Ea uero nocte cui illuxit dies cædis:& ipſe ſibi uiſus eſt per quietẽ:interdum ſupra nubes uolita/
re:alias cum Ioue Dextram iungere. Et calphurnia uxor imaginata eſt: collabi faſtigium domus : maritumq;
in gremio ſuo confodi:ac ſubito cubiculi fores ſponte patuerunt. Ob hæc ſimul & infirmam ualitudinem diu
cunctatus an ſe contineret:& quæ apud ſenatum agere propoſuerat differret. Tandem Decio Bruto ab hortã/
te quinta fere hora progreſſus eſt. Deinde pluribus hoſtiis cæſis cum litare non poſſet:introit curiam ſpreta re
ligione:ubi ut diximus uulneribus uiginti tribus confoſſus obiit. ¶ Cum caput obſcura:Pluta.ubi de prodigiis
poſt extinctum Cæſarem meminit:inquit:Solis præterea lumẽ caligine obſeſſum : totoq;:nãq; illius anni ſpa
cio pallens globus:& ſine ſplendore oriens:imbecillem ac tenuem ex ſe calorem emittebat:quare grauis ac diſꝑ
tientis imbecillitate caloris obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus immaturos:& imperfecto flore illabentes
Soles tres tantum aeri frigus inerat Euſebius uero ſcribit:poſt cæſaris cædem Romæ tres ſimul ſoles exortos:qui paula/
tim in eundem orbem coierunt. Pli.itẽ lib.ii.ca.xxx.ait:Fiunt prodigioſi & longiores ſolis defectus qualis oc/
ciſo Dictatore Cæſare:& antoniano bello totius pene anni pallore continuo. Oui.itẽ ait:ſolis quoq; triſtis ima
go. Lurida ſollicitis præbebat lumina terris. Id autem Ouid.ante Cæſ.obitum fuiſſe dicit.i. Vir.uero:& alii au/
ctores ut Pli.poſt eiuſdem obitum. Appi.quoq; lib.iiii.ſcribit:multa prodigia ſignaq; ꝑhorrenda Romæ uiſa
ſunt poſt Cæſaris cædem. Meminit:& Hora.ode ſecunda. ¶ Ferrugine:colore nigro. ¶ Tempore q̃q̃ illo: oſten/
dit non ſolis tantum:ſed etiam aliorum plurima fuiſſe prodigia:de quibus ample Appia.ut diximus.
¶CHRI. Veſper:de quo:& de lucifero alibi ĩuenies. ¶ Falſum:mẽdace. ¶ Cæcos:q nõdũ uidebãt᷑. Nã hoĩem
Cæcũ nõ uidẽtẽ:& rẽ q̃ nõ uidet᷑ & locus ĩ quo nõ uidemus cæcũ dicimus. ¶ Ille ẽt extĩcto. Occaſionẽ nactus deplorat
mortẽ Cæſaris. Nã magnæ eclypſes ſolares maximoꝝ uiroꝝ:ĩteritũ portẽdere uidẽt᷑. In morte ãt Cæſaris ſolis
lumen caligine obſceſſum ſcribũt. Toto.n.illo anno pallẽs globus:& ſine ſplendore exoriẽs ĩbecillẽ ex ſe calorẽ
emittebat. Quaꝑ grauis:& ob defectũ caloris diſpartiẽtis obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus ĩmaturos:
& ĩperfecto flore conlabẽtes tãtũ aeri frigus inerat. ¶ Ferrugine:color ẽ purpureus ad nigrũ tẽdẽs:credo nõ eſſe
diſſimilẽ illi quẽ Florẽtini pagonatiũ appellãt:& lugubrẽ eſſe idẽ teſtat᷑ ĩ ſexto. Et ferruginea ſubuecta corpora
Obſce/næ aues cymba: Aeternã:nã & duratio eclypſis multaꝝ horaꝝ fuit:& totus ĩſecutus annus nullũ diẽ claꝝ habuit. ¶ Ob
ſceni:multi dicũt in auſpiciis aues obſcenas dici:q̃ ore futura ꝑdicãt:ꝑpetes uero q̃ uolatu : alii ꝓprie q̃ infœlicia
Prepe/tes aues portent:aſſerũt q̃ illud obſcenas pelagi fœdare uolucres:ſed & hoc loco poſſumus ĩtelligere obſcenas q̃ ore ꝑdi/
xerint & nõ uolatu ꝗ ãt de canibus dicit:mirũ refert Auguſti.in.iii.li.de ciuitate dei:ante bellũ ſociale eueniſſe.
Efferue/re ¶ Efferuere in agros: Intellige:uidimus:ætnã undantẽ.i.undatim emittentem flammas:efferuere.i.cum feruo
re & æſtu emittere. Refert autẽ Auguſtinus. Ex ætneo uertice ad littus ignibus maximis defluẽtibus adeo ma
re deferbuiſſe: ut rupes exurerentur:& pices nauium ſoluerentur : eodemq; æſtu tanta ui fauillæ oppletam eẽ
ſiciliam: ut catinenſis urbis tecta obrupta ruerẽt:qua calamitate moti Romani tributũ eius anni remiſerunt.

¶SER. Importunæq; uolucres:in alienum tempus ruentes:ut ſtryges:aut bubones nocte gaudentes p diē poſſent uideri.¶Vidimus undantē ruptis fornacibus ætnam :malum enim omen eſt quoties ætna mōs ſiciliæ non fumum:ſed flammarum erigit globos:& ut dicit Liuius tanta flamma ante mortē Cæſaris ex ætna monte defluxit:ut non tantū uicinæ urbes:ſed etiam rhegina ciuitas afflaretur.¶Vndantem autem: undæ modo flammas euomentem.¶Liquefacta ſaxa:igne ſoluta.¶Sonitum toto germania cælo audiit : bene germania: quam uicerat Cæſar:ut eo occiſo in rebellionem uideretur exurgere.¶Inſolitis tremuerunt motibus: aut nouis:ideſt nunq̄ antea in alpibus factis: aut magnis & maioribꝰ ſolito.¶Sub obſcuꝝ noctis:circa noctis obſcuris: Pecudeſq; locutæ Infandum:aut infanda uerba protulerunt : aut hoc ipſum infandum fuit:quod ſunt contra naturam locutæ.¶Ebur: ſcilicet ſimulacrorum.¶Aeraq; ſudant : ſigna ſunt laboris futuri.¶Inſano: magno: ut Quid tātum inſano iuuat īdulgere labori? Et ſciendum flumina quom ſupra modum creſcunt : non tantum ad præſens inferre damnum:Sed etiam alia futura ſignificare.

Obſceniq; canes importunæq; uolucres
Signa dabāt.quoties Cyclopū efferueē ī agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnā?
Flāmarumq; globos liq̄factaq; uoluere ſaxa?
Armorum ſonitum toto Germania Cælo
Audiit.inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoq; per lucos uulgo exaudita ſilentes
Ingens & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis pecudeſq; locutæ
Infandum ſiſtunt amnes terræq; dehiſcunt
Et mœſtū illachrymat tēplis ebur æraq; ſudāt.
Proluit inſano contorquens uortice ſiluas

¶ANTO. Obſceniq; canes.i.abhominabilia canētes. Appia.inq̄t:canes lupoꝝ uice ululatus edidere.¶Importunæq; uolucres: miſcuit: Poeta: ſicut ēt Oui.illa quoq; prodigia q̄ ante ēt Cæſaris obitū fuerāt:de q̄bus iā diximus:Plu.itē ſcri.ante cæſaris mortē ſolitarias in foro aues dilapſas: & Sueto. ut patuit de regaliolo aui.Oui.itē ait:Triſtia mille locis ſtygiꝰ dedit omnia bubo.¶Cyclopū ī agros : Cyclopes appellarunt uiros quoſdam gigantes:qui in ſicilia iuxta ætnam morantes unicum lumen in frontis medio habebant phœbeæ lampadis inſtar.cyclops itaq; dici poteſt circularis oculus.¶Aetam:Strabo libro.vi.ubi de ſicilia meminit:ſcribit ætnā montem a catana abeſſe.lxxx.ſtadia per noctem uero lucere cacumine: interdiu autem fumo:& caligine obſideri:ſæpeq; igniū Riui in agrum catanenſium proxime deferuntur.De hac Vir. ait: Cui nomen facies dedit ipſa rotunda.Solinus ſcribit in ætne uertice hiatus duos eſſe:crateres nominatos: per quos eructatus erumpit uapor:nec ante ſe flammarum globi attollunt:q̄ interni ſtrepitus antecedant.¶Liquefacta ſaxa:pumices intelligit.¶Armorum ſonitum:hæc Ouid.fuiſſe ante cæſaris mortem ſcribit:ait.n. arma ferunt inter nigras crepitātia nubes.Terribileſq; tubas auditaq; cornua cælo:præmonuiſſe nefas.Appianus uero hæc poſt illius mortem fuiſſe ſcribit:ait.n.quod hominum immanes uoces armorum ſtrepitus: equorū curſus inſpectante nemine audiebantur.Pli.autem lib.ii.ca.lix.ſic ait:armorum crepitus:& tubæ ſonitus : auditus e cælo cymbricis bellis accepimus : crebroq; prius & poſtea.¶Germania:de hac uideto in Tityro.¶Alpes:montes altiſſimi ſunt:qui Italiam a Germania ſubmouent:Pli.lib.iii.¶Vox quoq; per lucos:Ouid.quoq; ait: cantuſq; feruntur auditi ſanctis:& uerba minantia lucis.Plutarchus item inquit: Fulgoreſq; cæli & nocturnos ſtrepitus:per multa loca delatos ante:ſcilicet quam Cæſar obiret:cōuenit enim cum Ouidius: Appianus poſt obitū Cæſaris:ſcribit hominum immanes uoces auditas.¶Simulachra.Oui.ait.Vmbraſq; ſilentum errauiſſe ferūt: motamq; tremoribus urbē.Et Plu.ait:ꝙ Strabo philoſophis ſcribit:complures ignotos appuiſſe hoīes:& hoc ante cædē fuiſſe docēt tū Oui.tū Plu.¶Pecudeſq; locutæ:infandū Appi.poſt Cæſ.obitū ait : ꝙ bos uocē emiſit humanā:ꝙ infans recens genitus elocutus eſt:Euſebius quoq; poſt illius cædē ait:ꝙ inter cætera porētta : quæ toto orbe facta ſunt:bos in ſuburbano Romæ ad arantē locutus eſt fruſtra ſe urgeri:nō enim frumēta: ſed homines breui defuturos.¶Siſtunt amnes:de Tybri Hora. ode.ii. ſcribit. ¶Ebur.i. eburnea ſimulacra . Ouidius item ait:Mille locis lachrymauit ebur:ꝙ ante mortem fuiſſe ſcribit.¶Aeraq; ſudant : Appia.poſt obitum ait: ꝙ ex ſimulacris etiam nonnulla ſudorem emiſere : alia ſanguinem.¶Fluuiorum: A apæſtus eſt pro dactilo: talis autem uerſus Acephalus dicitur:nam incipit ſyllaba breui:cum longa eſſe deberet.Econtra pro cephalus dicitur:quum a breui deberet incipere:& longa ponitur.

Cyclopes
Aetnā
Alpes

¶CHRI. In agros:Recte & nō in agris:Nō.n.efferuebat in agris tāq̄ ī loco:ī quo eēt:ſed ī agros tanq̄ ad locū: ad quē flāmas iaceret.¶Ruptis fornacibus.i.a fornacibus q̄ ex locis ſubterraneis erūpebant.¶Flāmarū globos: interp̄tatio eſt:nā q̄d aliud ē q̄d ætna efferueat in agros ꝓpinquos:q̄ p feruorē euoluere globos flammarū : ideſt flammas conglobatas:& ſaxa liquefacta.ſ.ex igne:ut uidemus calcem.Hanc rem latius deſcribit in.iii. libro æneidos.Quo in foco reſpondendum erit Macrobio ad ea:quæ Maroni obiicit.¶Toto germania cælo: Nam legimus in morte cæſaris nocturnos ſtrepitus per multos deferri lucos uiſos eſſe:ut fulgores cæli.Itē ſolitarias in forū aues delapſas.Nā Stra.philoſophus cōplures ignitos apparuiſſe hoīes teſtat̄.¶Silentes: Eo tēpore quo in illis ſilentiū eſſet:ergo certius meliuſq; potuit audiri uox in tāto ſilentio.¶Simulacra: Phantaſmata dicit: & nocturna uiſa.¶Locutæ infan.i.res infandas.i.q̄ peſſime portēderet:poeta aūt:ut in honorem Cæ.oſtēdit oēm naturā morte tāti uiri cōmotā fuiſſe plurima ꝓdigia q̄ diuerſis tp̄ibus acciderūt ī unū cogit.Nā.L.Quinto Flamineo:& Cn.Domitio Aenobarbo conſulibus:ut ait Li.Rōæ bouē locutū eſſe cōſtat.Caue tibi Roma: & initio ultimi cōſulatus:quē geſſit Marcellus nūciatū eſt bouem hūanā uocē emiſiſſe.¶Siſtunt am.t.q.d.q̄ terræ motibus euenire ſolent.¶Proluit:Nimia incrementa fluminū calamitem protendunt. Hora. uidimus flauū tyberim retortis littore ethruſco uiolenter undis ire deiectum monimenta regis:templaq; ueſtæ.

¶SER. Fluuiorũ rex eridanus: Padũ dicit: fluuiorũ autẽ rex p Italiã: aut certe p totũ orbem ſecundũ q dicit Lucanus: q ait: quom de iſto flumine loqueret. Nõ minor hic nilo ſi non p plana iacentis Aegypti libycas nilus ſtagnaret arenas. Nõ minor hic Iſtro niſi q dũ pmeat orbẽ Iſter: caſuros in qlibet æquora fontes Accipit: & ſcythicas exit nõ ſolus in undas: dicit ergo tantũ tũc excreuiſſe Eridanũ: ut etiã ſiluas moueret & erueret arbores. ¶Cum ſtabulis armenta tulit: & ipſa ſtabula ſubuerſa ſecum trahit & armenta ſimul. ¶Triſtibus extis: uiſceribus pecorum: triſtia portendentibus. ¶Fibræ minaces: fibras dicit uenas aliquas quæ ſi apparent in uiſceribus malum omen erat: quæ nunc apparuere: aut puteis manare: nec ceſſauerunt eodem tempore: aut fibræ minaces apparere: aut puteis manare cruor. ¶Altæ urbes: magnæ. ¶Non alias cælo ceciderunt plura ſereno fulgura: omen eſt in eo & quia ſereno cælo miſſa ſunt fulgura: & quod plura miſſa ſunt. ¶Diri cometæ: crinitæ ſtellæ & peſſimæ: quia ſunt & bonæ: ut diximus in æneide: factæ ex Ioua uel Venere: quã rem pleniſſime Auienus exequitur. ¶Paribus concurrere telis: Lucanus Pares aquilas: & pila minantia pilis. ¶Iterum uidere philippi: ciuitas eſt theſſaliæ: in qua primo Cæſar & Pompeius: poſtea Auguſtus & Brutus cum Caſſio dimicauerunt. ¶Nec fuit indignum ſuperis: quaſi exclamatio eſt ad deos.

Fluuiorum rex Eridanus campoſq; per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit. nec tempore eodẽ
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces
Aut puteis manare cruor ceſſauit & altæ
Per noctẽ reſonare lupis ululantibus urbes.
Non alias Cælo ceciderunt plura ſereno
Fulgura nec diri toties arſere Cometæ.
Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere Philippi.
Nec fuit indignum Superis bis ſanguĩe noſtro

Eridanus
Padus
Fibræ

¶ANTO. Eridanus: padus nulli animo claritate iferior a græcis dr. ¶Eridanus: auget ad canis ortus liqtis niuibus: hæc & plura Pli. li. iii. ca. xvii. Mela uero ſcri. q padus ſe p ſeptẽ oſtia effundit: quoꝝ unũ magnũ padũ appellãt: ſcri. & plura. ¶Rex: hoc ideo ait. Quoniã inter ſydera relatus: & qa nulli animũ claritate inferior diximus: habet autẽ in cælo te. Igi. ſtellas. xiii. ¶Fibræ mi. Plu. ait: Ipſi quoq; cæſari immolãti cor nuſq̃ cõparuiſſe uictimæ: qđ dirũ ſane erat pdigiũ. Oui. quoq; inqt: Victima nulla litat: magnoſq; inſtare tumultus Fibra monet ceſumq; caput reperit in extis. ¶Fibræ: antiq: ut Var. ait: fibrũ dicebãt extremũ: unde in ſagis fimbriæ: & in iecore extremũ fibra ponit ãt nũc p neruis qbuſdã: nũc p

Exta

extremitatibus: uel iecoris uel pulmõis: & ſimiliũ. ¶Extis: exta dicta q ea diis pſecent: q maxie extãt eminẽtq; auct. Feſto. ¶Lupis: Appi. ſcri. q lupi ẽt p forũ diſcurrere. ¶Fulgura: Pli. li. ii. ſcri. q in catilinianis pdigiis. M. Herennius Decurio ſereno die fulmine ictus eſt. ¶Cometæ: di. horrendi Pli. lib. ii. inquit. Cometas græci uocant noſtri crinitas: horrẽtes crine ſanguineo: & comarum modo in uertice hiſpidas: fit cãdidus cometes argenteo crine ita refulgens: ut uix cõtueri liceat. De cõetæ aũt Lu. ait: Et terris mutantẽ regna Cometẽ. Pli. itẽ ait: terrifi

Philippi

cũ magna ex parte ſydus eẽ: atq; non leuiter piatũ: ut ciuili motu Octa. cõſul. ¶Philippi: Philippi ciuitas ẽ in Macedonia: q datos olim dicebat. Crenida ante dati nomen appellata fontes qppe plurimi circa collem uberius ſcaturiunt aqs. Et locũ Phillippus uallo ſepſit: & a ſe Philippos nũcupauit. Cõdita ẽ m. ciuitas in prupto quodã colle. Apud philippos demũ: & Caſſius & brutus pugnãtes cõtra Auguſtũ & Antoniũ uicti ſibiipſis mortẽ cõſciuere: de quibus oĩbus uideto Appia. li. iiii. prius autẽ circa eadẽ fere loca pugnarunt Cæſar dictator: & Pom. unde Lucius Florus ſic ait: Sic præcipitantibus fatis prælio ſumpta Theſſalia eſt: & philippicis campis urbis imperii generis humani fata commiſſa ſunt: nunq̃ ullo loco tantum uirium Po. Ro. tãtum dignitatis fortuna uidit.

¶CHRI. Fluuiorũ: ſunt mulieres apud germanos q fluuiorũ curſum uerticeſq; ac ſtrepitũ cõiectantes futura pdicant. ¶Eridãus: Hũc regem appellat: uel qa eius imago relata ſit inter aſtra: uel qa nullus maior ſit in Italia: uel qa nomẽ ſumpſit ab eridano rege in eũ a Ioue fulmine deiectũ: eſt. n. eridanus: & phaetõ idẽ q̃ reãt ab iferis ad ſuperos trãſire dicat demõſtrabimus in. vi. æne. li. ¶Fibræ minaces: ſub corde atq; pulmõe: ut ait Corne. tranſuerſum ex ualida mẽbrana ſeptũ eſt. Hoc itaq; a pte ſuperiore hẽt cor atq; pulmonẽ: q pprie exta ab extãdo dicunt. A parte inferiore iecur & liẽ: ſed & hæc exta dicunt qa ſup iferiora inteſtina locant. Vnde antiq religio caput extoꝝ iecur dixerunt. Aruſpices igit duas fibras: q ſunt duo capita in iecore ita diuidebãt: ut alterã ſacrificãti: alterã aduerſario aſſignarẽt hinc uiſcera pſecabant: q pſecta dicebãt: Lu. lauit calido pſecta cerebro: ſi qd ergo in extis apparebat futurorum indiciũ putabat. Hinc principatũ portendi ſyllæ reſponſum eſt: q ſacrificanti apud laurentũ in capite uitulini iecoris ſimilitudo coronæ apparuit. ¶Puteis manare cruor: Hoc monſtrum in gallico bello eueniſſe memoriæ proditũ eſt. Nã fluuius qui per agrum picenum fluit ſanguinẽ fluere uiſus eſt. ¶Lupis ululantibus: q pro mõſtro priſci habuere. Vnde & Liui. refert: Conſule. L. Quinto Flamineo formias duos lupos ĩgreſſos aliquot obuios laniaſſe. ¶Cometæ: ſtella crinita quam græci cometẽ appellant in morte Cæſaris ad ſeptẽ uſq; noctes eximio fulgore apparuit: poſtea nunquã uiſa eſt. Vnde eſt epiſtola Augu. iis ipſis ludoꝝ meorũ diebus ſydus crinitũ ſeptem diebus in cæli regiõe ſub ſeptẽtrionibus eſt conſpectũ: id oriebatur circa undecimam horam diei: clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit. Hoc ſigno putauit uulgus animam Cæſaris inter deos relatã. Cometa ut ait Plini. in uno totius orbis loco colit in tẽplo Romæ. Sunt qui hæc ſydera ppetua eſſe credant: ſuoq; ambitu ire: ſed nõ niſi relicta a ſole cerni. Alii putãt naſci humore fortuito & ignea ui: ideoq; ſoli breuiſſimũ quo cernit ſpatiũ ſeptem dieꝝ annotatum eſt: longiſſimũ uero octoginta. Mouent autẽ alii errantiũ modo: alii immobiles ſunt: & oẽs ferme ſub ipſo ſeptẽtrione uident: Ex quibuſcũq;

Cometæ

aũt ſtellis cometæ naſcant: ſiue ex planetis: ſiue ex ſtellis fixis ſemp in flãmatio appet uerſus ſeptentrionẽ. Quapropter ſtella quæ apparuit in ortu Chriſti non fuit cometa: quia mouebatur ab oriente ad meredie uerſus occaſum: quod non facit cometa: ut refert Chriſoſtomus. ¶Paribus: nam utrinq; pila erant.

¶SER. Emathiā & latos æmi pingueſcere cāpos: Emathiā theſſaliā dictā ab Emathio rege. æmus āt mons
eſt theſſaliæ. ¶ Pingueſcere uero: aut fœcundos fieri ex humano cruore: aut pingueſcere dixit: q̄ſi humana cor/
pora terra deuorās: pinguis effici potuerit: ſicut ex carniū cōmixtiōe frequēter hūana caro pingueſcit. ¶ In cur/
uo: una ꝑs orationis eſt. ¶ Scabra rubigine: aſpera: unde & ſcabies dicit̃ a corporis aſperitate. ¶ Galeas inanis: cō
cauas: ut Galeā ante pedes ꝓiecit inanē. ¶ Grādia oſſa: aut multa: aut īgētia: q̄ſi antiquorū heroū. ¶ Dii patrii in
digetes & romule ueſtaq; mr̃: patrii dii ſunt q p̄ſunt ſingulis ciuitatibus: ut Minerua athenis. Iuno carthagini.

Emathiam & latos Aemi pingueſcere campos.
Scilicet & tempus ueniet quom finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro
Exeſa inueniet ſcabra rubigine Pila
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes
Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.
Dii patrii indigetes & Romule Veſtaq; mater
Quæ thuſcū Tyberī & romana palatia ſeruas
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſeclo

Indigetes āt ꝓprie ſunt dii ex hoībus facti: q̄ſi ī diis
agētes. Abuſiue āt oēs dii poſſunt dici īdigetes: tanq̄
nullius rei egētes. Romulū aūt ideo īuocat: qa ipſe iā
inter deos colebat̃: & recte eū ad Auguſti ſalutē inuo
cat: q̄ſi ex eo deſcēdētis: & q illius ſit urbis īperator: q̄
Romulus cōdiderat. ¶ Veſtaq; mater: q̄ thuſcū tybe
rim & romana palatia ſeruas: poetice. Nā uerū nomē
numinis q̄d urbi Romæ p̄eeſſet ſciri ſacroꝝ lege ꝓhi
bet̃: q̄d auſus q̄dam tribunus plebis enūciare in cru/
cē leuatus eſt. ¶ Hunc euerſo: orat ut poſſit ſedare tā/
ta p̄lia & bella ciuilia. ¶ Saltē: ut auguſtū dii cōſeruēt:
Cuius tēporibus pax uniuerſo orbe erat: & malis fi/
nē īponere: & pene iā ruēti mūdo ſubuenire poſſum.

¶PRO. Emathiā & latos æmi. p. c. Aemus mons
diuidit thraciā a Macedonia dictus a noīe regis thracū Aemi: quoius ſoror uxor Rhodope fuiſſe tradit̃. Ema/
thia dicitur macedonia: ut pleriſq; auctoribus liq̄t: ab Emathione fratre Mēnonis Auroræ: & Tithonii filii.

¶ANTO. Emathiā: Emathia: ut Pli. ſcri. li. iiii. ca. xi. antea dicta: poſtea Macedōia. Auctor quoq; Soli. q ait ab Ema/
Emathio prīo rege dictā. ¶ Aemi: æmus mōs eſt in Thracia uaſto iugo ꝓcūbēs ī pōtū auctor Pli. li. iiii. Thracia thia
āt ut oñdit Ptolemeus li. iii. iūcta eſt Macedoniæ: unde & Luca. lib. vi. ait: Qua iuga deuexus pharſalica porrigit
æmus. ¶ Pila: Modeſt⁹ ſcr. pilū fuiſſe telū maius ferro triāgulo unciarū. ix. haſtile pedū q̄nq; & ſemis q̄d ſuo tpe Pilum
ſpiculū dicebat̃: ad cuius iactū exercebant̃ p̄cipue milites: q̄ arte & uirtute directū & ſcutatos pedites & lorica/
tos eq̄tes ſæpe trāſuerberat. ¶ Grādia oſſa: olim fuiſſe hoīes grādiores: ut Hom. īdicat: & Vir. hic Iuue. ait ſat. xv.
Terra malos hoīes nūc educat atq; puſillos. ¶ Dii p̄rii: expoſitis ob cæſareā cædē ꝓdigiis actis nūc ipſum Augu
ſtū romanū imperiū fouere optat. ¶ Indigetes. Feſt. ait īdigetes dii: quoꝝ noīa uulgari nō licet: & īdiges Aeneas
appellatus eſt ab Aſcanio poſt humanū abſceſſum. Liui. aūt ſcri. appellatū Iouē indigetē. Sunt & q dicāt indige/
tes dici: q ex hominibus ad cōſecrationē ueniūt: ut Aeneas &c. ¶ Romule: Romulus. xviii. natus annos potitus
eſt Romāo regno: annos aūt. xxxvii. dominatus. quintū aūt & q̄nquageſimū uitæ agens a ciuibus ſuis interfe/
ctus eſt (licet uaria de morte referant̃) cum iā īperiū nō regiæ ſed tyrānice exerceret: poſt hæc Iulius proculus
in forū ꝓcedēs: Romulū inq̄t ego ex agro adueniēs uidi abeuntē ex urbe armatū: q ubi ꝓximus mihi fuit ita eū
dicere audiui: Nūtia romāis Iuli q̄ me ſortitus ab initio uitæ genius ī cælū ducit mortali expleto ſæculo: ſum āt
Quirinus. Succedēs ex inde in regnū Numa Pōpilius ipſum Romulū: ut naturā ſuperātē mortalē tēpli adorna Romul
tiōe: & anniuerſariis ſacrificiis Quirinū uocatū ſtatuit honorari. Hæc ex li. ii. Dionyſii. ¶ Veſtaq; mr̃: Erat ueſta Veſta
urbis Rōæ cuſtos: quā uirgines ſeruabāt ꝑpetuo igni. Cuius extinctionē ſuꝑ grauia oīa Romāi timebāt: īteritū
urbis ſignū id aſſumētes q̄cūq; accideret cā: De q̄bus oibus plura Diōyſius li. ii. & Ou. in faſtis. ¶ Thuſcū tyberī: Tyberis
Stra. li. v. ſcri. q̄ ex apœninis mōtibus tyberis effluit pluribuſq; auctus amnibus ꝑtim ꝑ ipſā excurrit Hetruriā:
deīceps uero ipſā diſterminās: primū q̄dē ab ea diuidit Vmbriā: poſtea uero Sabinos & latios Rōæ ad litt⁹ uſq; Roma
finitimos. Legito itē plura in Pli. li. iii. ca. vi. ¶ Romana palatia: Corne. tacitus ſcri. urbē Romā in palatino mōte
primū ædificatā: ī eoq; reges primū deīde cōſules: poſtea impatores maiori ex ꝑte ſedē habuerūt. Et ī bello ma/
cedonico Liuius oſtēdit in palatio fuiſſe ædē magnæ matris deū a Iunio Bruto dedicata fuit & ibidē ædis uicto
riæ eodē teſte li. viii. de ſecūdo bello pu. in eodē palatio: ut ſcri. Sueto. Cæſar Auguſtus tēplū Apollini dedicauit.
¶ Hunc iuuenē: cur Auguſtū intelligēs iuuenē appellat late iā diximus in Tityro hic illū uidi iuuenē melibœe.

¶CHRI. Emathiā: Theſſalia q̄ ab Emathione rege ſic dr̃. Nā græce ημαθια dr̃. Hūc Mēnōis filii Auroræ &
Tithōi fratrē fuiſſe ait Pro. ¶ Aemi: mōs Thraciæ ab æmo filio Boreæ & Orithiæ. ¶ Saltē. q. d. ſi rapuiſtis Cæſ.
matuꝝ uirū: & q optimus eēt īperii defenſor. Saltē placeat ſeruare hūc iuuenē: q euerſo morte Cæſa. īpio ſuccur
rere poſſit. ¶ Veſtaq;: de ueſta & palatio alio loco dicet̃. ¶ Ne ꝓhibete: tacite oſtēdit ſuis uiribus poſſe mō dii nō
īpediāt ſuccurrere. Mixta ergo laus q̄ ſolus & iuuenis ualet. Nō dico cōſeruare bene īſtitutū ſæculū ſed reſtaura
re iā euerſū. ¶ Laomedōteæ piuria troiæ: Laomedōtis ꝑfidia ī Apollinē ac Neptūnū uulgatiſſima ē. Sed & aliā ī
Herc. meminit Dio. ſicu. ait. n. Herculē cū argonautis ī colchos enauigātē ī phrygiū mare ꝑueniſſe: & Heſionē
filiā Laomedōtis ī littore religatā: & mōſtris marinis iuſſu oraculi deuorandā expoſitā uidiſſe: eāq; liberaſſe: &
mōſtra īterfeciſſe: ꝓpeaq; p̄miū ſibi Laomedōtē obtuliſſe equos īuictos. At Herc. eoſdē equos apud ipſum Lao
medōtē donec ex colchis rediret depoſuiſſe: Reuerſo deīde Herculi denegaſſe depoſitū Laomedōtē. Qua ex re
ira ꝑcitū Herculē Laomedōtē & reliquos filios q ſecū ſenſerāt. īterfeciſſe. Soli. āt Priāo q fidē ſeruādā & equos re
ſtituēdos cēſuiſſet troianū regnū reliq̄ſſe. ¶ Remouet: āt culpā belli ciuilis a Cæ. Iulio: & reiicit ī peccata troiano
rū: uñ Rōa originē ducit: Quæ āt ſcelera nūc orbē p̄munt dicit eſſe qa dii hoīes Cæſarē īuiderunt. ¶ Patrii indi/
getes: de Iano: Fauno: Euādro: Aenea: Carmēte: & cæteris q ex hoībus dii habiti ſunt. ¶ Romulæ. ſ. urbis condi/
tor. ¶ Palatia: pro tota urbe. Nam palatiū fuit antiquiſſima ſedes Roma. ut apparet ubi de euandro narratur.

Ne prohibere. ſatis iampridem ſanguie noſtro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis Cæli te Regia Cæſar
Inuidet atq; hominũ querit̃ curare triũphos.
Quippe ubi fas ũſũ atq; nefas tot bella ꝑ orbẽ
Tam multæ ſcelerum facies. non ullus aratro
Dignus honos ſqualẽt abductis arua colonis.
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem
Hinc mouet Euphrates illinc Germania bellũ.
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt ſæuit toto mars impius orbe.
Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ
Addunt ſe in ſpatia & fruſtra retinacula tẽdẽs
Fertur equis auriga neq; audit currus habenas.

FINIS PRIMI GEORGICON.

¶SER. Ne prohibete: ideſt ne prohibeatis. ¶ Iampridem: olim. ¶ Sanguine noſtro: ideſt romanorũ. ¶ Laomedonteæ: Excuſat Auguſti tempora: & eum dicit ſuis uiribus non compenſare damna rei publicæ: quæ ex maiorum uitiis deſcendiſſe confirmat. Horatius: Negligis immeritis nocituram poſtmodo te natis fraudem committere. ¶ Atq; hominum queritur: cum cæleſtes poſſis mereri. ¶ Vbi fas uerſum atq; nefas: apud homines ſcilicet qui ſpernunt licita: appetentes illicita. ¶ Abductis colonis: ad bella ſcilicet: ut Et latos uaſtant cultoribus agros. ¶ Rigidũ falces conflantur in enſem: ita orbem bella turbant: ut hi qui prius agriculturæ inſiſtebant: Cogantur deficientibus iam armis inſtrumenta colendorum agrorum & metendarum ſegetum in arma conuertere. ¶ Hinc mouet euphrates illinc germania bellum: undiq; mouetur bellum. Euphrates nanq; orientis eſt fluuius: germania autem occidentis prouincia. ¶ Arma ferunt: uicinæ urbes: hoc eſt & externa & ciuilia bella deſæuiunt. ¶ Vt cum carceribus: hoc uult dicere res quidem publica habet optimum imperatorem: ſed tanta uitia temporum præteritorum quæ in dies ſingulos aucta ſunt: quẽadmodum in proceſſu equorum curſus auget̃: ut ea optimus rector refrenare non poſſit: ſicut & auriga a feruenti curſu equos non poteſt plerunq; reuocare. ¶ Addunt ſe in ſpatia: ideſt currẽdo plus eorum curſus augetur. ¶ Currus. i. equi. Sane ſciendum tranſlationem hanc eſſe: non comparationem: quæ ſi ponatur in fine uitioſum eſt.

Luo

Laomedon

¶ANTO. Iampridem: multi & enim romanorum ab Annibale Mario & Sylla a Cæſare: & Pom. & aliis antea fuerant interempti. ¶ Luimus: purgauimus. luo enim a luce dicitur: ut ſcribit Varro. ¶ Laomedonteæ: ſecundum fabulas Apollo & Neptunus troiana mœnia ſtruxere: fictum eſt: ut aiunt: quoniam cum troianorum pecunia in ſacro eorum deorum ſeruaretur ab eis Laomedon petiit rediturum ſe iurans unde mœnia inſtaurauit: poſtea tamen non reddidit: hinc datus eſt rabulæ locus: ꝙ deos deceperit quos uult Maro hic propterea etiam in romanos ſæuiſſe. ¶ Iampridem no. in auguſti gratiam Iulium Cæ. iam diu a diis deſideratum aſſerit. ¶ Aratro dignus ho. de agriculture honoræ uideto in principio. ¶ Conflantur: fabricãtur: conuertuntur. ¶ Euphrates: hunc maior fundit armenia: ut ſcribit Soli. Longiſq; excurſibus Babyloniam diuidit tandem in ſinum perſicum defertur. Mouere autem Euphratem bellum ait propter Parthos. ii enim clade Craſſiana altius animos erexerant: ciuileſq; diſcordias populi romani læti acceperant: itaq; ut primum effulſit occaſio non dubitauerunt erumpere. Vltra quidem inuitãte Labieno qui miſſus a Bruto Caſſioq; fuerat: ut hoſtes in auxilium ſollicitaret. Ventidius tamen Antonii legatus & Labieni copias & omnem Parthicum equitatum inter Orontem & Euphratem occidit: de quibus plurima Lucius Florus. ¶ Germania: hoc ideo dicit: quia poſt Cæſa. cædem germani ab romanis deſciuerant. Augu. tamen ut Suetonius tradit eos ultra albin flumen ſubmouit. ¶ Legibus: fœderibus. ¶ Ruptis: propter Cæſaris obitum. ¶ Carceribus: carceres uocantur unde mittuntur equi dicti ꝙ coherentur equi ne inde exeant ante ꝗ magiſtratus ſignũ miſit: auctor Varro. ¶ Quadrigæ: quatuor ſimul equi iuncti quadrigæ quaſi quadrigæ uocantur: ut ſcribit Gel. lib. xviii. ca. viii. ¶ Auriga: aurigæ proprie ſunt curum regentes. Dicitur autem auriga: quia ſplendorem ſibi agat auris: ideſt fauoribus populi: hoc eſt clamoribus. Priſcia. de. xii. car. ¶ Currus: ipſe quadrigæ. per id autem innuit Martem nullo obſtante ſæuire obiuerat enim Cæſar populorum terror & rector.

Carceres

Auriga

¶CHRI. Facies: Formæ. ¶ Et curuæ rigidũ: qd. n. ſceleſtius eſſe poteſt ꝗ ferramenta ad uſum agriculturæ inſtituta: unde uita humana & alitur & aſſiduo labore piacaſtaq; conſeruatur: ad bellaq; & homines perdunt: & omnium ſcelerum ſemina præbent. Magna ergo indignatio ꝙ non ſolum ab uſu rei ſanctiſſimæ amoueatur: ſed etiam turpiſſime attribuatur. ¶ Euphrates: Parthos intelligit quorum imperium euphratem pertingebat. Eſt autem Euphrates ſecundum chriſtianos unus ex quatuor fluminibus qui ex delitiarum paradiſo effluunt. Priſcia. uero illum ex Armenia maiori naſci uolunt: & armeniam a Cappadocia diſtinguere. ¶ Vt cum carceribus: Non uitio principis ſunt bella: ſed impetus bellorum ante ipſum motus nondum reuocari poteſt: ut ipſi aurigæ iam præcipiti curſu actos equos ſiſtere non poſſunt. ¶ Addunt ſe in ſpa. ideſt per ſpatia currendi augent curſum. ¶ Fertur equis: ideſt equorum arbitrio agitur & non ſuo.

FINIS PRIMI GEORGICON.

HActenus aruorum cultus & ſidera cæli:Nūc te bacche canā.Mire iterauit illū uerſum:Quid fa/ SER.
ciat lætas ſegetes:quo ſidere terrā.In hoc autē libro exequit̃ culturā agri cōſiti:q omniū arborū continet genera.Et ſciēdū eſt Virgiliū uites quoq; arbores dicere:ut Nec ſecius oīs in unguē Arboribus poſitis ſecto uia limite q̄dret.Et Hactenus:ut multi uolūt una pars orationis eſt: & eſt aduerbiū ſignificās hucuſq;:alii duas ptes uolūt ꝓnomē & aduerbiū:ut ſit tenus hac:ſicut Crurū tenus a mēto palearia pēdēt:ſed melius ē unā partē accipere orationis hactenus.⁋ Sidera cæli:pleonaſmos:nec.n.ſunt alibi q̄ in cælo ſidera.⁋ Bacche:iuētorē pro uitibus poſuit:de quibꝰ κατεξοχην in hoc libro loquit̃:Nā uites p̄cipue ſunt:licet & aliarum arborū faciat cōmemorationē.⁋ Necnon ſilueſtria tecum Virgulta:ideſt infœcūdas arbores: qbus præcipue in Italia uites coherent.⁋ Tardæ creſcentis oliuæ :res enim diu duratura tardius creſcit.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN SECVNDVM GEORGICON ARGVMENTVM.

HActenus aruorū cultus & ſidera Cæli.
Pāpineas canit ille comas colleſq; uirenteis
Deſcriptaſq; loci uites & dona Lyæi
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

P. Vergilii Maronis Georgicorum.

Liber Secundus.

HActenus aruorum cultus & ſidera Cæli.
Nunc te bacche canā necnon ſilueſtria tecum
Virgulta & prolem tardæ creſcentis oliuæ.

¶PRO. Nunc te bacche canam:bacchari eſt furere:inde & bacche dicūtur:quæ per furorē ſacra liberi patris celebrabāt:& ipſe bacchus uocat̃ a furore: quē incutit cultoribus ſuis.Idē Lenæus dicit̃ torcularis a nomine græco:q, ληνον appellant torculum.

¶ANTO. Hactenus aruoꝶ:Huiꝰ quoq;.ii.uoluminis argumētū carminibus patet.Sed cur poeta ab agroꝶ cultura icœpit:poſtea uitiū de exordio ſcribēs apui ubi & uitiū arborūq; culturas Emolphū atheniēſem primū iuēiſſe Pli.referēte edocui.⁋ Hactenus cecini.ſ.eſt.n.Meſozeuma.⁋ Sidera cæ.pleonaſmos ē i dictiōe cæli.i.ſupabūdātia:de q̄ late Fabi.li.ix.⁋ Te bacche.i.tua munera ut uites de quo latius ibi Pocul aq; iuētis acheloia miſcuit uuis.Dicit̃ aūt bacchus a furore quē incutit cultoribus ſuis:ut Probus aſſerit.⁋ Silueſtria uirgulta:ſilueſtres arbores iter q̄s: & geniſtas & ſiler & ſalices accipe.De uirgultis autē diximus in Tityro.⁋ Tarde creſentis oliuæ: Pli.li.xvii.ca.xii.ſcri. Natura tarde creſcere oīa lōgo æuo durātia: at quæ cito occidūt uelocia eſſe ut ficus malus pirus. Idemq; lib.xvii.capi.lxi.ſcri.ad ſua tempore duraſſe in Linterno Aphricani prioris manu ſatas oliuas:& myrtus eodem loco conſpicuæ magnitudinis.

¶CHRI. Quoniā poetaꝶ ē curare:ut ſeq̄nte libri antecedētibus annectāt̃.Facit hoc Maro ut plurimū p aliq̄ ꝯiūctionē:ut te quoq; magna pa.& alibi poſtq̄ rex aſiæ:itē At regia graui iā dudū ſaucia cura: & ſic fat̃ lachrymās.Hic uero ut idē p̄ſtet utit̃ colore rhetorico:quē Tranſitionē appellāt:quo facile iis q̄ dicta ſunt ea q̄ dicēda reſtāt adnectunt̃.In p̄cedēti igit̃ li.& aruorū cultū & ea q̄ ad rationē ſiderum pertinerent deſcripſerāt:Nūc quod ſecūdo loco ſibi propoſuerat explicat.ſ.Vlmiſq; adiungere uites.⁋ Te bacche: non Baccꝰ
ſolum bacche dicit propter uites quarum inuentor perhibetur ſed propter omnes arbores.Dionyſium enim poſuerunt pro ignea ui ſolis quæ poma adductus oēs arborū decoq̄t ac maturat.Nā uis ſeminalis q̄ a ſole in terrā deſcēdit priapi noīe honorat̃:cuiꝰ qd̄ ad ſiccos ꝑtinet fructus bona dea:qd̄ uero ad plātaris Dionyſius dr̄.Ergo qa ignea uis ſolis ē Diony.iccirco ægyptii Oſirī quē ſolē interp̄tant̃ Dionyſium teſte Dio.ſiculo appellauerūt.Vnde Eumolphus poeta: lōgiculū radiis Dionyſiū dixit. Et Orpheus eum ſplendoris auctorē ſcribit.Atq; hæc ad phyſicē.Hiſtoria uero duplex ē.Aliter.n.græci:aliter ægyptii ſentiūt.Aegyptii.n.Dionyſiū Oſirī nomināt:quē uolunt diuinis uirtutibus uiꝶ p̄ditū fuiſſe ægyptiiq; regno & Iſidis quā lunā cereréq; noīant cōiugio potitū uniuerſū orbē ꝑagraſſe: Et ut iſis tritici ordeiq; reptrix fuit.antea.n.iter alias herbas icognita oriebant̃ ſic Oſiris in Nyſa locus Arabiæ fœlicis ægypto cōterminus ē enutritus ꝑpeaq; & a Ioue p̄re & a loco illo Diony.appellatus:uitis reptor fuit:hoīeſq; docuit & uitis cultū & uini uſū atq; cōſeruationē.Volūt p̄terea ægyptii Oleā quoq; nō āt Mineruā ut græci dicūt iueniſſe.Hic p Arabiā & rubrū mare ad idos & orbis terræ termios ꝓgreſſus ē.In idis uero & alias urbes:& Nyſam cōdidit monumētū eius in q̄ nutritus fuerat:in qua hederā ēt ſæuit ꝓfectus eſt:& in Aſiā & p Helleſpōtū in Europā & in Traciā ſibi aduerſantē Lycurgū iteremit:

Maronē𝔮; ꝑfectū ſuū:& uitis colēdæ pitū ĩ regiõe q̄ ab eo Maronea dicta ē reliq̃t & Macedonē filiū ĩ regno q̄ ab eo Macedonia appellata ē. Atq; hæc de Diony. apud ægyptios. Græci uero uaria referūt. Alii.n.unū. Alii tres po nūt. Sūt ēt q huius dei formā humanā fuiſſe negēt:ſed uini datione Diony. dicāt: Terrāq; ſua ſpõte uites ꝓtuliſ ſe: Dimetora āt a priſcis noīatū qđ fit ex duplici matre primāq; geneſim nūerāt qñ ĩ terra poſita plāta ĩcremētū accipit. Secūdā qñ fructus matureſcāt. Vnde altera ex terra:altera ex uite diei origo ē: Qđ uero dicūt ex Ioue & ce rere natū:& gĩtātib⁹ diſcerptū ac elixatū:ac rurſus a Cerere cõpoſitis mēbris ĩ iuuenē reductū phyſicū eſt. Nā ex terra & imbre ĩcremētū ſumit uitis ad uuas creādas:q̄ ab agricolis calcādo laniant̃:multiq; uinū decoquunt ut melius fiat uinū. Ceres āt rurſus mēbra cõpõit:qa terra ſingulis annis ſuccū uitib⁹ ad nouas uuas ſubminiſtrat. Eſt ēt phyſicū qđ dicat ui fulminis ex utero Semeles abductū:& dõec tp̃s maturo fœtui datū cõpleret Iouis fœ mori aſſutū. Nā ignea uis ĩ uuis matureſcit. Veꝝ cū iā ex uuis expſſū ē uinū qa nõdū ſatis cõcoctū ē iterū in lacu bus ebulliat neceſſe ē. Dio. āt ait terra ātiq̃s Thyonēa ſacris q̄ ſibi fiebāt cū ſacra θυσιας dicāt:& ſemelē q̄ſi caſtā ab eo qđ ē ξεωνη. Bis ēt eius geneſim a Ioue eē:qa cū Deucaliõis diluuio piſſet rurſus poſt pluuias ĩ terra appuit. Sed hæc phyſice. Fabuloſe uero dicūt tres fuiſſe Dionyſios. Primū indū qui ex uitibus ſua ſpõte naſcētibus cal candarū uuarū ĩuētor & uini pomorūq; cõditor fuit. Quoniā āt barbatus ē & barbā ĩdi uſq; ad mortē nutriūt. Hic orbē pagrās calcationē uuarū ĩ torcularibus adinuēit a q̄bus Lenæus appellatus ē. Secūdus & Ioue & ꝓſer pīa uel ut alii dñt ex Cerere fuit q prius boues aratro iūxit. Antea.n.māib⁹ fodiebāt terrā mortales ꝑꝑ qđ ĩmor tales honores meruit:eiuſq; ſimulacrū cornibus ĩſignit̃:ut ĩuētor aratri demõſtret̃. Tertius Iouis & Semeles fi lius fuit:q poſt ſecūdū ortū ex fœmore Iouis ĩ Nyſā ĩdie a Ioue delatus & a nymphis educat⁹ ē pulcherrimus & muliebrib⁹ delitiis dedit⁹ exercitū ex mulierib⁹ cõfecit:thyrſiſq; illas armauit.i.haſtis hedera ĩplicit⁹ cū ferrea cuſpide quo dolo reges nihil tale de mulierib⁹ credētes ĩteremit. Inter quos pēthe⁹ apud græcos. Miran⁹ apud indos: Licurgus apud thraces fuit. Quoniā uero ex india triēnio elephante ĩuectus orbē pagrauit:græci illi Trie terida.i.triēnalia ſacra inſtituerūt:orbē pagrans docuit ſacra & myſteria. Certamina muſica ꝓpoſuit:cūctaq; in pace cõponebat. Dicūt primū fuiſſe q multis cõgeſtis ſpoliis in patriam triumphās redierit. Probus ait Baccha ri eſt furere. Vnde bacchæ dicunt̃ ſacerdotes quæ ꝑ furorē ſacra Liberi celebrāt:& ipſe bacchus dr̃ a furore quē ſuis incurrit cultoribus. ¶ Et prolē: Nā a radice pullulat & ueluti filios ꝓducit. Vnde illæ plantæ alio trāſferūt.

Bacchari
Bacchæ

¶SER. Huc pr̃ o Lenæe: pr̃ licet generale ſit oĩum deorū:tñ ꝓprie libero ſemp cohæret. Nā Liber pr̃ uocat̃. Lenæus āt απο του ληνου.i.a lacu. Nā qđ Dõatus dicit ab eo qđ mētē leniat nõ ꝓcedit: nec.n. põt græcū nom̃ latinā etymologiā recipe. ¶ Tuis hic oĩa plena Mūeribus: tuis mūeribus hic ſunt oĩa plēa & ea ubiq; req̃runt̃ pāpineo. ¶ Autūno: cuius tēpore uites & foliis & fructibus plenæ ſunt:& ſub quo ma turæ fiūt & pāpineo ꝓ pāpinoſo:ut nemus frondeū ꝓ frõdoſū. ¶ Tibi Floret ager: ĩ honorē tuū exultat:& lætus ē:nā autūnali tp̃e re uera florere nõ põt ager. ¶ Vin demia: quom uīdemiā nūero ſingulari dicimus:unius anni ſignificamus: quom plurali multoꝝ:ut meſſē meſ ſes:hyemē hyemes:hæc.n.ſemel tātū annis ſingulis cõtĩgūt. Multi tamē uolūt uindemiā eē totius orbis genera liter:uīdemias ſingularū partiū:ut plus ſignificet ſingularis q̄ pluralis nūerus: Sicut plus eſt cū dicimus per ter rā pluit:q̄ ꝑ terras: Tūc.n.oē elemētū:nõ terras aliq̃s ſignificamus. ¶ Muſto: muſtū nūero tantum ſingulari dici mus:ſicut & uinū:licet Ouid. abuſiue dixerit muſta:ſed hoc ille plus fecit ꝙ & muſtis dixit:cū ut diximus de his nominibus tres caſus tātū uſurpari cõſueuerit. ¶ Tingue nouo mecū: pulchre ĩuocat Liberū patrē adeſſe ſibi ca nēti de ratione uinearū:& uenire in auxiliū:& poetice dicit:hoc Liberū patrē ſe cū agere ꝙ ipſe ab agricolis debe re fieri carmine demonſtraturus eſt:cum dicit: tingue mecum. ¶ Direptis latis: quod eſt genus calciamenti poe tici nam hoc uindemiæ tempore fieri debere ipſe demonſtraturus eſt.

Huc pater o Lenæe: tuis hic omnia plena
Muneribus tibi pampineo grauidus Autūno
Floret ager ſpumat plenis Vindemia labris.
Huc pater o Lenæe ueni nudataq; muſto
Tingue nouo mecū direptis crura cothurnis.

¶PRO. Cothurni: ſunt calciamentorum genera uenatori apta: quibus crura etiam muniuntur: quoius cal ciamenti effigies eſt in ſimulacris Liberi & Dianæ.

¶ANTO. Lenæe: Lenæus bacchi nomē: lenos.n. torcular dicit̃ Lenæus torcularis: ut Probus ait. ¶ Grauid⁹ autū. non grauidis in ablatiuo ſed grauidus in ñtõ legēdū eſt: ſic.n. antiq textus habent: eſt ergo diaſtole figura. ¶ Floret: lætus eſt. ¶ Labris: ahenis. ¶ Cothurnis: uideto ecloga ſeptima. ¶ Muſto nouo: & hic pleonaſmos eſt uel epexegeſis: Nā ut ſcribit Nonius: Muſtū non ſolū uinū uerum nouellum q̄cquid eſt dicitur recte. Næuius utrū ſit melius uirginem an uiduā ducere uirginem ſi muſta eſt. ¶ Principio: canam uidelicet: ſiue a principio.

¶CHRI. Autumno pampineo: pro uuis pampinos poſuit. ¶ Labris: uaſis maioribus in quibus unum e bu liens ſpumas agit. Labrum enim uas capacius eſt. Cice. in epiſtolis: Labrum ſi in balneo non eſt fac ut ſit. ¶ Huc pater o le. ue. Conſueuerunt & poetæ & oratores: cum clauſulam formāt ut plurima interponāt antequā eam claudāt repetere: prĩcipium ſic ĩ buco. Nā cū incepiſſet: Paſtorū muſam damõis & alpheſibœi & anteq̄ adderet: uerbū.ſ. dicemus multa ĩterpoſuiſſet: repetit Damonis muſam dicemus & alpheſibœi. Sic & in loco cū dixiſſet: Huc pr̃ o lenæ poſt lõgā hipbatõ repetiit: Huc pr̃ o le. ueni. ¶ Prĩcipio: breuiter ꝓpoſuerat ſe de arboribus dictu rū. Deĩde ĩuocauerat. Huc pr̃ o lenæe: qđ ꝓhœmiū eſt. Nā ex ꝓpoſitiõe cõparat docilitatē ſūmā rei breuiter ex ponēs. Itē bēiuolētiā a re qa illā utilē oñdit & a pſona ſua cū aliorū utilitate ſe laboraturū ꝓpõat ex ĩuocatiõe āt: qa nõ adhibet̃ niſi magna ꝓponāt̃: attētionē ſibi cõciliat. ¶ Prĩcipio arboribus: Pl. ait: arbores q̄s naturæ debea mus tribus modis naſcūt̃: ſpõte: ſemine: radice. Colu. uero ſcri. Placēt nobis ſicut Vir. duo genera ſulcorū: quoꝝ alterū ſua ſpõte gignit̃: Alterū humana cura ꝓuenit. Primū materiæ magis aptum: ſecundum uero fructibus.

¶SER. Principio arboribus:Creãdarũ arborũ naturaliter ſunt tria genera:aut.n.ſua ſpõte naſcunť:aut ex ſeminibus fortuito iacẽtibus ſurgũt:aut ex radicibus pullulãt:nã cætera uſus ĩuẽit fauẽte natura.¶Spõte ſua: ſpõte mõ nomẽ eſt:qa iunctũ ẽ ei genus:quo caret ſemper aduerbiũ.¶Veniũt:creſcũt:alibi illic ueniũt felicius uuæ.¶Cãpoſq; & flumĩa late Curua tenẽt:ꝑ trãſitũ oſtẽdit ĩ qbus locis arbores ſpõte naſcunť.ſ.in humidis:Nã terra mř ẽ reꝝ oĩum:& ſeminũ cũctoꝝ creatrix.¶Vt molle ſiler:arboris genus ẽ:Et notãdũ genus neutrũ de arbore qď ẽ ad modũ rarũ.¶Glauca canẽtia frõde ſalicta:locũ ſalicũ ꝓ ipſis arboribus poſuit:bene ãt ait & glauca & canẽtia:nã ſalix ab una parte alba eſt: ab altera uiridis. Sane cacenphaton eſt glauca canẽtia.¶Par ãt poſito de ſemine ſurgũt:quacũq; rõne ꝓiecto:uel ab auibꝰ: uel ab hoĩbus ne ĩcipiant eẽ ĩduſtriæ.Dicit qppe pleraſq; arbores ex ſemine naſci:nõ ſtudio hoĩum iacto ſed quocũq; mõ:& euẽtu ueniẽte.¶Pars ſurgũt: pro ſurgit.¶Nemorũq; Ioui q̃ maxĩa frõdet Aeſculus:ordo eſt nemorũq; maxĩa æſculus q̃ Ioui frõdet.i.q̃ creſcit in dodonæo nemore qđ erat Ioui cõſecratũ.¶Atq; habitæ graiis oracula q̃rcus: Nã in dodonæo nẽore arbores dãtes reſpõſa fuiſſe dñr:habitæ aũt graiis: uel q̃ſi nõ credẽs dixit:uel q̃ſi italus:qui loca illa neſciret:uel re uera quondã habitæ:qa illo tpe iã ſilebant. ¶Pullulat ab radice:mira ĩ ſingulis eſt ꝓprietas: Nã ait:Spõte ſua ueniũt: ſurgũt de ſemine:pullulãt ab radicibus.¶Vt ceraſis ulmiſq;:hæc ceraſus his ceraſis facit.Sane ceraſus ciuitas eſt põti: quã cũ deleſſet Lucullus genus hoc pomi ĩde aduexit: & a ciuitate ceraſum appellauit.Nã arbor ceraſus:pomũ ceraſum dř.

Principio arboribus uaria eſt Natura creãdis.
Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus ipſæ
Sponte ſua ueniunt campoſq; & flumina late
Curua tenent.ut molle Siler lenteq; Geniſtæ
Populus & glauca canentia fronde Salicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine ut altæ
Caſtaneæ nemorumq; Ioui q̃ maxima frondet
Aeſculus atq; habitæ Graiis oracula Quercꝰ.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſilua.
Vt Ceraſis Vlmiſq; etiam Parnaſſia Laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit umbra.
Hos Natura modos primũ dedit.his genus oẽ
Siluarũ Fruticumq; uiret nemorumq; ſacroꝝ.

hoc aũt etiã ante Lucullũ erat in Italia:ſed durũ & cornũ appellabať qď poſtea mixto nomine cornoceraſum dictum eſt.¶Parnaſſia laurus:a parnaſſo monte Apollini conſecrato.¶Parua ſub ingenti: ideſt radice maioris minor creſcit & ſurgit:ſicut uideť in lauris.¶Hos natura modos primum dedit:bene primum. Nam ut ſupra diximus:fauor naturæ fuit etiam ad alios inueniendos uſus:contra naturã enim nihil hoĩum ĩuentum ualeret.

¶PRO. Atq; habitæ graiis oracula q̃rcus:exiſtimãt ĩ dodonæi Iouis oraculo q̃rcũ uocalẽ fuiſſe:ex q̃ lignũ Minerua argõautis futura p̃diceret.¶Vt Ceraſis ulmiſq; ẽt Parnaſſia Laurꝰ:Ex urbe ceraſunte: q̃ ẽ ĩ põto Lucullꝰ q oppugnauit Mithridatẽ:trãſtulit arboris genꝰ:qđ feret ceraſa põa. Ipſe ãt oppidi noĩe ceraſon uocauit pomũ ceraſiũ.¶Parnaſſia laurꝰ:dř qa ſubiecta ẽ apollinis tutelæ:quoiꝰ oraculũ đlphicũ ꝑnaſſo mõti phocidos ſubeſt.

¶ANTO. Arboribꝰ:uaria ẽ nã creãdi:Maro ĩ hac re Theophraſtũ ſecutꝰ ẽ:ille.n.li.ii.inqt:Arboꝝ & ſũmatĩ plãtaꝝ generatiõis:aut ſpõte:aut ſemĩe:aut radice:aut auulſione:aut ramo:aut ſurculo: aut ĩpo trũco factitanť. Videto itẽ paulo ĩferiꝰ ibi uidelicet:Hos nã modos &c.¶Molle ſiler: Pli.li.xxiiii.ca.xxxvi.ĩqt: Sileris folia illita Siler
frõti capitis dolores ſedãt:ſerpẽtes & hũc fruticẽ refugiũt:baculũq; ruſtici ob id ex eo gerũt.¶Gẽiſtæ. Pli.li.xix. Geniſtæ
ca.ii.ĩqt aſia ex gẽiſta facit lina ad rætia p̃cipua ĩ piſcãdo durãtia frutice madefacto.x.diebꝰ:& li.xxiiii.cap.xxxiii.
ait:geniſta quoq; uĩculi uſũ p̃ſtat flores apibꝰ gratiſſimi:gẽiſta itẽ mixta cũ axungia gẽua dolẽtia ſanat.¶Popu- Glau-
lus:legito Pli.li.xvi.ca.xxvi.¶Glauca:glaucus color uiridis cæruleꝰ dř:ut in Gel.legiť.li.ii.c.xxvi.¶Salicta:Pli.li. cus
xvi.ca.lii.ſcri.de ſalice:ꝙ in Aſia tria genera obſeruãt:nigrã utiliorẽ uitibus:cãdidã agricolarũ uſibus: tertiam q̃ Color
breuiſſima eſt:quã elicẽ uocãt.¶Caſtaneæ:de iis multa Col.li.v.& Pli.li.xv.¶Aeſculus:arbor ẽ glãdifera ab edo: Tria ge-
nam eius: fructu olĩ hoĩes ueſcebanť:& Pli.li.xvi.ca.vi.inqt:glans optima in q̃rcu atq; grãdiſſima: mox æſculo. nera
¶Oracula q̃rcus:exiſtimãt in dodonæi Iouis oraculo q̃rcũ uocalẽ fuiſſe:ex q̃ mĩerua argõatis futura p̃dixit.Pro Salictũ
bus auctor.Stra.uero lib.vii.inqt.Dodonæũ ãt oraculũ quẽadmodũ &c.quodãmodo derelictũ ẽ.Videto latius Aeſculꝰ
ecloga nona.¶Ceraſis:ceraſi ante uictoriã Mytridaticã.L.Luculli nõ fuere in italia.At urbis anno ſexcenteſimo Quer-
octogeſimo is primũ uexit e põto:ſeptẽtrione:frigidiſq; gaudẽt:Pli.li.xv.cap.xxv.¶Parnaſſia laurus:Pli.li.xv.ca. cus
ulti.ſcri.ꝙ duo eiꝰ genera tradit Cato:Delphicã:& Cypriã.Delphicã eẽ æq̃li colore: uiridiorẽ maximis bacchis: Duo ge-
atq; e uiridi rubentibus:hac uictores Delphis coronari:& triũphãtes Romæ.Cypriam eſſe filo breui nigro:per nera lau-
margines imbricato criſpã.¶Se ſubiicit: attolit.¶Hos natura modos:Pli.li.xvi.ca.xlv.inquit:Arbores quas na- ri
turæ debeamus tribus modis naſcuntur:Sponte aut ſemine aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: ſed latius
uide ibi principio arboribus &c.¶Siluarũ:ſilua ab hyle qď eſt materia dicitur:uel a xylon quod eſt lignum:eſt Silua
aũt ſilua generalius nomẽ.¶Fruticũ: frutex eſt q ad iuſtã magnitudinem arboris non aſſurgit & ſtatura ſimi- Frutex
lis eſt multis herbis:ſed non demoritur neq; areſcit ut herba.¶Nemorum:de nemore uideto ecloga.vi.

¶CHRI. Arboribus:Frutices ſimul & uites intelligit.Verũ ita plãtas diſtĩguũt:ut arbores appellẽt:q̃ magnitudine excellãt:ut Oleæ Mali Piri:Quercus & ſimiles.Frutices uero q ad eã magnitudinẽ nõ ꝑueniũt & tamen herbas excedũt:ut ſunt rubi ſentes:uirgæ ſanguineæ.Oui.Et denſi frutices & uicto cortice uirgæ. Tertiũ genus ẽ uitis:q̃ nec arbor ſed frutex appellať:ut Pli.Columellaq; oñdũt.¶Veniũt: naſcunť.¶Cãpos & flumina:qa ĩ ſolo pinguiori ut cãpi ſunt & humidiori:q̃le ẽ iuxta flumẽ facilius plãtæ ꝑueniũt.¶Siler:fuſis faciẽdis accomodata ẽ arbor:populi ãt & ſalices nõ niſi in aquoſis ꝑueniũt.Vt Ceraſis.Lucullus rediẽs e Mythridatica uictoria ex urbe Cæraſo q̃ ĩ põto eſt aduexit in Italiã arborẽ quã ab urbis noĩe ceraſum appellauit:pomũ eius ceraſiũ diciť. ¶Parua ſub ingenti:Mirifice delectat oratio quæ a contrario declamat:ut hic:paruum eſt & ingens.

¶SER. Via:rõne.ut Inueni germana uiam.¶Repperit:adinuenit:& dicit illa quæ prius dixerat ex ipſa natura omnẽ originẽ ducere.hæc aũt quæ ſequũtur uſu:& ſtudio adinuenta ſunt:nõ obſiſtente tamẽ etiã in his natura.¶Hic plantas tenero:inter plantas & plãtaria hoc intereſt:ꝙ plantæ raptæ ſunt de arboribus:Plantaria uero quæ ex ſeminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur:ut Et uiua ſua plantaria terra.¶Sulcis:foſſis:ut Auſim uel tenui uitem committere ſulco.¶Hic ſtirpes obruit aruo:altius deponit:ualidiores cũ radicibus plantas.¶Quadrifidaſq; ſudes :ita robuſtas ut poſſit in quatuor partes diuidi.¶Et acuto robore:pro acuti roboris accipimus.& bis idẽ dixit: Nã & ualli & ſudes idẽ ſunt.¶Siluarũq; aliæ: ꝓpago ꝑcipue uitibus congruit:unde apparet ſiluas eũ ẽt de uitibus dicere.¶Arcus ãt bene ait: nã ita reflectunť ꝓpagines uitiũ cũ in terra ponunť:ut in medio ſui in terra iaceant & utriq; capita terra excedãt.¶Et uiua ſua plãtaria terra:& aliæ ſiluarũ expectãt plãtaria cũ ſua terra uiua.i.naturali:ut Viuoq; ſedilia ſaxo.Inde eſt Mutata ignorẽt ſubito ne ſemina matrẽ.¶Quin & caudicibus ſectis:caudicibus poſuit pro codicibus: ſicut caulẽ pro colẽ:ſauricẽ ꝓ ſorice dicimus. Fit ãt qđ nunc dicit de oliua & myrto:quarũ ſicci ſtipites ſecanť uſq; ad medullã:& terra infoſſi ex ſe arbores gignũt:qđ ſine dubio mirũ eſt.¶Truditť: urgẽte natura ꝓcreatur.E ſicco ligno:ex arido.¶Radix oleagĩa:deriuatũ ab olea.¶Impune uidemus:ſine dãno ſui: & loqtur de ĩſitione.Sane in ſitas arbores dicimus:inſertas uero cauſas aut fabulas.¶Lapidoſa corna:dura.alibi: Lapidoſaq; corna Dant rami.¶Generatim:p ſingula genera:generaliter autẽ ſimul oĩa γένικως καὶ κατα γένος.¶Fructus feros:qui nõ ſunt apti humanis uſibus: ſiue feros ſilueſtres & incultos.¶Mollite:aptos facere.¶Colẽdo:ue cultu.¶Segnes terræ:pigræ:ĩfœcũdæ:& docet poſſe ĩduſtria ẽt loca aſprima ad fertilitatẽ ꝓduci.

Sunt alii quos ipſe uia ſibi repperit uſus.
Hic plãtas tenero abſcindẽs de corpore matrũ
Depoſuit ſulcis:hic ſtirpes obruit aruo.
Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore uallos.
Siluarumq; aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant:& uiua ſua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ ſummumq; putator
Haud dubitat terræ referens mãdare cacumẽ.
Quin:& caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix oleagina ligno.
Et ſæpe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius:mutatamq; inſita mala
Ferre Pirũ:& Prunis lapidoſa rubeſcere Corna.
Quare agite o ꝓprios generatim diſcite cultus
Agricolæ fructuſq; feros mollite colendo.

¶ANTO. Via:ratione.¶Hic plantas:Pli.li.xvii.ca.vii.ĩqt:auulſiſq; arboribus ſtolones uixere: quo in genere & cum parui ſunt auelluntur:partemq; aliquam e matris quoq; corpore auferunt ſecum : hoc modo plantantur punica:coryli:mali:ſorbi:fici: in primiſq; uites.¶Stirpes : Craſſos truncos cum radicibus.¶Quadrifidaſq; ſudes:perticas uel ſurculos in quatuor partes fiſſas : ait enim Theophraſtus libro primo Oleas quoq; & ficos multifidas demittere aſſolẽt.Plinius etiam li.xvii.ca.vii.ait:ex eodẽ ĩuẽtu ẽ ſurculos obſciſſos ſerere:hoc prĩo ſepis cã factũ ſãbucis cotoneo & rubis depactis Mox & culturæ ut populis alnis ſalici q̃ uel ĩuerſo ſurculo ſeritur Acuto robore uallos.i.palos acuto & ſurculos.¶Seruntur.n.ſurculi q̃drifidi & acuti.¶Propaginis arcus.Pinus baccha & propagine ſeritur.Citreo item grano & propagine:auctor Plinius li.decimoſeptimo capite.vii.¶Terræ mandare cacumẽ uti de ſalice dictum eſt.¶Caudicibus: Caudex dicit̃ in arbore quod ſupra terram ſim

Caudex plex aſſurgit in herbis uero caulis appellatur:ut Theophraſti interpres oſtendit.¶Radix oleagina:radix eſt qđ

Caulis ſubter telluri choæret.Olea autem Theophraſto teſte libro ſecundo plurimis modis uenire uidetur: Nam ex

Radix trunco ramo conciſo radice ligno uirga.¶Impune:ſine dãno.¶Vertere ſupple ſe in alterius ſcilicet ramos.

Olea

¶CHRI. Via: ratio & artificium.¶Vſus : experientia.¶De tenero corpore: Quia uirgulta teneriora excerpuntur:ut uidimus in fico & in ſalice.¶Quadrifidas:Vt in olea.¶Et uiua: Quæ cum radicibus tranferuntur. Nam uegetatiua quæ nutrit & augẽt radicibus eſt:quæ oris:ſtomachiq; officio funguntur. Humorem.n.de ꝓpinqua terra aſſumũt:atq; decoquũt:unde decoctus per arborem ſpargitur. Ergo uita uegetatiua in his eſt. In his autẽ quæ radicibus carent nõ omnino eſt.¶Sua terra:Nam uehementer proficiunt arbores:quarum radicibus ſua terra hæret.Nam radices quæ excuſa ſua terra tranſferuntur nõ ita fœliciter coaleſcunt.¶Radicis egẽt aliæ:Arbor radices habet pro ore:ſtomachoq; atq; epate. his enim de proxima terra humor attrahitur : atractuſq; in ſiccum quo arbor alatur decoquitur.Surgit ab radice truncus: cuius pars interior medulla pro oſſe ẽ. Medulla ligno ambitur:quod carnis uicem ſubſtinet.Lignum ipſum ſubtilis cartilago circundat quæ arbori pro uena eſt.Nam per eam humor a radice decoctus & in nutrimentum conuerſus trahitur per omnes partes ueluti membra arboris.¶Hinc rami:frondes:flores: fructuſq; reperiantur. hac ergo cauſa areſcat oportet arbor.A libro libros dicimus:quoniã in nõnullarũ arborũ libris ante uſum cartarũ antiq ſcribebãt : Cortex poſtremo:q̃ durior:exteriorq; eſt librũ:ita ueſtit ut pelles:piliq; aĩalia tegũt.Vt ſit tãquã ueſtis cõtra frigora & calores.Truncũ deniq; unde rami exeũt codicẽ & caudicẽ dixerũt.¶Vertere ĩ alteri⁹:De ĩſitiõe tractat:de q̃ paulo poſt.¶Et ſicco:Nõ ex ſicco:ſed qđ ſiccũ uideat̃.¶Segnes:q̃ deſidioſe nõ ferãt fructus.¶Veſtire:trãſlatio ab hũanis corporibus.¶Iſmara:mõs in Thracia hic ẽ cuius pars aſpera:ĩcultaq; eſt.Altera uero uĩetis:oliuetiſq; ſpectabilis.Eſt ĩ regiõe morõea ĩ q̃ Dio. ait:Bacchũ ĩterfecto lycurgo reliqſſe maronẽ ꝑfectũ:ꝑmõſtratorẽq; uinearũ: & ab eo marõcã dictã.Hac regiõe expugnata ait Homerus Vlyxẽ uinũ exportaſſe. Pli.ãt antiqſſimã claritatem uino maroneo dat autem:additq; Ariſteum primum omnium in hac gente uel miſcuiſſe uino ſuauitate præcipua utriuſq; naturæ ſponte prouenientis. Maroneum uicies tantum addito aquæ miſcendum . Homerus prodidit & Mutianus ter conſul ſextarios ſingulos octogenis aquæ miſceri comperit præſens in eo tractu.

¶SER. Iſmarã:montes thraciæ.¶Taburnus:mons campaniæ. Veſtire uero implere ſignificat.¶Tuq; ades mecœnas:adeſto:& inceptum fauorem omnibus libris impẽdito: Nã ubiq; eũ iuocat.¶O decus o famæ merito pars maxima noſtræ:Hora.O & præſidium:& dulce decus meũ.¶Pelagoq; uolans da uela patenti : ſimplici generi carminis præſta fauorẽ:ut uela fauorem accipiamus:patens pelagus carminis facilitatẽ : hoc autem carmen facile eſſe ipſe ſignificat: dicens:In manibus terræ : hoc eſt in facili & in promptu res poſita eſt.¶Non ego cuncta meis amplecti uerſibus opto:ideſt non ſum uniuerſa dicturus: nec enim poſſum: quare & ſuã extenuat poſſibilitatem:& Mecœnatis auribus ex ſui carminis breuitate blanditur:alii aliter accipiunt:Conſtat Mecœnatem fuiſſe literarum peritum:& plura compoſuiſſe carmina.Nã etiã Auguſti Cæſaris geſta deſcripſit:quod teſtatur Horatius dicẽs:Tuq; pedeſtribus dices hiſtoriis prælia cæſaris Mecœnas melius : ductaq; per uias.regum colla minacium: ut hoc nũc dicat:Inceptũq; una decurre laborẽ.i.adeſto : & ſimul ſcribamus.licet enim quæ tu ſcribis eſſe conſtet ingẽtia:meũ autẽ carmen & breue ſit & totũ id explicare nõ poſſim:debes tamẽ fauere mĩoribus:ut Pelagoq; uolans da uela patenti ſit:ingentia ſcribe.¶Et primi lege littoris orã:faue minora ſcribenti. Non ego cuncta meis:Lucretii uerſus:ſed ille Aenea uox ait nõ ferrea.¶Primi lege littoris oram : lege nauticus ſermo eſt:qui nunc & ad nauigandũ:& ad lectionem põt referri:nã hoc dicit faueto principio uel humilitati carminis mei.¶In manibus terræ.i.in facili & in promptu eſt terrarũ deſcriptio:qđ προχειρον græci dicũt.¶Nõ hic te carmine ficto.i.ſimpliciter uniuerſa deſcribã:neq; ut in æneide aliquibus figmẽtis:aut ullis utar ambagibus:longa autem exorſa dicit.procemia longe repetita: quæ conſtat eſſe uitioſa. ¶Sponte ſua: ad illud quod omiſerat redit:& exequitur qualitatem trium generum:quæ ſupra memorauit:arborum ſcilicet ſponte natarum:procreatarum ex ſemine:& earum quæ de radicibus pullulant.

Neu ſegnes iaceãt terræ:iuuat Iſmara Baccho
Conſerere: atq; olea magnũ ueſtire Taburnũ.
Tuq; ades:inceptumq; una decurre laborem
O decus o famæ merito pars maxima noſtræ
Mecœnas:pelagoq; uolans da uela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti uerſibus opto.
Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; cẽtum:
Ferrea uox.ades:& primi lege littoris oram.
In manibus terræ:non hic te carmine ficto
Atq; per ambages:& longa exorſa tenebo.
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras

¶PRO. Iuuat iſmara baccho Conſerere atq; olea magnũ ueſtire taburnũ: Thracia uino fertilis:quoius nationem quandã appellat Home.Aliter oppidum eſt iſmarus:quod expugnauit Vlyſſes:quũ a Troia diſcederet: & uictor uinũ accepit a Marone:quoius pr̃ Cupithus traditur:quod Cyclopi dedit.Eius aũt tãta uis exiſtimat̃: ut unum metron uini uiginti etiam metra ſuſtineat aquæ.Ergo quia tam efficax eſt natura in uino thraciæ: præcepit eam conſerendam uitem.Taburnus mons eſt apuliæ regionis:quæ fertilis eſt olea.

¶ANTO. Iſmara:iſmarus Thraciæ mons inſignis oleo & uino teſte Vibio .¶Taburnũ : taburnus mons eſt Apuliæ regiõis quæ fertilis eſt oleæ:ut probus inqt Poeta li.ænei.xii.meminit ẽt dicẽs: Ac ueluti ĩgẽti ſyla ſummoue taburno:Quũ duo conuerſis inimica ĩ prælia tauri frontibus ĩcurrũt &c.¶Tuq; ades:primo uolumine Auguſtũ Cæ.iuocauit:hic uero mecœnatẽ cui & totũ opus dedicat.¶Incœptũq; una decurre laborẽ.i.auxiliare mihi tuo ĩgenio.¶Patẽti pela: ideſt patenti:& amplæ materiæ.¶Vela:ſtudiũ & auxiliũ.¶Volans:citus & feſtinus in antiqs teſtibus & uolãs & uolẽs legit̃:utrũq; cõuenit.¶Non mihi:non optarẽ amplecti cũcta inqt ſi centũ &c.¶Ferrea uox:firma indeficiens.¶Et primi le.lit.orã:nauiga extremitatem primi littoris:ideſt a principio huius uoluminis tuo mihi ingenio:ac ſtudio faue.¶Per ambages: uerborum circuitus.¶Longa exorſa : longa exordia:unde ſtatim ad narrationem conuertitur.¶Infœcunda:ſterilia.¶Læta:ampla.¶Solo natura ſubeſt:de natura & terræ ſeminibus uideto ecloga.vi.& libro primo Georgicorũ ibi impoſuit natura locis : & ibi latius. Quiq; nouas alitis nonnullo ſemine fruges.¶Mutata:Pli.li.xvii.ca.viii.inqt:ante omnia igit̃ in ſimilẽ transferri terrã aut meliorem oportet:Præfodere ſcrobes ante ſi fieri poſſet tãto donec pingui ceſpite obducãt.Magnum ante annum fieri iubet:ut ſolem: pluuiaſq; cõbibant Arborem nec minorem bima : nec maiorẽ trima trãſferri quidã ꝑcipiũt.Alii cũ annum impleat plæriq; id demũ cauẽt:ut plaga deputati cacuminis meridiem ſpectet.

¶CHRI. Taburnum:mons in ſamnio oliuetis cõſpicuus.¶Ades:Faue. Nam tãquã deũ inuocat. Dii autem ſua ꝓſentia iuuãt.¶Decurre laborẽ: artificioſiſſime dixit ; nã decurre oſtendit ſummã facilitatem adiuuandi in Mecœnate:per laborẽ autẽ difficultatẽ in ſe ꝓpter ingenii inopiã ſignificat:petitio ergo hæc continet honeſtatem.Honeſtũ eſt enim amico ſubuenire in re præſertim inchoata ne turpiter ab incœpto reſiliat. Continet facilitatem:cũ ipẽ ſuo ſtilo ac doctrina facile præſtare poſſit.Continet utilitatem cum magna pars decoris:famæq; Virgilianæ in ipſum redundatura ſit. ¶Nõ ego cuncta meis amplecti uerſibus opto: & hoc rem facilem facit: quia non in omnia ſed in pauciora auxilium imploret.¶Primi littoris:Quia non audeo profundum petere.i. grandiorem materiam aggredi.¶In manibus terræ:Terræ ſunt in manibus meis:ac ſi dicat in præſenti opere: Vel ſunt in manibus oĩum hoc eſt in promptu:nam materia non eſt recondita:ſed omnibus euidens.¶Nõ hic te carmine ficto:non ſunt hic poetarum fabulæ:quæ plus uoluptatis q̃ utilitatis cõtinent.¶Per ambages:quod poetarum eſt qui & altius repetũt:ut Ennius qui a materia argos nauis exorditur diſceſſum Medeæ . Altius.n. repetunt ipſi poetæ & longius proſequuntur.¶Longa exorſa:exprimit quid intelliget ambages.¶Sponte ſua: ſuapte natura & non humano artificio:eſt autem ſententia q̇ quãuis terra omnium rerum ſemina in ſe contineat:tamẽ in diuerſis locis ſemina diuerſis arboribus accommodatiora habet:Quapropter q̃ in ipſa natura ꝓueniunt:fortius:ualidiuſq; ſurgũt:tanq̃ a ſolo ꝓprium ipſius ſemen cõtinẽte:ergo natura.ſ.ꝓpria illius arboris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶SER. Infœcunda:fœtu carentia:& per tranſitum rem phyſicam tangit.Nam ſemen eſum ſalicis dr̃ ĩfœcũditatem mulieribus gignere.¶ Læta & fortia:quaſi in hoc ipſis arboribus genus ſit fœcunditatis.¶ Quippe ſolo natura ſubeſt:quia ut ſupra diximus:naturaliter rerum omnium mater eſt terra : & uniuerſa intra ſe continet ſemina:hinc eſt Quippe ſolo natura ſubeſt.Natura.n.dicta eſt ab eo ꝙ naſci aliqd faciat.Mire auté ait ſubeſt: ideſt ineſt latenter:Nam non apparet : unde epicurei dicunt nihil eẽ quod non habeat originé ſui: nam hoc eſt gigni de nihilo nihil:in nihilum nil poſſe reuerti.¶ Hæc quoq; ſiquis:uidelicet infœcunda: ſed fortia.¶ Inſerat: ſi quis eis fructiferarum arborum ſurculos inſerat.

Infœcunda quidem:ſed læta & fortia ſurgunt.
Quippe ſolo natura ſubeſt:tñ hæc quoq; ſiqs
Inſerat: aut ſcrobibus mãdet mutata ſubactis:
Exuerint ſilueſtrem animum:cultuq; frequẽti
In quaſcunq; uoces artes haud tarda ſequent̃.
Necnon & ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis:
Hoc faciet:uacuos ſi ſit digeſta per agros.
Nunc altæ frondes:& rami matris opacant.
Creſcentiq; adimunt fœtus:uruntq; ferentem.
Iam quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbor:
Tarda uenit ſeris factura nepotibus umbram.
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores.
Et turpeis auibus prædam fert Vua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendẽdus:& oẽs
Cogẽdæ in ſulcũ:ac multa mercede domãdæ.
Sed truncis Oleæ melius:propagine Vites

¶ Scrobibus mãdet mutata ſubactis:nos ſcrobes genere dicimus maſculino: licet Lucanus dixerit cõtra artem Exigua poſuit ſcrobe: duas auté hic res dicit: uidelicet ut aut inſerantur infœcundæ arbores fœcũdis & fructiferis:aut certe mutent̃ de ſuis locis & foſſis inmitantur:utrunq; enim eius infœcunditatem aufert.¶ Silueſtrem aĩum:naturalem aſperitaté & infœcunditatem.¶ Voces artes:fœcũditates ex arte uenientes.¶ Hoc faciet:ideſt erit fœcunda ſi fuerit inde tranſlata.¶ Digeſta:poſita & plantata : ideſt ſi liberũ ſpaciũ habeat.¶ Nunc altæ frõdes: hoc eſt frondes & rami arborum ex quibus oriuntur nocenteis & ſuis umbris earum fœcunditatem auertunt & prohibẽt. ¶ Vruntq;:ferentem quæ ferre poteſt:ſi ei umbra nõ noceat.¶ Iam quæ ſeminib⁹ iactis:ideſt quæ ex ſemine quocũq; modo iacto orta eſt:iam particula hic ꝓ præterea ponitur:& tẽpus quidé ſignificat ut iá tempus agi res.¶ Nepotibus:arbuſculis quæ ex ea oriuntur.¶ Factura umbrá: ſui magnitudine & opacitate. ¶ Pomaq; degenerant:modo degenerãt in peius uertũt̃:alias in melius:Poma aũt arborum ex ſemine ꝓ creatarũ dicit: quas conſtat niſi inſitæ aut tranſlatæ fuerint non reſpondere qualitati ſeminis ſui.¶ Fert uua racemos:uuá pro uite poſuit.i. fructum pro arbore.Sane racemus botryonis eſt pars:& botryo græcum eſt:ſic uuam pro uite poſuit: ſicut Horatius pro uino:Ná ait Cecubum & prælo domitam caleno tu bibes uuam.¶ Cogendæ in ſulcum:in ordinem componendæ: aut certe arandæ.¶ Multa mercede:multo labore : a ſequente quod præcedit intellige.¶ Sed truncis oleæ : quia ſupra ait:Truditur e ſicco radix:etiam redit ad eos modos quos inuenit induſtria. Dicendo autem melius : oſtẽdit ẽt alias arbores poſſe ex truncis procreari.Sane olea eſt arbor ipſa : unde deriuatũ eſt oleũ.Oliua uero fructus ipſe unde eſt oliuum.Legimus tamen & oliuam de arbore:ut Incumbens tereti damon ſic cœpit oliuæ.

¶ANTO. Subactis:ideſt uerſatis excultis & effoſſis.¶ Cultuq; frequenti: Plinius libro decimoſeptimo cap. xli.ait:atq; in totum omnis cura fertilitatem adiicit fertilitas ſenectẽ.¶ Ferẽtẽ.ſ.fœtus.¶ Tarda uenit:niſi ſcilicet digeſta fuerit per uacuos agros & poma in peius uertentur.¶ Vua : uitis ipſa niſi e ſeminario fuerit tranſpoſita turpes racemos producet.¶ Sationis:enim uitium duo genera:ut ſcribit Col.libro quarto capitulo decimoq̈rto maleoli:uel uiuiradicis quod utrunq; ab agricolis uſurpatur:& in ꝓuinciis magis maleoli:neq; enim ſeminariis ſtudent:nec uſum habent faciendæ uiuiradicis.¶ Truncis oleæ : de hoc lege Catoné titulo.xlv.¶ Propagine uites: De hoc uideto Columel.li.iiii.capitulo ſeptimo Myrtus Theophraſtus li.ii.iqt:ꝙ myrtus & ligno & ramo prouenit:Pli.libro.xvii.capitulo decimoſexto ſcribit:ꝙ ramo ſerunt̃ & punica pali laxato prius meatu : ité myrtus:capite uero.vii.dicti li.xvii.aitq; myrti genera oĩa ĩ Cãpana bacchis ſerunt̃ Rõæ propagine Tarentina.

Fœcundus Facundus ¶CHRI. Infœcũda:nõ.n.ꝓducit fructũ:ſed ꝓ fructu ipa abũdãtiſſima materia eſt.Differt & fœcũdũ & facũdũ.Fœcũdus.i.fertilis a fœtu quaſi plurimũ effundẽs fœtũ.Facundus uero a fando eloquẽs & copioſus in orõne eſt.¶ Inſerat aut ſcrobibus:ideſt foſſis.Duplici enim uia miteſcunt ſiluaticæ arbores in ſerendo: & in mitius ſolum transferendo:Scribit Columella: Ante annũ q̃ poma diſponere uoles ſcrobes fodito. Ita ſole pluuiæ macerabuntur:& quod poſueris cito compræhendet.Sed ſi eodem anno ſemé ponere uoles:ante duos menſes fodito & ſtramentis eas complecto & incendito quo latiores ſcrobes feceris:hoc erunt latiores:ſapidioreſq; fructus:
Scrobé dicimus auté ſcroben:& ſcobé.Scrobé.n.appellamus foſſam: Scobé uero minuta illa:q̃ aut limãdo:aut terebrãdo:aut aliquo modo terendo cadunt:Sed etiá dũ locũ deuerrimus qcqd ĩmũdiciarũ educit̃ ſcobé dicimus.Iuuena.Et tamen unus ſemodio ſcobis hæc emũdat ſeruulus unus.¶ Animũ ſilueſtré:Atq aĩus rõnalis eſt & quo
Anim⁹ Anima ſapimus:aĩa uero qua uiuimus.Ille ꝓprius hoĩs.Hæc nobis & cum brutis & cum plantis cõmunis eſt. Quõ ergo deponũt aĩum cum illo cereant.Sed uſus eſt trãſlatione ab homine.Nam ut homo ſi ex agreſti:incultaq; uita in ciuilem & bonis artibus excultam traducatur ferina uita depoſita miteſcit:ſic arbor ab inculta regione.in cultum agrum tranſlatum ſumat mitiorem ſuccum.¶ Artes : ideſt ſuccos : quos per artificium induxeris.¶ Iã quæ ſeminibus:Dicit quidem arbores ex ſuis ſeminibus progignere arbores.Sed in ea re duplex eſt incommodum & ꝙ tardius creſcunt & ꝙ degenerant. Nam & mali & pyri nõ referunt maternos ſuccos & uitis uuas rariores:minutioreſq; producit. Recte autem dixit poma. Nam nuces ſiue iuglandes ſint:ſiue amygdolæ : ſiue caſtaneæ:ſiue auellanæ non ita degenerant.¶ Labor:laborioſus cultus reſpondens ſatiſfaciunt uotis tuis.

¶SER. Solido paphiæ:ſicut & olea.Paphiæ ãt uenere a papho ĩſula:in qua Venus colit̃. Veneri autẽ myrtus
eſt cõſecrata:uel ꝙ hæc arbor gaudet littoribus:& Venus de mari dr̃ ꝓcreata:uel ꝙ ut medicorũ indicant libri:
hæc arbor apta eſt mulierũ neceſſitatibus plurimis.¶Plantis eduræ coryli naſcũtur: duras dixit non ad lignũ:
ſed ad fructũ ipſarũ referens.Alii eduræ legũt q̃ſi nõ duræ:ut paulo poſt Enodes trunci:ideſt ſine nodis:ut mo/
do.e.minuentis nõ augentis habeat ſignificationẽ.Sane coryli proprie dicuntur.Nã auellanæ ab auellano cam/
paniæ oppido ubi abundãt nominatæ ſunt.¶Herculæ:ipſe alibi:Herculea bicolor cum populus umbra : nam
cũ Hercules ab inferis rediret : hanc primã arborem
dicitur cõtemplatus eſſe:& ſe inde coronaſſe cõueniẽ
te colore:arboris illi euentui quo a tenebris in lucem
commeauit.¶Chaoniiq; patris :Iouis epirotici.¶Ar
dua palma:aut alta:aut ad quã difficile ꝑuenit̃.¶Ca/
ſus abies uiſura marinos:eſt enim abietis ſpecies apta
nauibꝰ:quã ſappinũ uulgo uocãt.¶Ex fœtu arbutus
horrida:Verſus dactylicus.Nã male quidã horrens
legũt.Horrida autẽ hiſpida.Et iam trãſit: ad inſitio/
nẽ:quæ duplex eſt: Nam aut inſitio dicit̃ quom ĩſiſ/
ſo trunco ſurculus fœcũdæ arboris ſterili inſerit̃:aut
oculorum impoſitio : quom ĩciſo cortice libro alie/
næ arboris germen ĩſerimus.¶Et ſteriles platani ma
los geſſere ualentes:Dicit quid in quã arborẽ debeamus inſerere:in arbuto nucẽ:in platano malũ:in orno pirũ:
ſed caſtaneæ fagos eget expoſitiõe:nõ.n.in caſtanea fertili ĩfœcũda fagus inſerit̃:unde aut hypallage eſt: ut ſit ca
ſtaneæ fagos pro fagi caſtaneas geſſere:aut eſt mutãda diſtinctio:ut ſit Et ſteriles platani malos geſſere ualẽtes.
¶Caſtaneæ:hoc eſt infœcundæ arbores platani fortes ramos caſtaneæ portaueret.¶Fagos ornuſq; incanuit al/
bo flore piri:ſecũdũ quã diſtĩctionẽ fagos licet breuis ſit gos:finalitatis tamen ratione ꝓducitur: fagos enĩ inci/
pit eſſe nominatiuus caſus græcus ſingularis:nã pluralis noſter eſt accuſatiuus: Alii neutrũ probant: & ita acci/
piunt caſtaneæ flore fagos incanuit:piri flore ornus incanuit:ut ſimiliter fagos nominatiuus ſit græcus.

Reſpõdent:ſolido paphiæ de robore Myrtus.
Plantis eduræ Coryli naſcuntur:& ingens
Fraxinus:herculeæq; arbos umbroſa coronæ.
Chaoniiq; patris glandes:etiam ardua Palma
Naſcitur:& caſus Abies uiſura marinos.
Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida.
Et ſteriles Platani malos geſſere ualentes.
∧ Caſtaneæ fagos:Ornuſq; incanuit albo

∧Castaneas fagus. scite et erudite Scal. in Catul. de nup. Pel. et Thet. p. 63. fagus plur. numero ut myrtus. et in Virg. culice: Aaeriae platanus.

¶PRO. Solido paphiæ de robore myrtus:Inſula eſt cypros tota Veneri ſacrata:in qua eſt oppidum paphos
a quo paphiam myrtum appellauit arbuſculam:quæ ueneris tutelæ eſt ſubiecta.¶Herculeæq; arbos.u.c.Popu
lus quia Herculis tutelæ exiſtimetur ſubiecta:teſtatur in Aeneide Virgilius: dicens.Dixerat herculea bicolor
quum populus umbra:Velauitq; comas:foliiſq; innexa pependit.

¶ANTO. Paphiæ myrtus:paphos Cypri urbs portum habebat & tẽpla optĩe ſtructa:Stra.li.xv. auctor eſt: Paphos
Pli.uero.li.ii.ait ꝙ celebre phanũ hẽt.Veneris paphos ĩ cuius q̃dã area nõ pluit. Paphiæ ergo uenereæ.¶Eduræ
coryli:nõ duræ fragiles.De corylis plura ĩ Tytiro. herculeæq; arbor.co.i.populus Herculis tutelæ ſubiecta:q &
aiũt ad ĩferos accedẽs populea frõde ſe coronauit.¶Chaonii p̃ris.i.Iouis dodonæi: uide latiꝰ li.i. Geor.ibi Chao
niã:& pĩgui &c.¶Palma:de hac uideto li.i.geor.palmas epiros equarũ.¶Abies:Pli.li.xvi.ca.xvi.ſcri.abietẽ expe/ Abies
titã nauigiis ſitũq; hẽre ĩ excelſo mõtiũ ceu maria fugerit:idẽ Pli.li.xvi.ca.lv.aitq; abies admiratiõis p̄cipuæ uiſa Ingens
in naui q̃ ex ægypto Caii principis iuſſu Obeliſcũ in uaticano circo ſtatutũ quatuorq; truncos lapidis eiuſdẽ ab Nauis
ſubſtinẽdũ eũ abduxit:Qua naue nihil admirabilius uiſum in mari certũ ẽ.Longitudo ſpaciũ optinuit magna Obeli/
ex ꝑte oſtienſis portus latere leuo:q̃ arboris craſſitudo q̃tuor hoĩum ulnas cõplectẽtiũ ĩplebat.¶Arbutus hor ſci
rida:uerſus eſt dactylicus.Arbutus ãt arbor ẽ fruticoſa:pomũ hẽt ſimile terreſtribus frugis:dicit̃ alio noĩe:Vne Obeli/
do argumẽto unũ tãtũ edẽdi.Plura Pli.li.xv.ca.xxiiii.¶Valẽtes.i.feraces.¶Platãi: hæc arbor lata folia habet : uti ſcus
uitis & ficus:Plinius libro decimoſexto capite.lxxvii.legito.¶Caſtaneæ fagos:ſcilicet geſſere:ſolebat enim caſta Vaticã
nea ſilueſtris ex fago inſeri:quo glandes produceret.¶Ornus:arbor eſt ſterilis:albo cortice. Platanꝰ

¶CHRI. Paphiæ:Veneri dedicatæ:Nã uenus paphi colit̃:q̃ urbs cypri ĩſulæ ẽ Ci.Oẽs tibi cyprios cõmẽdo:
paphios p̄ſerti:Hora.Venus regina gnidi paphiq;.¶Ardua:q̃ ſua natura ardua.i.alta adeo annixa petit:ut nullo Arbutꝰ
põdere ſup impoſito ĩflectat̃:ſed creſcẽs oẽm molẽ cõſtãter afferat recte ſemꝑ aduerſus difficultatẽ nitens quo/
niã ꝙ ꝓpriũ fortitudinis eſt cauſa eſt ut palma uictori p̄miũ det̃.¶Fœtu:pro ſurculo poſuit.¶Platani : hæc ar/
bora frõdiũ latitudine nomẽ accepit.Hæc ex alieno orbe umbræ cauſa expetita eſt:& prĩo ꝑ mare Ioniũ in Dio
medis ĩſulã deuecta eiuſdẽ tumuli gratia:inde in Siciliã ac poſtremo in Italiã de lata:& deinde in Galliã Diony.
tyrãnus primus ĩ regiã ſuã ĩtra urbẽ trãſtulit:cõſueuere uino irrigare:qa cõpertũ ẽ id ꝓdeſſe radicibus:celebra/
tæ primũ ſunt in deãbulatiõe academiæ.Celebrata & ĩ Lycia iuxta fontẽ Domicilii:modoq; imaginẽ ſpeluncæ
facit ĩtra quã Mutianꝰ ter cõſul cũ decẽ & octo comitibus epulatũ ſe copioſe ſcribit dẽſitate frõdiũ oẽm imbrẽ
excludẽs cũ uoluptate crepitus.Eſt in creta platanus nunquã folia dimittẽs.Vnde fabulant̃ græci Iouẽ cũ euro/
pa ſub ea concubuiſſe:ueluti in cypro alia eiuſdẽ generis nõ eſſet huius arboris uſus nõ eſt alius q̃ ſolẽ æſtate ar/
cere hyeme admittere.Q.Hortẽſius in quadam cauſa a Tul.p̄cario poſtulauit: ut ſecũ locũ dicendi ꝑmutaret:
cũ ſibi neceſſe eſſet in Tuſculanum abire:ut platanũ quã poſuerat uino ſuffunderet.Sunt & chamo platani coa/
ctæ breuitatis :Nam de induſtria cogunt illas eſſe breues & ueluti inter ꝓceras arbores pumiliones. Fit autem
& ſereno & tondendo.¶Coryli:harum nuces auellanæ ſeu p̄neſtinæ dicuntur.Græci pontica uocant.Ex cory/
lo priſci faces nuptiales faciebant.¶Caſtaneæ:Nux caſtanea heracleotica uocatur.Appius in li. de arboribus ſil/
ueſtribus heracleotica nux:quam quidem caſtaneam uocant:& ut a quercu dicimus querceta:ſic a caſtanea di/
cimus caſtaneta ſubtracta ei ſyllaba:ſunt qui credunt dictam caſtaneam a caſtrando . Nam in fructuoſa ſit ni/
ſi caſtretur crepat in igne non ſine aſtantium periculo:caſtal uocant arabes nos imitantes. Nam ipſa ea carent.

¶SER. Glandemq; ſues fregere ſub ulmis:ideſt ulmi inſertis ſibi ſurculis quærcuum glãdes tulerũt. ¶Nec modus inſerere:aut non eſt ſimplex & fortuita ratio:ſed ea quæ ingenti labore colligitur:aut hoc dicit:non eſt idem inſerere quod & oculos imponere:quarum rerum diſcretionem hoc loco memorat:ſicut nox diximus ſupra. ¶Trudunt:propellunt:eiiciunt. ¶Tunicas:ideſt libros arboris interiores. ¶Huc ex aliena:quia ait:ex aliena arbore:& eſt mutatio:ideo non ait:hic includunt:ſed huc. Sic Cicero:Includuntur in carcerem condemnati utiq; qa illuc fuerant aliunde deducti. ¶Inoleſcere : concreſcere σιμφυειν. ¶Libro:liber dicitur pars corticis interior. ¶Aut rurſum enodes trunci reſecantur : rurſum hic nõ habet ſignificationem iterandi:ſed abundat. ¶Enodes trunci : ſine nodis. ¶ Reſecantur : abſcinduntur. ¶ Alte:profunde. ¶Finditur in ſolidum: ut ſolida ſit ipſa fiſcio:& non habeat rimas : aut aliq̃s ſciſſuras. ¶Feraces:fertiles:& fructiferæ plãtæ ſcilicet immituntur ſurculi : nã abutiť plantis pro ſurculis arborum fertilium. ¶Nec longũ tempus:nec multa mora. ¶Exiit ad cælum arbos: nam hoc genere inſitæ arbores Citiſſime creſcunt. ¶Ramis felicibus: fructiferis & fertilibus. ¶Mirata eſtq; nouas frondes:& non ſua poma:ingens phanthaſia. Sane mirata eſtq; legendum eſt:ut ſtet uerſus. ¶Præterea genus haud unum: Docet nunc etiam in ſingulis arborum ſpeciebus eſſe aliquam uarietatem.

Flore Piri:glandemq; ſues fregere ſub ulmis.
Nec mod⁹ iſerere:atq; oculos ĩponeř ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gẽmæ:
Et tenues rumpunt tunicas:anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus:huc aliena ex arbore germen
Includunt:udoq; docent inoleſcere libro.
Aut rurſum enodes trunci reſecantur:& alte
Finditur in ſolidum cuneis uia:deinde feraces
Plantæ imittuntur:nec longum tẽpus:& ingẽs
Exiit ad Cælum ramis felicibus arbos.
Miraturq; nouas frondes:& non ſua poma.
Præterea genus haud unũ nec fortibus Vlmis:

Inſerendi modus

Impleuere tenent oleæqꝫ armentaqꝫ læta.
Hinc bellator equos campo ſeſe arduus infert.

¶ANTO. Nõ tauri: apud colchos in põto id eueniſſe Iaſoni Oui. ſcri. lib. vii. met. Quod itẽ Medea Iaſoni ſcribẽs apud eũ poeta in heroidibus ſic ait Martis erãt tauri pluſq̃ per cornua ſæui. Quorũ terribilis ſpiritus ignis erat. Aere pedes ſolidi prætentaqꝫ naribus ora. Nigra per afflatus hæc quoqꝫ facta ſuos. Semina præterea populos genitura iuberis. Spargere deuota lata per arua manu. Qui peterent natis ſecum tua corpora telis. Illa eſt agricolæ meſſis iniqua ſuo. Diodorus autem lib. v. hæc omnia latius. Diximus & nos aliqua ecloga quarta. ¶ Maſſicus humor: Plini. de campania loquens lib. iii. ca. vi. iis iunguntur phalerni Caleni deinde cõſurgunt Maſſici Gaurani: Surrentiniqꝫ montes: & lib. xiiii. ca. ix. de uinis generoſis Italiæ inquit: Certant maſſica æquæ ex monte Gaurano puteolos baiaſqꝫ pro ſpectantia.

¶CHRI. Hæc loca non tau. Fabula Iaſonis atqꝫ Medeæ nota eſt apud Naſonem. Sed quæ de medea ſcribat: Diodorus Sicu. breuius ꝑſtringam. Soli duos fuiſſe filios refert Aeetem & Perſem & illum colchorum: hunc taurice regionis regẽ: ſed utrũqꝫ crudelitate inſignem. Perſem autẽ Hecatẽ filiã habuiſſe q̃ patre crudelior extitit. Nã cũ uenatione delectaret̃ homines ꝓ feris arcu interimebat: & uenenis peſtiferis operã dans id quod aconitũ dicunt adinuenit. Venena autẽ experiebat̃ illa hoſpitũ cibis admiſcens. Patrẽ autẽ ueneno cũ extinxiſſet regnũ ſibi uendicauit. Poſt hæc cõdidit templũ Dianæ cui hyſtoriæ humanæ ſacrificarent̃: ex Aeete patruo circem: & medeã filias peperit & ægialeũ filium: & Circe in ueneficiis cũctos ſuperauit omniũ herbarum uiribus cognitis: & alterum pharmacorũ genus quod ad beniuolentiã ualet inuenit. Inde ſarmatarũ regi quod aliqui ſcyten uocarunt data illũ ueneno interemit: & cũ iam occupato regno multa crudelia feciſſet pulſa inde inſulã deſertã apud oceanũ occupauit: uel potius in italiam fugiens promontoriũ ab ea deinceps Circeũ dictũ tenuit. Medea eaſdem artes: & a matre: & a ſorore edocta longe diuerſa uita fuit. Nã hoſpites quoad potuit ſemper ſeruauit illos modo præcibus a patre liberans: modo per ſe e uinculis emittens. At pater: & ſua crudelitate: & uxoris ſuaſu ſuſpectã habens in liberam cuſtodiã tradidit. Medea autẽ effugiens in ſolis lucũ qui iuxta mare eſt eo tẽpore quo argonautæ ex taurica deuicti apulerunt puenit. Noctu ergo ad lucũ accedentes legẽ de hoſpitibus mactandis ab ea audiuerũt: Sed freti uirginis mãſuetudine ſuũ illi cõſiliũ aperuerunt. At illa & quæ eſſent pericula adeunda expoſuit: & ſe auxiliatricẽ futuram promiſit. Et Iaſon iureiurando ſe illã uxorem ducturũ ſpopõdit. Erat pellis arietis: quã ex quodã oraculo Phryxus nouercã fugiens aretẽ ſacrificans in tẽplo Martis ſuſpẽdit. Poſt hæc regnanti Aeete datũ eſt oraculum: tunc illũ moriturum cũ aduenæ pellẽ auferent. Hac ergo de cauſa: & ꝓpter ſimul in natã crudelitatem morã mactandorum hoſpitũ induxit quo illos ne in ſuũ regnum uenirẽt abſterreret. Luculũ aũt ipſum circunducto muro muniuit: cuſtodeſqꝫ ex taurica regione multos reduxit. Hinc fabulæ a græcis ficte a tauris ignem ſpirantibus cuſtodiri locũ. Nã tauri dicti ſunt. ſ. propter nominis ſimilitudinem: & propter crudelitatem humanarum hoſtiarũ ignis adhibitus eſt: Per ſerpentem autem mõſtruoſam crudelitatem intellexerunt. Dixerunt autem ariete uectum eſſe: quoniã eius nauis prora arietẽ pictum habuit. Alii dicunt ſcytarum regem qui Aeetes gener erat eo tempore in Colchos deueniſſe: quo contingit Phryxum cum pedagogo captum: eumqꝫ cum adamaret a ſocero dono accepiſſe quem cũ pro filio habuiſſet regnum ſibi reliquit. Pedagogũ autem qui crios. i. aries nominabat̃ diis mactauit: pellẽqꝫ decoriati in templo ex quadam lege ſuſpendit: & cũ oraculum extitiſſet periturũ regem cum ipſa pellis ab aduenis diriperetur eã deaurauit: & diligenter cuſtodiendã tradidit. Medea autem argonautas ad lucũ clam duxit: & ueniẽs ad portas urbis: quam Sibarim dicunt in qua erat colchorum regia: quæ nocturno tempore clauſæ erant uigiles tauricæ appellauit. At milites illi: utpote regis filiæ ſtatim aperuerunt: illi impetu facto ac cuſtodibus partim cæſis: partim fugatis pellem arripuere: ac eueſtigio ad naues rediere. Aeetes argonautas inſectatus primo congreſcit. Iphitum Euryſthei filium mox urgente Meleagro & ipſe rex interemptus eſt: & multi colchi reliqui in fugam uerſi. Iaſonem autem: & Cleartem Atlantamqꝫ: & Theſpidas uulneratos paucis diebus Medeæ radicibus herbarum ſanauit. Hæc Diodo. Poeta autem non hyſtoriam: ſed fabulam quæ notiſſima eſt proſequitur. ¶ Grauidæ: ut oſtendat Maſſic⁹ non modo eſſe frugas ſed optimas & copioſas. ¶ Maſſicus: mons eſt campaniæ olim Mineruæ ſacer: cuius in radicibus Surrentum eſt ubi fiunt optima uina. Nam Stra. cum de campania ſcribat addit. Hinc Romam optima uina aduehi: Falerna Setina & Calena: quibus ſurretina contẽdunt. Facto nuper eorum periculo: quoniam longam accipiunt uetuſtatem. ¶ Bellator: Quamuis hoc epithethon homini proprie accommodandum ſit tamen equus neſcio qua innata prudentia equitem ueluti ratione utens mirifice in prælio iuuat. ¶ Seſe arduus infert: quaſi dicat de induſtria: & non naturali motu magnanimitatem in ingreſſu oſtendat.

¶SER. Hinc albi clitūne greges:& maxima taurus Victima:clitūne uocatiuus eſt. Clitūnus aūt fluuius eſt
in Meuania:quæ pars umbriæ partis thuſciæ:de quo fluuio dicit Pli.in hiſtoria naturali:ꝙ aīalia quæ eū pota/
uerunt albos foetus creant.¶ Maxima uictima:qa triumphantes de albis tauris ſacrificabāt.¶ Sæpe tuo perfu/
ſi flumine ſacro : Flumine fluento.Perfuſi aūt tauri q ante triūphantes uſq; ad tēpla ducebant: aut certe perfuſi
greges intelligamus:qđ ad equos triumphales poteſt referri.¶ Duxere triumphos : ſi equi duxerunt : ſi boues
deduxerūt.¶ Hic uer aſſiduū atq; alienis mēſibus æſtas:uer aſſiduū uerna tēperies . Nā uer proprie aſſiduū eſſe

Hic albi Clitumne greges:& maxima Taurus
Victima:ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad tēpla Deum duxere Triūphos.
Hic Ver aſſiduū:atq; alienis menſibus æſtas.
Bis grauidæ pecudes:bis pomis utilis arbos:
At rabidæ Tigres abſunt:& ſæua Leonum
Semina:nec miſeros fallunt Aconita legentes.

nō pōt ſeu longū:Hora.Ver ubi longū tepidaſq; præ
bet Iuppiter umbras.¶ Alienis mēſibus æſtas.i.quā/
do alibi hyems in Italia pene æſtas eſſe uī.¶ Bis gra/
uidæ pecudes:uerum eſt:inde.n.eſt in bucolicis : Lac
mihi non æſtate nouum:non frigore deſit.¶ Bis po
mis utilis arbos.i.biferæ ſunt arbores.¶ At rabidæ ti
gres abſunt:malū armeniæ.¶ Et ſæua leonū Semia:
malū libyæ.¶ Semina:genera: & eſt Lucretii ſermo.
Nā ꝙ ait ſæua aut cruēta accipimus:aut re uera ſæua
ſemina:ut.n.ait Pli.aīalia q̄ ſunt cū acutis Vnguibus
frequēter parere nō poſſunt.uitiant enim ītrinſecus
ſe mouētibus pullis.¶ Nec miſeros fallunt aconita legētes:Mira arte uſus eſt:ut excuſaret rē quā negare nō pote
rat:nā aconita naſcunt ī italia:ſed ea nō ob eē dicit:qa ſt oīb⁹ nota:uñ dicit:nec fallit legētes:uel qa ea ſciētes re/
nuūt:& reiiciūt:qđ oēs ſcit ſignificat.¶ Acōita āt nata dīr eē de ſpumis cerberi:quo tpe Her.eū ab inferis traxit.
Qđ qa ī ſaxis & cotibus naſcitur:acōitū dr απο της ακονης.i.a cote:& dicim⁹ το ακονιτον:και τα ακονιτα.
¶PRO. Hinc albi clitūne greges & maxima taurus Victima.ſ.t.p.ſ.s.Clitūnus eſt ætruriæ flumen a fonte na
uigabilis.¶ Nec miſeros fallūt aconita legentes : aconita ſunt uenenorum genera : quæ fere in petris naſcuntur
ſcythiæ iuxta mæotida paludem.Exiſtimatur autem eſſe ex ſpuma cerberi:quam is fuderit prætractus ab Her
cule in lucem.Aconita autem græce cautis nomine dicuntur. illam enim ακονην appellant.
¶ANTO. Clitumne:in phaliſco Clitūni amnis aq̄ pota cādidos boues facit.In Bœotia annis Melas : oues in Clitum
gras.Pli.li.ii.c.cvi.¶ Hic albi clitūne gre. ordo ē o clitūne:hic ex Italia albi greges: & taurus maxīa uictima ſæpe nus
tuo ſacro flumine pfuſi:duxere romanos triūphos ad tēpla deū.Triumphantes.n.albis eqs curru īaurato capite
coronato lauro p urbē uecti capitoliū aſcēdebāt ad tēplū Iouis optimi maximi:ubi mactato albo tauro: domū
poſtea repetebāt.¶ Tēpla deū:erat in capitolia arce celeberrimū Iouis optimi maximi tēplū:de quo Tac.lib.xix.
meminit.Erat & Iunonis mōetæ:itē Mineruæ delubrū.In capitolio demū deorū omniū ſimulachra colebant:
ut Serui⁹ li.ii.inqt:ibi uidelicet:Ecce āt pāthus &c.¶ Hic uer.aſ.atq; ali.mē.æ.hoc ait quoniā ut ēt Stra.li.vi.ſcri.
Italia ſubiacet uniuerſi aeris tēperiei.Solinus itē īqt ineſſe Italiæ locorū ſalubritatē:& cæli tēperiē:qđ & Pli.ſcri.
¶ Tygres:de iis uideto ecloga.v.¶ Leonū:de his legito Pliniū li.viii.ca.xv.¶ Aconita : uideto ecloga octaua. Pria
autē hecate aconitum inuenit:de quo latius Diodorus lib.v.Pli.autem li.xxviii.capi.ii.de aconito plura ſcribit.
¶CHRI. Hinc albi clitūne greges:clitūnus umbriæ fluuius eſt apud Meuaniā defluens: ex quo ſi uacca ouis
ue poſt cōceptū biberit albos parit.Idē ſcriptores ꝓbati de Cephiſo Bœotiæ flumīe aſſerūt : Cū melas eiuſdē re Cephi/
gionis flu.nigros greges reddat unde melas dicit qa μελας græce nigrū ſignificet.Xāthus græce flauum ſignifi ſos
cat.Hic Xāthū Troiæ fluuiū dictū uolūt:qa lanas in gregibus flauas ꝓducat.Neq; credat qſq̄ hæc īcredibilia.Nā Xāthus
Ariſto.in lib.de aīali.ait:aq̄s etiā ad colorē facere:Videmus etiā ex omniū rerū optima parente terra uarios : & q
ſapore:& colore & uirtute differāt humores emergere.In Sicilia Himera fluuius in duas partes diuidit : & ī al/ Hime/
tera dulcē ſaporē retinet:in altera ſalſum aſſumit.Sūt & fontes q quoniā p uenas pīgues fluxerūt omnino uncti ra
ſint.Hic q in lipari ſiciliæ flumine natāt ueluti oleo unguntur.Apud Hierapolī Phrygiæ urbem fontes ebuliunt: Liparis
ex qbus aq̄ p foſſas deriuate poſt annū lapideſcūt.In Paphlagonia fons eſt e natura uini:ex quo qui potant temu Hiera/
lēti efficiunt.In Archadia Clytorius urbs ſpeluncā hēt:unde fluēs aq̄ abſtemios potātes reddit.Ad eum fontem polis
Melampum ſcribunt rabiem filiarū præti ſacrificiis purgaſſe:reſtituiſſeq; uirginū mētes in priſtinam ſanitatē. Clyto
Hæc autē cur non fieri poſſe:credamus cum ex uno unius aīalis corpuſculo: quod eodem cibo:potuq; enutritū rius
ſit ſanguis pituita bilis atra:ac poſtremo urina:& ſudor colore ſapore ac naturali ui multum differentes humo
res appareant.¶ Maxima uictima:Nā triūphātes tauros auratis cornibus īſignes ſacrificabāt: q̄ nulla maior eſt
uictima Italia adeo genus bubulū adamauit:ut ab italis.i. uitulis nomē acceperit. Capitale erat bouē interime/
re.Reſeruabatur hæc uictima Ioui:Hinc Pau.æmilius in triumpho macedonico .cxxx. boues cum auratis cor
nibus ſacrificauit.¶ Hic:iſta Italia.¶ Ver aſſiduum: ſed quo pacto poterit eſſe aſſidua ueris temperies : ſi etiam
ſint rapidi caloris æſtatis:Sed dicit aſſiduum:quia non intercedit frigus: ſed ꝙ hyemis eſt occupat uer . Aeſtas
autem occupat autumnum.Vnde dixit alienis menſibus æſtas. Hoc autem intelligit de ea parte Italiæ quæ ad
tyrrhenum mare:& ad meridiem uergit.¶ Aconita: Aconitum planta eſt quæ ab Auicena dicitur ſtrangula/ Aconi/
tor.Duæ ſunt ſpecies:altera dicit lycoctonos:ideſt ſtrangulator lupi:altera dicit Pardaliphontes: ideſt ſtrāgula tum
tor leopardi:Prima ſpecies abūdat Italia diuerſo colore ab altera:ſed folia ſimilia platano niſi eēnt minora & ni
griora:& magis īciſa.haſtā hēt didomo ſimilē:& leuē ad cubitū altā:ſemen in folliculis oblōgis pardaliphontes
teſte Pli.folia hēt ciclamis nō plura q̄tuor aut cucumeris leuiter hirſuta:ſed minora & haſta duarū Palmarum:
radix ſimilis eſt cāmaro marino:alii dicūt caudæ Scorpionis:ſed limpida:ut alabaſtris . Sunt q myoctonon ap/
pellarit:quoniā ꝓcul ex lōginquo odore mures necat. Naſcit ī locis nudis.ſ.petroſis:quos acōas uocāt:ut ait Pli.
alii dictū uolūt ab acone portu q ē in portu.hāc herbā natā fabulāt ex ſpūa Cerberi ad ſupos: ab Hercu. extracti.

SER. Neq; tanto Squammeus: Sunt quidam ſerpentes in Italia: ſed non tales: quales in ægypto: aut in aſfrica: in ſpiram autem dicit in collectionem uolubilitatis: quod eſt a funibus tractum. Adde tot egregias urbes: laudat Italiã a ciuitatibus: quas & plures habet: & maximas: & opportuniſſime collocatas. Operumq; laborẽ: q̃ ſunt in muris & mœnibus urbiũ: aliiſq; ædificiis & templis. Cõgeſta manu: ædificata & conſtructa: & hic ipſas urbes nõ ſolum ex ſua magnitudine: ſed etiam ex opere nobili laudat. Præruptis ſaxis: excelſis & magnis: & ſubaudi adde: ſcilicet ad laudem Italiæ. Fluminaq; antiquos ſupter labẽtia muros: Quod laudat etiã Cicero in republica. Mare quod ſupra: ideſt mare adriaticum. Quodq; alluit ĩfra: ideſt tyrrhenum. Te lari maxime: larius eſt lacus uicin⁹ alpibus: qui iuxta Catonem in originibus per ſexaginta tẽditur milia: Et Larius Lari uocatiuus facit: ſicut Iulius Iuli: Mercurius Mercuri. Teq; Fluctibus & fremitu aſſurgens benace marino: Benacus lacus eſt italiæ: q magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas. Aſſurgens autem uocatiuus eſt caſus: ut ſit memorem & te o bẽace aſſurgẽs.i.tumeſcẽs: Fremitu mario: aut certe antiptoſis ẽ.i.caſus ꝓ caſu: aſſurgẽs ꝓ aſſurgẽtẽ.

> Nec rapit immẽſos orbes per humũ: neq; tãto
> Squammeus in ſpirã tractu ſe colligit Anguis.
> Adde tot egregias urbes: operumq; laborem:
> Tot congeſta manu præruptis Oppida ſaxis:
> Fluminaq; antiquos ſubter labentia muros.
> An Mare qđ ſupra mẽorẽ? quodq; alluit ĩfra?
> An ne lacus tantos? te Lari maxime? teq;

PRO. An mare quod ſupra memorem? quodq; alluit infra? Cingit Italiam ab untriõe hadriaticus ſinus: a meridie thuſcum mare hadriaticum ſuperum appellãt: thuſcum inferum. An ne lacus tãtos te lari.m.t.q.f.f.a.ſ.benace marino? uterq; lacus eſt in Italia. Larius ambros tangit: & peruenit uſq; comum. Benacus eſt ex quo mincius flumen oritur: quod præterfluit Mantuam.

Angues ANTO. Anguis: ſcribunt in india ſerpẽtes in tantã magnitudinẽ adoleſcere: ut ſolidos hauriãt ceruos: tauroſq;: Metrodorus circa Rhyndacum amnem in põto: ut ſupra uolantes q̃uis alte: perniciterq; alites hauſtu raptas abſorbeãt: auctor Pli.li.viii.ca.viii. In ſpiram: reuolutionem. Sub antiquos muros: hoc eſt ſub antiqua

Italiæ Maria oppida. Multa ſiquidem italiæ oppida prope mœnia uel intra labentia flumina habẽt. An mare: italia ut Pli. ſcri.li.iii.ca.vi. ſita eſt inter duo maria inferum: & ſuperum: iferum a græcis Thuſcum: & Tyrrhenum uocatur.

Tyrrhenum Superum uero adriaticũ appellant ab adria ĩclyta urbe: ut Strabo ait. Probus etiã inqt. Cingit italiã a ſeptentrione: Adriaticus ſinus ab meridie: Thuſcũ mare adriaticũ ſuperũ appellatur. Thuſcũ inferũ. Lacus tãtos: Larius

Mare Larius uti. Stra.li.v.i.meminit: in Gallia ciſalpina ꝓpe Comũ urbem lacus eſt: quẽ adua fluuius auget: inde amnem Padum ingrediens. Eſt autẽ ut idem ſcribit li.iiii. latius lõgitudinis fere ſtadiorum trecentoꝝ: latitudinis triginta: qui amnẽ eiicit Ticinum ſane grãdem. Benace: Benacus ut Stra. in fi.lib.iiii. ait lacus ſtadiorum quingentum

Lacus Benus lõgitudinẽ habet: latitudinem uero.xxx. de quo Myntius amnis effluit. Eſt etiam lacus Verbanus longitudinis

Verbanus quidem ſtadiorum.cccc. latitudo uero anguſtior eſt q̃ benaci: Emittit fluuiũ aduam: omnes autem tres dicti lacus in padũ influunt: oriunturq; ex alpibus. Lucrinoq; addita clauſtra: lucrinus ſinus uſq; Baias latitudinẽ pan

Lucrinus dit: qui ex exteriori pelago per aggerem longitudinis ſtadioꝝ octo: latitudinis autem unius orbite arcet: illum autẽ ab Hercule traducendarũ Geryone boum cauſa aggregatum fuiſſe perhibent: quẽ cũ pedibus perambulari propter fluctus ingruentes per hyemes ſupne uix poſſet: Agrippa exornatũ melius conſtruxit: leuioribus.n.

Auern⁹ lembis præſtat ingreſſum: intra autem lucrinum ſinum Auernus eſt: qui comprehenſam Miſenũ uſq; tellurẽ manualem efficit inſulam: a maris ſpacio inter ipſum atq; cumas. Eſt autem auernus: & fundo & hoſtio ſinus commodus: & magnitudine: & natura portum continens. uſum tamen portus nequaq; præbẽs: quoniã ante illum lucrinus portus iacet. Supercilia autẽ ardua auernum undiq; circumcludũt: præſter hoſtiũ ſuo qdem tempore amœnis culta: modis inquit Strabo olim autem agreſtibus referta nemoris: & proceris arboribus inuia: nam poſtea auerni lucum ſuccidit: agrippa locis per pulchra adornatis ædificia: hæc ex Stra. Iulia unda. Iulium

Iulius Portus portum intelligit: de quo Sueto. in Auguſto ſic ait. Donec nauibus exinde ægre fabricatis: ac.xx. ſeruorum milibus manumiſſis: & ad remum datis portum Iulium apud Baias immiſſo in lucrinum: & auernum mari: lacũ efficit in quo cum hyeme tota copias exercuiſſet Pompeium inter Milas: & Naulochum ſuperauit.

CHRI. Nec rapit: Sunt qdem ſerpẽtes: ſed nõ tanti quãti apud aſacheos æthiopiæ populos q ſunt uiginti cubitorum: aut quãti in ĩdia q ſecundum Magaſtenem ceruos: & tauros ſolidos haurire poſſunt. Regulus autẽ in punico bello ad flumen Bagradã tormẽtis & baliſtis ſerpentẽ cõfecit centũ uiginti pedũ. Nihilominus & in italia Boiæ ita magnæ efficiuntur: ut ſub Claudio imperatore quædam occiſa ſit: cuius in aluo ſolidus infans ſpectatus ſit. Ego autem eo anno qui ſeptuageſimus ſupra mille ac quadringẽtos a ſalute noſtra enumeratur in agro caſentinati: & in ea apennini parte unde Arno fluuio origo eſt nõ procul ab eo caſtello quod caſteneanum uocant: ſerpentem interfectum uidi cuius magnitudo odoriſeci canis magnitudine non uinceretur: ille autem qui occidit uel tetro ſerpẽtis odore uel alia occultiore cauſa nullo uulnere ab eo ictus nullis uerberibus percuſſus poſt paucas dies e uita exceſſit. Verum hæc rariſſima ſunt. In ſpiram: qđ ſpira ſit dicemus in ſecundo æneí. Mare quod ſupra: mare ſuperum: quod uergit ad ſuperiorem partem mũdi.i. ad partẽ ſeptẽtrionalem q̃ nobis ſublimis eſt: ut hic uertex nobis ſemꝑ ſublimis. Dr autẽ Adriaticũ ab adria colonia etruſcorũ: ĩcipit ãt a pyreneis mõtibus Epiri & ꝑ italiã ſupiorẽ extendit᷑ uſq; gallos. Quoq; alluit ĩfra: Mare thyrrenũ eſt qđ alluit Italiã a meridie: quæ mũdi plaga ĩfima eſt ac depſſa. Vnde dixit in ſuperioribus de polo meridionali: Aſt illum ſub pedibus. ſtix atra uidet: ĩcipit ãt ab hoſtio Vari quod flumen italiã a gallia diuidit: & diſcurrit ad fretum uſq; ſiculũ. Quare autẽ dicat᷑ thyrrenum.i. etruſcum alio loco apparebit. Lari: larius lacus eſt piſciũ copia excellens in gallia ciſalpina propinquus Como urbi a qua etiam comanus appellatur: Ex hoc abdua fluit.

¶SER. An memorē portus:lucrinoq; addita clauſtra:ī baiano ſinu cāpaniæ cōtra puteolanā ciuitatem duo lacus ſunt:Auernus:& Lucrinus:q olim propter copiam piſciū uectigalia magna præſtabant.Sed quom maris impetus plerunq; irrumpēs exinde piſces excluderet:& redemptores grauia damna paterent̄: ſupplicauerūt ſenatui:& ꝓfectus.C.Iulius Cæſar ductis brachiis excludit partē maris:quæ ante īfeſta eſſe conſueuerat.Reliquit breue ſpatium per auernū:qua & piſcium copia poſſet intrare:& fluctus nō eſſent moleſti.Quod opus Iulii dictum eſt.Sed hoc ambitioſe undā Iuliā appellauit fremētem contra moles a Iulio oppoſitas.¶Indignatum magnis ſtridoribus æquor:Indignatū a ſolita excluſum licentia:& indignationē ſuā ſtridoribus prodens: indignatum iō dixit: qa quo tpe in Lucrinū lacū mare immiſſum eſt: deinde terra effoſſa contigit inter ipſum Lucrinum & Auernū: ut duo lacus miſcerētur: & tāta tēpeſtas orta eſt:ut prodigii loco habita ſit: ac nunciatū:ſimulacrū auerni ſudaſſe:pp quod pontifices ibi piacularia ſacra fecerūt.¶Iulia autē: unda puteolanū portū ſignificat.¶Tyrrhenuſq; fretis æſtus: æſtus qdē dixit auerni:quoniā per Lucrinū lacū mare Tyrrhenū influuit in Auernum.¶Auro plurima fluxit:ideſt copioſior fuit in rem precioſorem.

Fluctibus: & fremitu aſſurgēs Benace marino?
An memorē port⁹?Lucrinoq; addita clauſtra?
Atq; indignatum magnis ſtridoribus Aequor:
Iulia qua Ponto longe ſonat unda refuſo:
Tyrrhenuſq; fretis imittitur æſtus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos:æriſq; metalla
Oſtendit uenis:atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre uirū Marſos:pubēq; Sabellā:

¶PRO. Hæc genus acre uirum marſos pubēq; ſabellam Aſſuetumq; malo ligurem uolſcoſq; uerutos:Sabelli gens eſt Italiæ:Apuli iidem appellantur & Dauni:Volſci ueruti ideo dicuntur:q; dolonibus in prælio ſoliti ſint uti.

¶ANTO. Aeſtus:is eſt maris acceſſus:ideſt inquietudo. Vnde & æſtuaria per quæ mare uiciſſim tam accedit:q̄ recedit.fretum autē appellatū q; ibi ſemper mare ferueat:nam fretum eſt: Anguſtum & quaſi feruens mare ab undarum feruore nominatum.¶Metallum:metallum a metallo dicitur:quod eſt ſcrutor uel īquiro. Nā in omni fere materia:una inuenta uena: non procul inuenitur alia: quod & Plinius notauit libro uigeſimo octauo:capitulo octauo.¶Auro:aurum auſtria plurimum gignit neq; ī alia parte terrarum tot ſæculis hæc fertilitas.Italiæ quæ parcitum eſt uetere interdicto patrum:alio qui nulla fœcundior metallorum quoq; erāt tellus &c.Plinius libro trigeſimotertio capitulo quinto.¶Marſos:marſi italiæ populi uelocitate pedum plurimū ad curſum præſtant:ut Diony.ſcribit Solinus autem ait. Marſorum gentem ſerpentibus illæſam eſſe:ſed nihil mirum a Circes filio hii genus ducunt:& auita potentia deberi ſibi ſciunt ſeruitium uenenorum:ideoq; uenena contemnunt.Stra.uero li.v.ait:q; alba marſis finitima eſt in excelſo locata ſaxo prope Fucinus eſt lacus longitudine par pelago.is aūt Marſis & uicinis maximo omnibus uſui fit.¶Sabellam:Sānitas intelligit:qui ut Feſtus ait:dicti ſunt a colle ſamnio:ubi ex Sabinis aduentantes conſederunt.Pli.uero li.iii.c.xiii.ait:q; ſamnites erāt Italiæ populi:quos Sabellos & Samnitas græci dixere:Ea gens:ut Florus li.primo ait: opulenta erat fallax:rapida: ac furioſa: & in exitium urbis pertinax ſexies enim rupto fodere: cladibuſq; ipſis animoſior erat hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papirios patres eorumq; liberos urbs Roma ſubegit ac domuit. Sunt autē Samnites inter campaniam & apuliam: ut oſtendit Strabo libro quinto regionem montanam poſſidentes:& mari non admodum proximi:Hæc autem natio exigua eſt quidem:cæterum fortitudine conſpicua: oſtentata Romanis eorum ſæpiſſime uirtute:tandem quum libertatem aſſequi uellent deſcriuerunt:unde Marſicū exarſit bellum.Marſicum autem ideo nominatum:quoniam a marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium.

[margin: Aeſtus — Metallum — Fucin⁹ — Samnitii — Marſicum Bellū]

¶CHRI. Benacus: autem eiuſdem galliæ lacus in mōtium faucibus locatus:unde ui uentorum inſurgente ueluti mare uariis tempeſtatibus æſtuet:Benacus Mintium flumen emittit:idem lacus aureas harenas habere dicitur:ſed profecto piſcem gignit nuſquam alio loco repertum:quem incolæ carpionem uocāt ſapore ſuauiſſimo.¶Aeris metalla:nomine metalli uenit quicquid ex terra effoditur:in terræq; uiſceribus:ueniſq; diligētius inquirit̄:Vnde & lapidicinæ metalla appellātur e græco uerbo. Nam μετάλλαω inqro ſignificat.Argētum ēt a græca appellatione eſt:illi enim ἀργύριον dicunt.Fit āt ex argento uiuo & ſulphure albo:plus tamen eſt de aereo:aq̄oq; argenti uiui q̄ de ſulphure.Vnde minus ponderis in eo q̄ in auro.Duplex autem argentū eſt: ſimplex & compoſitum.Simplex liquidum eſt:& argentū uiuū appellat̄:cuius ſubſtātia aquea eſt ſubtili terreno mixta robuſta mixtione:& indiſſolubili:& hoc ineſt ſibi ex magna ſiccitate terrea q̄ nō liqſcit in ſiccitate plana albedinē trahit ex ſubtili terre albedine:& ex admixtione aeris.Argētū autē uiuū cū ſulphure ſunt materia oīum metallorum:Aes uero quod cuprū etiam dicūt ex ſulphure:& argēto uiuo:ut cætera metalla compōitur: ſed plus eſt in eo ſulphuris q̄ argenti:ſed ſulphur eſt terreum non pure rubeū calorē habens adurentē. Argentum uero eſt mediocre nec nimis ſubtile:ut oſtendit Ariſto.aurū autem creat̄ ex ſulphure ſubtili & rubeo: & ex uiuo argēto ſubtili & albo:& plus tamen cōfert ad illud formādū de ſoliditate ſulphuris q̄ de aereo aquoſo uiui argēti: Quapp ſolidius:pōderoſiuſq; eſt q̄ argētū.¶Aere uirum:de numeroſis populis Italiæ ſic loqtur. Pli.Hæc ē illa Italia q̄ Aemilio Paulo & .C.Attilio cōſulibus:nunciato gallico tumultu ſola ſine externis auxiliis:& ſine traſpadanis eqtum.lxx.milla peditū.lxx.milia armauit.& Dion.li.iii.ſcribit romanos q̄ſi Hānibalis aduētum præuidentes cenſum fecerūt:& ciuiū ſuorū & ſociorū decies cētena milia hoīum q eſſent bello apti deſcripſerūt Marſos ultra picenū ueſtini ſunt:& marſi & peligni & marrucini: & frētani ſamnites populi.Natio exigua ē:ſed fortitudine cōpiſcua.Nā & aduerſus romanos fortiter pugnarunt.Idē pro illis ſocii fecerunt.Poſtremo libertatē & ciuitatis cōmunionē cōſeq uolētes repulſam paſſi bellum marſicū excitarūt:ait Stra.de origine marſorum alio loco dicetur.¶Sabellam:ſamniticam:hæc a ſabinis eſt.¶Ligurem:Ligurum genua metropolis eſt.

[margin: Metalla — Argētū — Aes — Aurū — Italia]

¶SER. Aſſuetumq; malo ligurem.i.labori.¶Volſcoſq; uerutos:italiæ populi ſunt.¶Verutos:Iaculo utētes
in modum ueru:uel quia uerutis pugnant.¶ Extulit hæc decios:creauit.Decii aūt duo fuerunt: quorum unus
bello latino:alter gallico ſe pro republica deuouerunt.¶Marios:Marii multi fuerūt:quorum unus fuit ſepties
conſul.¶ Camillos:abuſiue pluralem numerum pro ſingulari:nam Camillus unus fuit:qui a gallis ſublata ſi
gna reuocauit.¶Scipiadas duros bello:ſcipiadas pro Scipionibus dixit:ſicut amazonidū ꝓ amazonū alibi po
ſuit.Scipiones autē duo fuerunt:auus:& nepos:quorū unus legēs uictæ carthagini impoſuit:alter eādē diruit.
Hæc autē omnia plenius in.vi. memorauimus.¶Im
bellē auertis romanis arcibus indū:auertēdo reddis
imbellē.Romanis autē arcibus a romanis urbibus:a
romāo īperio.¶Salue magna parens:poſteaq̄ eā diu/
tius laudauit:uertit ſe ad eā:& bene dicit eam laudās.
¶Saturnia tellus : nam in Italia Saturnus regnauit.
¶Magna uirū:uirorū fortiū : & iā cōcludit laudās eā
a uiris:a fertilitate rerū:a Saturni imperio.¶Tibi res
antiq̄ laudis & artis Ingredior: tibi ī tuā utilitatē ſcri
bo carmē georgicū.Antiq̄ āt laudis: uel magnæ : uel
q̄d apud antiquos ingenti honore fuit agricultura.

Aſſuetumq; malo Ligurē: Volſcoſq; uerutos
Extulit:hæc Decios:marios:magnoſq; cāillos:
Scipiadas duros bello:& te maxime Cæſar:
Qui nunc extremis Aſiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus:
Magna uirum:tibi res ātiquæ laudis:& artis

¶ANTO. Aſſuetūq; malo li.Liguria in ipſis apēninis mōtibus inter Galliā atq; Hetruriā ſita eſt:nihil deſcri
ptiōe dignū habēs:niſi ꝙ uicatim uitā agunt:terrā arantes aſprimā:fatiganteſq; ligonib9:immo uero ſaxa inci
dentes:ut poſſidōius inq̄t ita Stra.lib.v.Diodo.ēt li.vi.ſcribit ligures patriā habitātes aſperā:ac oīno ſterilē pluri/
mo labore:cōtinuoq; uitā purā agere.Venationibus cōtinue uacare:captiſq; feris fructuū inopiā ſuſtētare:in ter
ra cubare:ut plurimū:hocq; pacto piſco more abſq; apparatu aliquo uiuere.Denique mulieres uiroꝝ uiros fe/
raꝝ robur:& uires:hr̄e feroces eā:& acuti īgenii:nō in bello ſolū:ſed in cōmuni uita &c.Propter ſupradicta igit̄
mala:& labores ait Maro.Aſſuetūq; malo ligurē: nō autē malo.i.latrociniis:ut quidā uolūt pp illud æneī.Vale
ligur.&c.nā poeta hic eos laudat:& Dio.uitā purā agere eos ſcri.¶Volſcoſq; uerutos:Diōy.alicar.li.vii.iq̄t Vrbs
Velitræ uolſcorū īſignis Velitræ magna ipſa:& populoſa:hæc ille pp q̄d legēdū ē apud Sylliū li.viii.ſetia: & ī celebri mi/
ſerūt ualle uelitræ.i.frequēti ualle:Nā adhuc ueſtigia appiæ uitæ in eius ualle exiſtūt diſtātis a mœnibus ſtadia
.xii.uel circa.Celebrat̄ ēt hodie cōtinue urbs ipa a peregrinis illac trāſeūtibus:quū ab urbe Roma Neapolim pe
tūt:& ecōuerſo.Fuit idē Auguſt.Octauius oriūdus:de quo late apud Trāq̄llū q̄ īter alia ſic ait:Velitrix ātiq̄tus ta
cta de cælo parte muri reſpōſum eſt eius oppidi ciuē quādo reꝝ potiturū:ſero tamē documētis apparuit oſtētū
illum Auguſti potentiā portēdiſſe.Diſtat autē ab urbe Roma uiginti milibus paſſuū:ab lanuuio uero milibus
Verut9 paſſuū tribus.¶Verutos:Verutū eſt tellū breue:& anguſtū:ut ſcribit Nonius.Probus uero īquit.¶Volſci ueru/
ti:ideo dicuntur ꝙ dolonibus in prælio ſoliti ſint uti.¶Decios:de iis & reliquis late Plinius de uiris illuſtribus.
¶Scipiadas : ut.P.Scipionē & Gneū fratres:qui ī hiſpania ꝓ romāo imperio occubuerūt:& Corneliū Scipionē
Publii filiū qui deuicta Carthagine Affricanus dictus eſt.Cuius frater.L.Scipio ob aſiam deuictā aſiaticus eſt ap
Scipio/ pellatus:& Gnei Scipionis.P.Corneliū Naſicā filiū qui in tota urbe uir optimus iudicatus eſt.Adde & iis Scipio
nem nē æmilianū Carthaginis exitiū.De Scipionibus autem hæc & plura Plutar.Cæſar. Auguſtū intelligit: nam ut
ſcribit Lutius Florus ſcythæ miſerant legatos Auguſto & ſarmatæ amicitiam petentes:ſeres etiam habitāteſq;
ſub ipſo ſole indi cum gemmis & margaritis:elephātoſq; inter munera trahentes nihil magis q̄ longinquitatē
uiæ imputabant:quam quadriennio impleuerant:Parthi quoq; quaſi in uictoria permanerēt:rapta clade craſ/
Satur/ ſiana ſigna r etulere:hæc ille meminit etiam Sueto.¶Saturnia tellus:Saturnus enim in Italia regnauit:quo tem
nus pore aureū ſeculum fuiſſe aiunt: conſtruxitq; urbē in mōte Capitolino: quam Saturniam appellauit:hic Ma/
ro libro.viii.ait Hanc Ianus pater:hanc Saturnus condidit arcem:Ianiculumq; illi: huic fuerat ſaturnia nomen
& Varro ſcribit.Tarpeiū montem Saturnium a ſaturno appellatum:& ab eo ſaturniam terram.¶Magna uiꝝ:
ordo eſt:magna parens uirum:repetit enim parens.¶Antiquæ laudis:quanta agricolis laus eſſet olim circa prī
cipium aperuimus.præterea antiquorum multis in italia uinearum culturum laudata fuit:de quo uideto Pli/
nius libro decimoquarto:capitulo ſexto Laudabatur item Italia ob generoſa uina de q̄bus item Pli.lib.xiii.c.ix.
¶CHRI. Verutos:quia tenis q̄ ueribus ſimilia eſſent utebantur in bello.¶Te maxime Cæſar:magno artifi
cio iam ꝑuenit ad laudes Cæſaris quod maxime cupiebat:& ita rem deduxit:ut neq; a laudibus italicis quas ſi/
bi propoſuerat aberrare.Neq; qua quidem re omnis laus euaneſcit quicq̄ per adulationem inferre uideat̄.¶In/
dum:ad indos nunquam peruenit Cæſar: ſed blanditur illi quia pacato orbe terrarum indurum legatio ad
eum romam uenit:intelligit autem de Arabia q̄ domuit per.C. Aquilium & æthiopiam quam ſuperauit per
Petronium:ſalue:mira:& breuiſſima concluſio:nam hac dictione ſalue colligit ex ſuperioribus eā eſſe dignam
ueneratione.Deinde per fruges infert copiam omnium quæ ex terra gignuntur quæ diximus eſſe ꝓ bonis cor
poris per uiros intelligit uirtutes illorum:& egregia facinora quæ poſuimus pro bonis animi. Præterea opera
humano artificio edita: ut urbes oppida : & quæ iis ſimilia ſunt quæ regioni erunt loco bonoꝝ fortunæ.¶Sa/
turnia.q.d.digna quæ ſaturnia appellet̄ digna quæ ſaturnum auctorem:p̄ceptoremq; tum morū tum agricul/
turæ habuerit.Tunc enim p̄ceptore dignus eſt diſcipulus cum illi ſeſe parē addiſcendo reddidit.¶Saturnia:ſa/
turnū ueteres putabant largitorē oīum fœlicitatū.Hinc fertilia loca ſaturno dedicabant.Ergo ſaturnia.i. ferti/
lis.Diony.aūt alicarna.ait in primo lib.Nullam terram fertilitate italiæ cōparabo:in quo loco demōſtrat quic/
quid eſt quo carere uita nō debeat nuſquam eſſe p̄ſtantius q̄ in italia.¶Tibi.n.ideſt in honorem tuum deſcribo
artem ipſam agriculturæ ex qua tibi prouenerunt laudes quæ antiquæ fuerunt: utpote a ſaturno profectæ.

Ingredior ſanctos auſus recludere fonteis:
Aſcræumq; cano Romana per oppida carmē.
Nunc locus aruoꝝ īgeniis: quæ robora cuiq;:
Quis color:aut quæ ſit rebus Natura ferēdis.
Difficiles primum terræ:colleſq; maligni:
Tenuis ubi Argilla:& dumoſis calculus aruis:
Palladia gaudent ſilua uiuacis Oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurgens Oleaſter eodem
Plurimus:& ſtrati baccis ſilueſtribus agri.
At quæ pinguis humus:dulciq; uligine læta:
Quiq; frequēs herbis:& fertilis ubere cāpus:
Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere:huc ſūmis liquunt̄ rupibus amnes:
Felicemq; trahunt limum:quiq; edit.s Auſtro:
Et Filicem curuis inuiſam paſcit aratris.
Hic tibi præualidas olim:multoq; fluentes
Sufficiet Baccho Vites:hic fertilis uuæ:

¶SER. Aſcræumq; carmē:heſiodicū:nam Heſiodus aſcræus de ciuitate aſcra fuit.¶Nūc locus aruorum: nūc inquit tēpus eſt naturā agrorū deſcribere.¶Ingeniis: naturis. Multi culpant hoc loco Virgilium:ꝙ in unū coegit quatuor librorum ꝓpoſitiones.Nam & de aruo:& de conſito:& de paſcuo:& de florido:iſto loco commemorat:quod iō nō eſt reprehendendū:quia nō ea late exequitur:ſed carptim: & breuiter tranſit: quæ latius explanat in ſingulis.¶Quæ robora cuiq;:ꝗ ſit unius cuiuſq; poſſibilitas.¶Quis color: ꝗ ſpecies:ſicut dicimus: quo colore ille recitauit.i.ſpecie:licet breuiter ēt ſit dicturus de colore terrarū.¶Difficiles: pene ſteriles:& parū creantes.¶Colles maligni.i.infœcundi.¶Tenuis ubi argilla:ſine humore:qa eſt & pinguis.¶Dumoſis:ſpinoſis:& uepribus plenis.¶Calculus:lapis breuis terræ admixtus:dictus calculus: ꝙ ſine moleſtia ſui breuitate calcet̄.¶Viuacis oliuæ:diu uiuētis: hinc ſupra Tardæ creſcētis oliuæ.Res enim diu duratura tarde creſcat neceſſe eſt.¶Tractu:plaga regiōe.¶Oleaſter: olea ſilueſtris.¶Plurimus:abūdans.¶Strati agri: opti.¶Baccis ſilueſtrib⁹:oliuis & oleaſtro natis.¶Dulciq; uligine læta:terræ uligo ꝓprie eſt naturalis eius humor:ex ea nunꝗ recedens:bene autem dulci addidit ad diſcretionem amaræ:uliginoſus ergo ager eſt ſemꝑ humidus.Nam humidus dicit̄ qui aliquando ſiccat̄.¶Felicē limū:terrarum ſcilicet.i.fertilē.Nā flu minū limus eſt noxius.¶Huc:illuc.¶Filicē curuis īuiſam:filicis radices ſibi inuicem nexæ etiam quom auulſæ fuerint renaſcunt̄.¶Olim:quouis tempore.

¶PRO. Aſcræumq;.c.r.p.o.c.Aſcra uicus ē bœotiæ:in quo exiſtimat̄ natus Heſiodus:qui ſcripſit ἐργα καὶ ἡμέρας: Quo libro agri quoq; cultus rationem ſtringit: Et ideo ſe dicit aſcræum carmen Virgilius per romana oppida canere.

¶ANTO. Sanctos fontes:muſaꝝ.ſ.¶Aſcræū carmen:Heſio.aſcræi ītelligit:q princeps omniū de agri cultura ꝑcepit:& carmine executus ē quē poſtea Maro hic in Geor.immitatus eſt.De aſcra āt latius ecloga.vi.igeniis.i.naturis & ꝗlitatibus.Ingeniū nāq; dr̄ ſua ſpōte natura qd̄ hic ēt Nonius ītellexit.¶Primū cano.ſ.Difficiles primū:ſenſus eſt ꝙ terræ difficiles colles maligni ſteriles.Terra ubi eſt tenuis argilla:& arua calculis plena oliuis gaudēt.¶Tenuis argilla:nō pinguis creta.Pli.lib. xvi.ca.v.ſcribit argilloſam terrā eē ꝗ operi difficillima quæq; raſtros ac uomeres īgētibus glebis oneret. Calculus:lapillus:dulci uligīe:dulci pīguetudīe:& naturali humore nō āt amara.¶At ꝗ pīguis humus:ſenſus ē:ꝙ humus pinguis:& fertilis dulci uligine: & cāpus herboſus:& fertilis hubere:& abundātia:qualis cāpus in mōtis cōualle eſſe ſolet:& agri q expoſitus eſt auſtro:& q fœlicē habet uitibus cōueniūt:& uina optima ꝓducūt.¶Mōtis cōualle:Cato agrū optimū iudicat ad radicē mōtiū:planicie in meridiē excurrēte:quæ eſt totius italiæ ſitus Pli. li.xvii.ca.v.¶Filicē inuiſam aratrix:id ait:qa ex una radice ꝗ plures exeūt filices: & radices ipſæ longæ ſunt ī obliquū qbus qdē ſues pīgueſcūt:folia cimicē necāt ſerpētē nō recipiūt:Pli.li.xxiiii.c.xliiii.¶Præualidas:āplas.¶Sufficiet:ſubminiſtrabit.¶Baccho:uino.¶Fertilis.ſ.ē.¶Laticis:uini.¶Pateris & auro.i. pateris aureis ꝑ Endyadin.

¶CHRI. Auſus: tāquā rē arduā: & pene ſupra meas uires.¶Aſcræū:ſnīa ē primus apud latinos de re agraria uerſibus ſcribā īmitatus Heſio.Nā oratione ſoluta ſcripſerāt ante eū latinæ.M.Cato ſaſernæ duo pater: & filius Tremelius ſcrofa.M.Teren.Varro.imitatus:ergo Heſiodū q uerſibus græce de re agraria ſcripſit.Quāuis idem Menecrates Epheſius fecerit.¶Aſcræū:q ex aſcra fuit:hæc ut ipē ſcribit penes Heliconē eſt.Vituperat̄ ēt ab eo ſuis uerſibus:appellat.n.rus īfelix & ꝙ hyeme dirū ſit æſtu triſte:& nullo tpe optabile.¶Nūc locus: pene propoſitionem reſtaurat.¶Ingeniis:tranſlatio eſt ab hoīe.Habet.n.aīus humanus duplicē uim alterā qua percipiant:alterā qua iam ꝑcepta retineant.Et illā qdē docilitatē hanc̄ memoriā appellāt.Vtrūq; autē cōplectunt̄ cū ingeniū dixerūt.Ergo in hoc loco ingeniū dixit īnatam:cōnaturalemq; uim quæ quidē uaria in uariis terrarum generibus reperitur.¶Quæ robora:ad qd quæq; ualeat:& interpretatus eſt quid dixerit ingenia.¶Filicē: Filicis teſte Pli.duo ſunt genera:alterū nec florē hēt nec ſemē phtergia uocāt græci:quam maſculū putāt ultra bina cubita creſcūt:nec graui odore ſunt:ex una radice plures exeūt.Alteꝝ genus philipterō dicūt:uel peterim eſt nō fruticoſa breuior:molliorq;:ac dēſior ad radicē cauliculata:Radices utriq; lōge:in obliquū nigræ:ꝑcipuæ cū inaruere.Difficile illa agri purgant̄:tamē renaſcunt̄ nuper ortæ:& adhuc tenellæ baculo decutiunt̄.¶Capellas urētes culta Caprarū morſus arboribus exitialis eſt.Oliuā ēt lābēdo ſterilē reddit hoc aīal:ſunt q credant hoc ꝓuenire ex illarū febricitanti:adurentiq;:& iccirco peſtilenti anhelitu.Aiunt.n.capras nunquā febre carere.Ob idq; in uēditiōibus a priſcis nō eē ſolitū ꝑſtari de ſanitate:ſatiſq; fuiſſe ſi uēditor diceret.Aīo has capras beneq; bibere.Refert āt Archelaus nō naribus ſed auribus ſpirare.Ferūt quiq; mēſibus ut oues pariūt ꝗ ēt quaternos raro ſenos. In paſcēdo ſemꝑ ad altiora progrediunt̄ pingueſcūt pinguedine ſterileſcūt.Quibus cornua ſunt annoꝝ numerū ꝑ icrementa modorū oſtendūt ꝗ illis carēt mutilæ dicunt̄.Tōdent̄ in Cilicia capræ ut alibi oues.In Syria auribus menſura palmari:& dodrantali:ac nōnullæ demiſſis adeo ut ſpectēt ad terrā ait Ari.Vita ad octauū annū.

Ingen⁹ · Filix · Capræ

¶SER. Pateris & auro.i.pateris aureis:endyadé facit:ut Molléq; & mõtis.¶ Píguis tyrrhenus:uíctimarum .ſ.carnibus:ut Plau.in aulularia:tibi dabit pinguior fidicina qa pp aſſidua ſacrificia pígues fiũt.¶ Inflauit ebur: tibiarũ dicit:qbus in auẽ ſacerdotis cani ſolebat.¶ Lãcibus pãdis:aut patulis :aut extorũ pondere curuatis.¶ Fumãtia reddimus exta:ſacerdotũ uſus eſt uerbo.Reddi enim.dicebantur exta cũ probata & elixa aræ ſupponebã tur.¶ Aut urẽteis culta capellas:Omne enim qd' momorderint urunt & exſiccãt : unde eſt:Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.¶ Saturi:aut fœcũdi:aut qd' eſt iuxta oppidũ ſaturũ.Tarentũ.n.& ſaturũ uicinæ ſunt ſibi calabriæ ciuitates.Horatius:Me ſatureiano uectari rura caballo.¶ Et qualem amiſit Mãtua cãpũ:quãdo.ſ. Aug.agros Mãtuanos cũ agris Cremonẽſium militibus ſuis dedit:dicit aũt campũ aptũ ad paſcẽda aĩalia. ¶ Niueos cygnos:cãdidos.¶ Herboſo flumĩe : pratis iuxta flum̃ poſitis.¶ Liqdi fontes: puri ſine peſtilẽtia. ¶ Et quãtũ lõgis carpẽt armenta diebus Exigua tãtũ gelidus ros nocte repone:ut in æneide diximus: hoc dicit Varro:ubertatẽ fuiſſe ĩ roſulano agro:poſtq̃ uelinus ſiccatus eſt lacus:ut ibi longã perticã magnitudo ſuparet herbaꝝ.¶ Nigra fere:nõ per oĩa nigra:ſed pene.¶ Píguis terra:craſſi & abũdãtis humoris.¶ Putre ſolũ:ſolubile.¶ Hoc imitamur arãdo Hæc arãdo ĩ ſpicimꝰ & uideť ſolemꝰ.¶ Optĩa frumẽtis:ſubaudi ẽ: huiuſmodi terra.¶ Aequore.i.agro uel cãpo.¶ Plura domũ tardis : plura cõpatiuũ ẽ:nã dic̃ huiuſcemodi terrã tãtæ fertilitatis eẽ:ut ex nullo agro ãplius agricola aliqs frumẽtum colligat:q̃ ex ea q̃ huiuſcemodi eſt. ¶ Domũ decedere.i.ad domũ redire. Tardis autem iuuencis:grauaris pondere ex copia frumenti.

Hic laticis:qualem pateris libamus:& auro:
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin Armenta magis ſtudium:Vituloſq; tueri:
Aut ouium fœtus:aut urenteis culta capellas:
Saltus:& ſaturi petito longinqua Tarenti:
Et qualem infelix amiſit Mantua campum
Paſcẽtem niueos herboſo in flumine Cygnos.
Nõ liquidi gregibus fontes:nõ gramĩa deſunt.
Et quantum longis carpent armenta diebus:
Exigua tantum gelidus Ros nocte reponet.
Nigra fere & preſſo pinguis ſub uomere terra:
Et cui putre ſolũ (nãq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis:non ullo ex æquore cernes
Plura domũ tardis decedere plauſtra iuuẽcis.

¶PRO. Hic laticis.q.pate.l.e.a.Infl.c.p.ebur.Tyrrhenus ad aras pinguis.Tyrrhenus thuſcus tibicen ſignificatur:uel q; nõ ſit ſubtilis muſice barbara:uel q; tumeãt bucchæ inflantes tibias:q̃ ſignificanť ebore dicto. ¶ Saltus & ſaturi petito.l.t.Et qualẽ.i.a.m.c.Tarentũ oppidũ in Italia.Cõdiderũt pthenidæ: hoc eſt exules lacedæmoniorũ duce phalanto.In finibus autẽ tarentinorũ eſt locus:quẽ ſaturium uocant.Vnde ẽt paludẽ ſaturã: Quoius etiã in.vii.mẽtio ẽ: quũ ait Virgil.Qua ſature iacet atra palus.g.q.p.i.q.i.u.a.m.m.c.ufens Saturi: Saturi ergo tarẽti a ſaturio loco:uel a ſatura palude dixit.Quidã dicũt tũ ob agri bõitatẽ:tũ ab loco quodã ſaturo:q eſt ꝓpe tarẽtũ ſaturũ cognomĩatũ:dŕ ãt Tarãtẽ neptũi filiũ lacedæmõia ciuitate ex ſaturia Mĩois cretẽſiũ regis filia ꝓcreaſſe filiũ.Hũc ꝓiectũ naufragio facto delphinꝰ ĩ Italiã euexiſſe dŕ:Quoiꝰ hodieq; teſtimõiũ mãet.Nã ĩ mũicipio tarẽtĩorũ hoĩs effigies ĩ delphino ſedẽtis ẽ a Saturia uxore eũ locũ ſaturia appellaſſe ferť.Et poſtea ei loco ex ſuo noĩe nomen tarẽtũ ĩpoſuiſſe.Ideo ĩfelicẽ Mãtuã dicit:qa mãtuanis q; a rõanis deſciuerãt agri adẽti ſunt.

¶ANTO. Libamus ad aras.ſ.píguis tyrrhenꝰ.Thuſcus:tibicen ſignificatur : uel q; nõ ſit ſubtilis muſicæ uel q; tumeãt buccæ ĩflãtes tibias q̃ ſignificanť ebore dicto:Probꝰ ſcribit potiꝰ tamẽ píguis uictimaꝝ carne.¶ Ebur tibiã ĩtelligit:q̃uis tubã nõ tibiã Tyrrheni iuenerint.Vnde Vir.Tyrrhenuſq; tubæ mugire p æthera clangor : & Pli.lib.vii.ſcribit Aeneã tubã inueniſſe Piſeũ Tyrrhenũ:obliquam tibiã Mydã in phrygia: geminas tibias Marſiam.In eadẽ gente lydios modulos Amphion:cum tibiis canere uoce Trozenius Dardanus ĩſtituit. Adhibebatur autẽ tuba nõ ſolũ ĩ p̃liis:ſed in oĩbus Feſtis diebus pp laudis uel gaudii claritatẽ.Vnde & in pſalterio dŕ. Canite initio mẽſis tuba in die ĩſigni ſolẽnitates ueſtræ:præceptũ.n.fuerat iudæis ut initio nouæ lunæ tuba clangerent.Tibias.autẽ diu funeribus ferũt adhibitas mox & ſacris gẽtiliũ.¶ Tyrrhenus:tyrrhenos romani Hetruſcos appellãt:atq; Thuſcos.Græci uero eos hoc noĩe noĩauerũt a tyrrheno Atys filio:q ex Lidia colonos hãc ĩ regionẽ dimiſit.Cæterũ thuſciæ lõgitudinẽ maximã a luna uſq; Oſtiam:p littus ſtadiorũ milibus duobus & qngentis ſcribit Strabo.li.v.& Pli.li.iii.ait:q; tyrrheni a ſacrifico ritu lingua græcorũ thuſci ſunt noĩati.¶ Pãdis:curuis.Magis ſtudiũ: ſupple eſt tibi.¶ Aut ouiũ fœ.aut &c.s cũ ſua uocali p̃cedẽti tolliť in ſcãſione : qdã uero textus antiq fœtũ habẽt.¶ Vrẽteis culta capel.hoc ideo:qa ut Pli.ſcribit li.viii.ca.xlvii.Capris aĩa eſt:q̃ ouibus ardẽtior: earũq; morſus arbori exitialis:oliuã lãbẽdo quoq; ſterilẽ faciunt:eaq; ex cauſa Minerue immolantur.¶ Saturi tarenti:a ſatura palude ei uicina:uel ob agri bonitatem:ut Probus ait.¶ Longinqua ta.eſt.n.Tarẽtũ Calabriæ ꝓxĩa urbs extrema italiæ de quo late Stra.li.v.Florus ſcri.tarẽtũ Calabriæ quõdã:& Apuliæ :totiuſq; Lucaniæ caput poſitũ ĩ ipſis adriatici maris faucibus.¶ Mãtua cã.de amiſſis Mãtuæ aruis late dixĩus ĩ argumẽto tityri.¶ In flu.Myntio uidelicet q Mãtuã p̃terfluit.Exigua tm̃ Cæſar uopiſcus cũ cãm apud cẽſores ageret cãpos Roſiæ dixit italiæ ſumẽ eẽ ĩ qbꝰ ptica pridie relicta gramẽ opiret:ſed nõ niſi ad pabulũ ꝓbãt Pli.li.xvii.c.iiii.¶ Nigra:pulla terra ẽ optĩa:& opi ſatiua:q̃ tẽperatæ ubertatis eſt malis:faciliſq; culturæ nec madida nec ſitiẽs:& poſt uomerẽ nigreſcens:& quã recentẽ exqrũt improbæ alites uomerẽ comitantes:coruiq; aratoris ueſtigia ipſa rodentes Pli.li.xvii.c.v.¶ Nãq; hoc imitamur arãdo : ſenſus ẽ q; arãdo fit ſolũ putre: neq;.n. ut inqt Colu.lib.ii.ca.ii.aliud eſt colere q̃ ſoluere & fermẽtare terrã:ideoq; maximos q̃ſtus ager præbet.¶ Plauſtra: de iis libro Geor.primo.

Tibia
Tuba
Tyrrhenus
Caprarum Morſus
Tarẽtũ

¶CHRI. Putre ſolum:Nam hoc facile ſe radicibus frumenti peruium præbet: a radicibus autem omne alimentum accipit planta.¶ Tardis:quoniam ponderoſiora grana inſunt.

¶SER. Aut unde iratus: ſcilicet infœcunditati diuturnæ. ¶ Antiquaſq; domos: aut re uera antiquas: aut caras. Saluſtius: Tantum antiquitatis: curæq; maioribus pro italica gente fuit. Eſt autem ecbaſis in iſta deſcriptione. ¶ Enituit: fertilitate iucundus extitit. ¶ Impulſo uomere: immiſſo aratro ſcilicet ab agricolis. ¶ Ieiuna glarea: ſicca & ſterilis terra. Caſia & roſmarinus apibus aptæ ſunt herbæ. ¶ Tophus ſcaber: lapis aſperrimus. Vnde & ſcabies dicta ab aſperitate. ¶ Nigris chelydris: nocentibus. ¶ Negant: ſcilicet Nicander & Solinus: qui de his rebus ſcripſerūt. ¶ Dulcē ferre cibū: ordo eſt æque dulcē: hoc ē tam dulcē. ¶ Quæ tenuē exhalat nebulā: nūc dicit agrum omnium rerum feracem: quatuor qppe imitatur genera agrorum: qui ſolus poteſt: quod illi quatuor: ſicut ſequentia indicant. ¶ Fumoſq; uolucres: quaſi fumos: ſcilicet ex hūore. ¶ Quæq; ſuo ſemper: naturali ſcilicet non coacto. nam cum ager alia quā ei natura dederit: aut amplius profert: per ſtudium culturæ cogi uidetur: hic autem de eo dicit qui herbis naturaliter abundat nam hoc. ¶ Viridi ſe gramine ueſtit: ideſt herbis ſemper eſt plena: nō per ſemen acceptis: ſed naturaliter prolatis. ¶ Nec ſcabie & ſalſa rubigine ferrum: proprie eſt. Nam rubigo qˀſi ſcabies ferri eſt. ¶ Talem diues arat capua: ideo diues quia talem arat. ¶ Et uicina ueſeuo: ueſeuus mōs eſt liguriæ ſub alpibus poſitus. Nam campaniæ mōs quidam ueſuuius dicitur: pro quo multi ueſeuum poſitum uolunt.

Aut unde iratus ſiluam deuexit arator:
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquaſq; domos auium cum ſtirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo uomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias: roremq; miniſtrat.
Et Tophus Scaber: & nigris exeſa Chelydris
Creta: negant alios æque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibū: & curuas præbere latebras.
Quæ tenuē exhalat nebulā: fumoſq; uolucres
Et bibit humorē: & cū uult ex ſe ipſa remittit:
Quæq; ſuo uiridi ſemp ſe gramine ueſtit:
Nec ſcabie: & ſalſa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexet uitibus Vlmos.
Illa ferax oleæ eſt: illam experiere colendo
Et facilem pecori: & patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua: & uicina Veſeuo

¶PRO. Talem diues arat capua & uicina ueſeuo Ora iugo & uacuis Clanius non æquus acerris: Veſuuius mons eſt in campania: uino fertilis: quem ueſeuum iugum dicit. Eiuſdem campaniæ flumen Clanius iuxta acerræ nomine: ſed gigantis nomine Clanius dictus eſt: ideo dicit: ut Metrodorus ait. Nō æquus autem idcirco accerris exiſtimatur: quod eas ſæpe inundet quæ uacuæ iccirco dicuntur: qꝫ pene deſertæ ſunt.

¶ANTO. Siluam deuexit: noualem intelligit: cæſa uetere ſilua: uideto in tityro de nouali. ¶ At rudis: ideſt ſterilis: & macer. ¶ Enituit: incanuit: non nigruit uti pingui agro euenit. ¶ Ieiuna glarea: ideſt ſicca: macraq; terra minutiſſimis lapillis mixta: Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum ī Venafrano: Plinius ſcribit libro decimoſeptimo capitulo quarto. ¶ Caſias: de caſia late ecloga ſecunda Plinius libro præterea ſecundo: uigeſimoprimo capitulo de cura: & pabulo apium ait: harum ergo cauſa oportet ſerere thymum: roſam: uiolas: lilium: fabam: caſiam: & plura. ¶ Humiles: candidæ enim caſiæ magis ſe humi ſpargunt: ſuntq; odoratæ. ¶ Roremq;: rorem marinum intelligit. ¶ Tophus ſcaber Plinius libro decimoſeptimo capite quarto ait: qꝫ tophus ſcaber natura fricabilis expetitur quoq; ab auctoribus pro uitibus: ſcilicet Sequenti uero capite inquit: fruges alit tophacea alba: quæ ſi ſit inter fontes reperta eſt ad refinitum fertilis. ¶ Chelydris: Calabria chelydris frequentiſſima eſt: ut Solinus ſcribit titulo de italia. ¶ Diues capua. Stra. libro quinto ſcribit capuam Campaniæ caput eſſe: Campaniamq; campos omnes felicitate ſuperare. Et Plinius libro. xviii. inquit qꝫ quantum uniuerſas terras campus ille campanus antecedit tantum ipſum pars eius quæ leboriæ uocatur: quem phlegreum græci appellant: finiunturq; leboriæ uia ab utroq; latere conſulari: quæ a puteolis: & quæ a Cumis Capuam ducit. ¶ Veſeuo iugo: Veſeuus: ueſuius: & ueſuuius dicitur eſt autem mons in campania teſte Solino: qui ut Scribit Strabo libro quinto amœniſſimis habitabatur agris excepto cacumine. Dicunt alii Neapoli ad quartum lapidem proximum eſſe. De hoc Plinius iunior quomodo ſuo tempore arſerit: late ſcribit libro quinto epiſtola uero. xvi. &. xx. Glarea

¶CHRI. Siluam: hoc noſtra tempeſtate uſu compertum eſt: cum īculta & ſiluoſa noſtri appennini iam coli cœpta ſint. In quibus ex ſingulis ſextariis ſupra uigeſimoquinto reddidiſſe manifeſtum ſit. ¶ Antiquas domos. Vtitur Ecbaſi: ut aſperitatem præceptorum huiuſcemodi feſtiuitate exilaret. ¶ Rorem: Roſmarinus appelatur: græce uero dicitur Libanotis. ¶ Veſeuo: Et Veſuuius & Veſulus & ueſeuus dicitur: iſte mons Veſuuius igitur campaniæ eſt: cui ab oriente Pompeii ſunt: nec procul eſt Neapolis: & nola & Nuceria: de hoc ſcribit Strabo: Hiſce locis incumbit mons ueſuuius amœniſſimis: habitatus agris: excepto cacumine fructum nullum ferente. Sed cineres in proſpectu habente & cauernoſo antra ſaxis ignibus arroſis. Ergo plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam coniecturis aſſequimur. Reſtinctam autem eſſe ceſſante materia: Quæ forte fertilitatis illius loci cauſa extitit. Excoctas enim glabas pingue aliquid habere qdˀ uberiores fructus afferat. Eſt autem locus iſte nobilitatus morte Plinii nouocomenſis. nam dum ignium ex hoc monte ſcatentium miraculum uiſere cupiens incautius nauim accendit fauilla: ac cinere oppreſſus: neq; aduerſantibus uētis remeare ualens periit. Idem baſſo poetæ eueniſſe dicunt. Montem autem hunc Veſuuium uterq; Plinius: & Suetonius de uiris illuſtribus: & Pompeius: Strabo: & Euſebius de temporibus appellāt. Et præterea Veſeuus alpium mons: e cuius radicibus effluit padus: Sed de huius fertilitate nemo extat auctor. Veſuuius

Ora iugo:& uacuis Clanius nõ æquus Acerris
Nunc quo quanq; mõ poſſis cognoſcere: dicã
Rara ſit:an ſupra morem ſi denſa requiras:
Altera Frumẽtis quoniã fauet: altera Baccho.
Denſa magis Cereri:rariſſima quæq; Lyæo.
Ante locum capies oculis:alteq; iubebis
In ſolido puteum demitti: omnemq; repones
Rurſus humũ: & pedibus ſũmas æqbis areas.
Si deerit rarum pecoriq;:& Vitibus almis
Aptius uber erit:ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca:& ſcrobibus ſuperabit terra repletis
Spiſſus ager:glebas cunctantes: craſſaq; terga
Expecta:& ualidis terram proſcinde iuuencis
Salſa autem tellus:& quæ perhibetur amara:
(Frugibus infelix ea nec manſueſcit arando:
Nec Baccho genꝰ:aut pomis ſua noĩa ſeruat)
Tale dabit ſpecimẽ:tu ſpiſſo uimine quallos:
Collaq; Prælorum fumoſis deripe tectis.
Huc ager ille malus:dulceſq; a fontibus undæ
Ad plenum calcentur:aqua eluctabitur omnis
Scilicet:& grandes ibunt per uimina guttæ.
At ſapor indicium faciet manifeſtus:& ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.
Pinguis item quæ ſit tellus:hoc deniq; pacto
Diſcimus.haud unq̃ manibus iactata fatiſcit:
Sed picis in morẽ ad digitos lẽteſcit habendo.
ſol deficere uideat̃:ſed uarias põt.n.fieri ut extĩguat̃:ut lõgius recedat:ut aliqd' eũ corpus abſcõdat.¶Lunæq; la
bores:uel errores:qa nõ recta ĩcedit:uel defectus:q cõtigũt lunæ:quoties terræ altitudo:ĩteruenies radiis ſolis eã
illuminari nõ patitur : a qbus dr̃ lumen accipere.¶Vnde tremor terris:uariæ:ſunt opiniões:Nã alii dicũt uentũ
eẽ in cõcauis terræ:q motus ẽt terrã mouet.Salu.Vẽti ꝑ caua terræ citati.Luca. Quærẽtẽ erũpere uẽtũ Credidit:
Alii aq̃ dicũt genitalẽ ſub terris moueri:& eas ſimul cõcutere:ut uaſa aq̃:ut dicit Lucre. Alii σφογγοειδη terrã
uolũt:cuius plerũq; latẽtes ruinæ ſuppoſita uniuerſa cõcutiũt.¶Qua ui maria alta tumeſcat Obiicibus ruptis:
Alii ſic accipiũt ꝙ ruptis obiicibus.i.Calpe & atlãte mõtibus hiſpaniæ & mauritaniæ oceanus eruperit:& iſta fe
cerit maria:qd̃ nõ ꝓcedit.Si.n.hoc eẽt:nõ diceret tumeſcãt:ſed tumuerũt quũ eruperũt oceãi maria:unde æſtua
ria oceãi accipimus:qui per hiſpanias & gallias ĩfinitũ erumpit contẽpta lege riparum : ad quas rurſus recurrit.
Cuius rei opinionis Luc.in prĩo commemorat dicens:Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet. Deſtituatq;
ferens: an ſidere mota ſecundo Tethyos unda uagæ lunaribus æſtuat horis:Flammiger an titan ut alentes hau
riat undas: Erigat oceanum:fluctuſq; ad ſidera tollit.¶Quid:ob q̃ cauſam.¶Oceano properẽt ſe tingere ſoles
hiberni : circulorũ hoc efficit ratio:ut etiam in æneide diximus.

¶PRO. Defectus ſolis uarios:lunæq; labores:deficit Sol quũ eius orbẽ ſubit luna & obſtat radiis.Lunæ autẽ
defectio fit:qa nõ ſuo lumine lucet:ſed eo qd̃ a ſole accepit:quũ ĩ umbrã terræ:uenit.Aeſtus autẽ maris ad Lunæ
motũ:& rationẽ fiũt:ſed lunæ ſunt quinq;:motus:diurnus:mẽſtruus:annotinus:altitudinis:hi extremi ad ma
re ptinẽt.Terræ autẽ tremoris tres cauſæ ſunt.Nã aut uẽtis ĩcluſis exitũ q̃rentibus fundamẽta q̃ſſantur: ut iis la⁄
befactis ſuperiora cõtinuant̃:aut igni:quẽ ĩeſſe terræ ætna docet exuſta cõcadũt : quũ eis ſonus ipſorũ ſubſidit:
Aut aqs id qd' ſuſtinẽt:de labi in liquorẽ patiuntur:ſed cõſumptis terris latius cõſtituunt̃.¶Quid tantum.o.p.
.ſ.t.ſ.Hiberni uel.q.t.m.n.obſtet: breuem diem facit quum octaua parte. maior eſt ea pars circuli : qua ſubiecta
terris eſt brumalis & ſuperior eadem minor æquinoctialis circuitus.

¶ANTO. Defectus ſolis uarios:Quũ ĩ plenilunio luna fuerit ĩ capite uel cauda draconis ſub ponto directe
oppoſito ſoli in firmamẽto:tũc terra ĩterponet̃ ſoli & lunæ:unde quũ luna lumẽ nõ hẽt niſi ab ſole: deficit a lũi⁄
Solis ne.Eſtq; generalis eclipſis in oĩ terra ſi fuerit in capite uel cauda draconis directe particularis uero eclipſis ſi fue
Eclipſis rit ꝓpe uel infra metas determinatas eclipſis ſemperq; ĩ plenilunio uel circa cõtingit eclipſis. Quũ ãt fuerit luna
in capite uel cauda draconis uel ꝓpe metas ſupradictas:& in cõiũctiõe cũ ſole: tũc lunæ corpus interponet̃ inter
aſpectũ nr̃m & corpus ſolare:unde obũbrabit nobis claritatẽ ſolis:& ita ſol patiet̃ eclipſim:nõ qa deficiat lumi⁄
ne:ſed deficit nobis ĩterpoſitiõe lunæ ĩter aſpectũ nr̃m & ſolẽ.Eclipſo ãt deficio ſignificat:ĩde eclipſis.i. defectio.
¶Defectus ſolis ua.Vario.n.mõ ſol eclipſat̃ qd̃ cõtingit pp diuerſitatẽ reſpectus ĩ diuerſis climatibus.¶Lunæq;
lab.i.defectus. Iuue.ſat.vi.de mulieribus: Vna laborãti poterit ſuccurrere lunæ.¶Vnde tre.ter. Babyloniorum
placita motus terræ:hiatuſq; & cætera oĩa ui ſyderũ exiſtimãt fieri uẽtos ĩ cã eẽ nõ dubiũ reor ĩqt Pl.li.ii.ca.lxxxi.
Neq;.n.unq̃ ĩtremiſcũt terræ niſi ſopito mari cæloq; adeo tranqllo ut uolatus auiũ nõ pẽdeãt ſubtracto oĩ ſpiri
tu q uehit nec unq̃ niſi poſt uẽtos cõditos.ſ.ĩ uenas & cauernas eius occulto afflatu:neq; aliud ẽ in terra tremor
q̃ in nube tonitruũ nec hiatus aliud q̃ cũ fulmẽ erũpit ĩcluſo ſpiritu luctãte:& ad libertatẽ exire nitẽte.¶Qua ui.
ma.al.t.Oceanus Solin.teſte quẽ græci ſic noĩant a celeritate ab occaſu ſolis irrũpens leuo latere Europam radit
Aphricã dextro:ſciſſiſq; Calpe & Abila mõtibus quos dicũt columnas Herculis ĩter Mauros fundit̃ & hiſpaniã
Et Pli.li.ii.ĩqt:ſed æſtus maris accedere & reciproca re maxĩe mirũ ẽ pluribus qbus modis accidit. Verũ cã ĩ ſole:
lunaq;.Id ãt Mac.ẽt li.i.de ſom.ſentit ait.n.Oceanus quoq; ĩ ĩcremẽto ſuo hũc nũerũ tenet:nã prĩo naſcẽtis lunæ
die fit copioſior ſolito minuit̃ pauliſp ſecũdo:minorẽq; uidet eũ tertius q̃ ſecũdus : & ita decreſcẽdo ad diẽ.vii.
ꝑuẽit.Rurſus octauus dies mãet ſeptimo par:& nonus fit ſimilis ſexto decimus qnto : &.xi.fit.iiii.par.iii.quoq;
.xii.&.xiii.fit ſimilis.ii.xiiii.prĩo.Soli.itẽ aut dubitat̃ ẽt nũc qbus ex cãis ĩtumeſcat.Oceanus nec ĩ obſcuro ẽ plura
Dierũ pro ĩgeniis differẽtiũ potiſq̃ ꝑ ueritatis fide exp̃ſſa.¶Quid tñ ocea.Dierũ & noctiũ ĩæq̃litatis cã obliqtas ẽ ſigni
ac nocti feri teſte Pli.li.ii.cũ pars æq̃ mũdi ſup:ſupq; terras oĩbus fiat momẽtis:ſed q̃ recta in exortu ſuo cõſurgunt ſigna
um lõgiore tractu tenẽt lucẽ:q̃ uero obliq̃ ocyori trãſeunt ſpacio. Alii ſic in oĩbus circulis qui ſunt ab æquinoctiani
Inæqua uſq; ad tropicõ cãcri & in ipſo tropico cãcri maiorem arcus diei q̃ noctis.i.arcus ſuper horizontem q̃ ſub horizõ
litas te.Vnde toto tempore quo ſol mouetur a principio arietis per cancrum uſq; ad finem uirginis creſcunt dies ſu⁄
pra noctes & tanto plus quãto magis accedit ſol ad cancrũ & tanto minus quanto magis recedit.Econuerſo au⁄

tem de diebus & noctibus dum ſol eſt inſignis auſtralibus:in omnibus aliis circulis quos ſol deſcribit inter æq̃noctialem & tropicum capricorni maior eſt circulus ſub horizonte & minor ſupra:unde arcus diei eſt minor q̃ arcus noctis:& ſecundum proportionem arcuum decreſcunt dies ſupra noctes & q̃to circuli ſunt ꝓpinquiores tropico hyemali tanto magis deſcreſcunt dies.

Hiberni:uel q̃ tardis mora noctibus obſtet.
Sin has ne poſſim Naturæ accedere partes
Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis:
Rura mihi & rigui placeāt in uallibus amnes.
Flumina amem:ſiluaſq; inglorius:o ubi cāpi
Sperchiuſq;:& uirginibus bacchata lacænis
Taygeta.o qui me gelidis in uallibus Aemi
Stat:& ingenti ramorum protegat umbra.
Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
Atq; metus omneis.& inexorabile fatum

¶SER. Tardis āt noctibus.i.æſtiuis noctibus tarde uenietib⁹.¶ Sin has ne poſſim.i.ptes phyſicæ philoſophiæ ex q̃ ſt̃ illa q̃ dixit.¶ Frigid⁹ obſtiterit:ſecūdū phyſicos dicit q dicūt ſtultos hoīes frigidioris eē ſanguinis:prudētes uero calidi.Vñ & ſenes ī qbus friget:& pueri ī qbus necdū calet minus ſapiūt.¶ In glori⁹:cōparatiōe.ſ.philoſophiæ:ſic ī æneide: Et mutas agitare inglorius artes:nō q nulla gloria medicia eſſet:ſed q mīor q̃ diuinitatis:& augurādi q̃ ei obtulerat Apollo mūera:ut Auguriū:citharāq; dabat celereſq; ſagittas.¶ Spchius: fluui⁹ theſſaliæ.¶ Taygeta: mōs laconū Libero & bacchis cōſecrat⁹.¶ Aemi:mōtis theſſaliæ:ī quo ēt ſunt tēpe.¶ Felix q potuit:repetitio ē ſuperioris coloris. Nam hoc dicit & ruſtici felices ſunt:& qui tribuunt operā.philoſophiæ.¶ Inexorabile fatū: Alibi:Fortūa oīpotēs & ineluctabile fatū.

¶PRO. Sin has ne.p.n.a.p.Fri.obſtiterit circū pcordia ſanguis:ſignificat ſanguīe circū pcordia ducto animū Empedoclis ſentētia.¶ Spchi⁹:ē theſſaliæ flumē.¶ Taygeta:lacōicis:ubi uenāt̃ uirgīes.¶ Lacenæ:Lacōio.n.lacænas facit.Lacedæmō lacedæmoni⁹.Lacōicæ regio ē.Lacedæmō oppidū ſpartæ dr̃:uñ ſptanæ ſunt eæ dē uirgīes.

¶ANTO. Tardis no.tarde uenietibus ītelligit.n.p id dies æſtiuos q lōgi ſunt.¶ Naturæ ptes.i.naturalē phi- Partes
loſophiā.Sunt.n.philoſophiæ tres ptes:Moralis:Naturalis:& Rationalis:Moralis eſt q̃ docet morū elimatā p- philoſo
fectionē.Naturalis q̃ de diuinis corporibus diſputat.Rōnalis uero quū in corporeis ſermo ē quē mēs ſola cōple phiæ
ctit̃.Mac.ait.li.ii.de ſom.Cū itaq; Maro cæli uias & ſydera ſolis & lūæ defect⁹ terrarū tremorē: & Oceāi æſtua-
ria dierꝝ & noctiū lōgitudinē & breuitatē cōplectit̃:phyſicæ ſecreta cōmemorat.ē āt philoſophia ut ſcri.Alcino Sapiētia
us affectio ſapiētiæ q̃ ſoluit ac reducit ad intelligibilia: cōuertitq; nos ad ea q̃ ſunt ſecūdū ueritatē. Sapiētia āt eſt
ſcīa hūanarū diuinarūq; rerū cognitio.¶ Frigid⁹ ſan.Empedoclis ſnīa loqt̃ is.n.ut ſcri.Cice.li.i.Tuſcula.Animū
eē cēſebat cordi diffuſum ſanguinē.Calid⁹ āt ſanguis maiorē uirtutē hēt q̃ frigidus:uñ oēs dextræ ptes ualidio
res ſunt & debiliores ſiniſtræ:qa has regit calor iecoris q ē cōcretus ſanguis hic caloris domiciliū ē.Illæ uero cō
tagiōe frigidi lienis hebetāt̃:lege Mac.li.vii.& Pli.xi.ca.xlvi.ſcri.qd' cordi ineſt pcipuus calor:q;q; ibi mēs hītat.
Tul.ēt in li.de na.deo.ait:q oē qd ē calidū & igneū ciet̃ & alit̃ motu ſuo Qd āt alit̃ & creſcit motu quodā uertit̃
certo & æq̃bili:q q̃diu remāet in nobis:tādiu ſenſus & uita remanēt:refrigerato āt & extincto calore occidimus
ipſi & extinguimur.¶ Præcordia:exta hoī ab īferiore uiſcerū pte ſepant̃ mēbranis:q pcordia appellāt:cordi p- Sper-
tēdunt̃ Pli.lib.xi.¶ O ubi cāpi:optādi aduerbiū.¶ Sperchius:Theſſaliæ fluuius:ut ſcri.Stra.li.ix.Soli.āt ca.x.ſcri. chius
ī ſpchio ꝓmōtorio:Orpheū ſiue ſacrorꝝ ſiue cātuū ſecreta agitaſſe.¶ Taygeta:Tayget⁹:ut Stra.docet li.viii.mōs Tayge-
eſt Laconicæ q̃ in Achaia eſt:Eſt āt mōs ſup mare nō grādis admodū cæterū excelſus & erectus: Cui ſubiicitur tus
ſparta & amycle in regiōe mediterranea:ubi Apollinis tēplū.Liberi quoq; pr̄is delubrū: Nō ab re igit̃ Lacænis Lacæna
uirginibus bacchata:Maro.ait.¶ Lacænis.i.Laconicis:Nā teſte ēt Probo:Laconica lacænas facit:ē āt lacō.g.m.la
cæna uero.g.f.¶ Aemi:Thraciæ mons eſt cuius excelſitas ſex milia paſſuū continet:uaſto iugo ꝓcumbēs in pō-
tū:ut Pli.li.iiii.capi.xii.ſcri.De eodē lib.i.faſto.ait Ouid.Et quicunq; tuas accolit æme niues.Eſt fertilis Thracia
inqt Pli.li.xvii.capi.iiii.frugū rigore & æſtibus Aphrica & Aegyptus.¶ Siſtat repſentet:Cice.ad Atticū:Vt te añ
kalen.Ianua.ubicunq; erimus ſiſtas.¶ Rerū cognoſcere cauſas:Cōmentator li.i.phyſicorū ait: Scientiarū q̃dā ē
pfecta:& illa eſt q̃ fit p cauſam:q̃dā imperfecta:& eſt illa q̃ eſt ſine cauſa.¶ Atq; metus omneis:Cic.li.iii.officiorū
ſcri.Magnitudinis animi & fortitudinis ꝓpriū eſſe:nil extimeſcere:oīa humana deſpicere nihil qd hoī accide-
re poſſit intollerandū putare:& paulo inferius inqt fortitudinē eſſe dolorū:laborūq; cōtemptionē.¶ Inexorabi-
le fatū.i.ex fato uenietia.De fato āt latius ecloga quarta uideto.Itē Maro lib.vi.inquit:Deſine fata deū flecti ſpe-
rare pcando.¶ Acherōtis auari:ſtrepitū hoc ē ipſam mortē:Qua mediāte animæ immortalitas acqrit̃:ut Cice.
ait:ſtrepitū āt dixit:ꝓpter aīarū oīum illuc tēdētiū:tumultū.Vñ poeta li.vi.de hac eadē re ait:Aeneas mirat⁹.n.
motuſq; tumultu:Dic ait o uirgo:qd uult cōcurſus ad amnē:Quid ue petūt aīæ:uel ſtrepitū dixit:Qm̄ ibidem Acherō
de Acherōte īferno fluuio īqt:Nec ripas dat̃ horrēdas:Nec rauca fluēta Trāſportare pri⁹ quā ſedib⁹ oſſa qerit.

¶CHRI. Frigidus ſanguis:ex frigido ſanguine craſſiores hebetioreſq; ſpiritus efficiuntur.Ex huiuſcemodi autem ſpiritu ingenium hebes tardumq; redditur:ergo frigidus ſanguis tardum ingenium denotat.¶ Sperchius:Theſſaliæ fluuius eſt cuius in faucibus thermopylarum ſunt anguſtiæ.Huic ſi rediiſſet ſuas comas deuouerat Achilles:præterfluit anticyrrham urbem.¶ Taygeta:Mons eſt inter Lacedæmonem & mare poſitus: libero olim patri & Apollini ſacer:Hinc poeta bacchata dixit.¶ Aemi : Mons hic Theſſaliam a Thracia diuidit:cuius in radicibus eā eē uolūt amenitatē:q græci tēpe nomināt.Ex eius cacumine: quoniā excelſiſſimū : eſt adriaticū ſimul & euxinū mare cerni crediderūt.Qua fama īpulſus Philippus demetri filius:& Macedoniæ rex triduo nō ſine ſūma difficultate illū aſcēdit: ſed nebulis oīa occupata erāt.¶ Vñ re īfecta diſceſſit aris : tamē duabus Ioui & apollini cōſecratis ī huius radicibus ex parte Thraciæ Tribali ſunt apud quos Oui.poeta exul uixit.

¶SER. Subiecit:calcauit.¶ Fatū.i.ex fato ueniētia.¶ Acherōtis auari:oēm mūdū ī mortem trahētis.¶ Deos q nouit agreſteis:q abſtinet a ciuicis malis:& aut rura hītat:aut cū ſuis numinibꝰ rura deſcripſit.¶ Nymphaſq; ſorores:nō Panis ſorores:aut Siluani:ſed inter ſe ſorores:ut ætnæos fratres:inter ſe.ſ.¶ Nō populi faſces.i.hono res:q'a populo pſtant.ꝑprie āt locutus ē:ut faſces populi regū purpurā diceret.¶ Infidos agitās diſcordia:diſcor diā poſuit ꝑ auaritia:ab eo qđ pcedit id qđ ſequit.Infidos āt fratres iō ait:qꝫ auaritiæ cā diſſentiūt.¶ Aut cōiura to deſcēdēs dacus ab iſtro:nō eū ſollicitat cōiuratio barbarorū.¶ Iſter āt fluuius ē ſcythiæ.¶ Nō res romāæ: pi turaq; regna:regna.ſ.barbaroꝝ.Nā duo dicit ruſticū nec romanū īperiū mouet.i.ad ambitū cogit: nec barbarorū regna pitura:Nō.n.romāo maledixit imperio:licet hoc alii dictū uelint ex generali ſentētia uenire:qꝫ oīs īperii magnitudo piculis ſubiacet.unde ēt Iuue.ait:Ad generū cereris ſine cæde & ſanguīe pauci Deſcēdūt reges:& ſicca morte tyrāni.¶ Neq; ille Aut doluit miſerās inopē aut īuidit habēti:Cice.in tuſculanarū.v.lib.hoc tractat:dicēs In quē cadit una mētis pturbatio poſſe in eū oēs cadere:ſicut poteſt oī uirtute pollere:cui uirtus una cōtigerit.unde nūc Vir.uoluit dare ruſtico miſericordiā:ne ei daret etiā cæteras animi paſſiones:qs nouimus & a bonis & a malis uenire rebus.A bōis opinatis duas:unā pſentis tēporis: ut gaudiū:unā futuri:ut ſpē.A malis ſimiliter duas: unā pſentis:ut dolorē:& unā futuri:ut metū:qs paſſiones eſſe aī nō dubiū eſt:unde & ipſe ait in ſexto:Hinc metuūt:cupiuntq; dolēt:gaudentq;.Saluſtius ēt in Catilinæ bello ait:Omnes hoīes q de rebus dubiis cōſultant:ab odio amicitia:ira atq; miſericordia uacuos eſſe decet.Nā animus haud facile uerū ꝓuidet ubi illa officiūt.Ergo aut ſecundū tractatū Ciceronis hoc dixit:aut qđ abſolutius eſt intelligamus iō ruſticū paupertatē nō dolere:qꝛ eā malū eſſe non credit:ſed munus deorū.Lucanus de paupertate:Et munera nondū Intellecta deū.Eſt & aliud quod poſſumus accipere ideo ruſticum nec bonis:nec malis alienis moueri:quia eius non intereſt: quippe qui ab urbibus eſt remotus.¶ Nec ferrea iura:dura:inexorabilia:immutabilia.

Subiecit pedibus: ſtrepitūq; Acherōtis auari.
Fortunatus & ille:Deos qui nouit agreſteis
Panaq;:Siluarumq; ſenē nymphaſq; ſorores.
Illum non populi faſces nō purpura regum
Flexit:& infidos agitans diſcordia fratres
Aut coniurato deſcendens Dacus ad Iſtro:
Non res Romanæ perituraq; regna:neq; ille
Aut doluit miſerās inopē:aut īuidit habenti.
Quos rami fructus:quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua carpſit nec ferrea iura:

Acherōtini

¶ANTO. Acherōtis:ē acherō fluuius in Calabria:in peninſula quadā iuxta Coſentiā:a quo oppidāi Acherōtini:ut Pli.li.iii.ſcri.Poetæ uero dicūt eſſe fluuiū infernū cœno turbidū:& æſtuātē. Stra.āt.lib.viii.docet: Quod acherō amnis fluēs perpylū Vrbē achaiæ alpheū intrat acherōtiq; ꝓpter inferni ꝓprietatē inditū eſt uocabulū: quoniā ea in ora Cereris & Proſerpinæ ac Plutonis tēpla magno in honore ſunt.¶ Auari:nā ut inqt Oui. Serius aut citius ſedē ꝓperamus ad unā:oīs.n.acheron cymba recepit ī alterā ripā: nec ſatiat unq:Nā oēs auet.¶ Deos agreſteis: de iis li.i.Geor.late iā dictū eſt.Quorū ēt hic aliquos poeta noīat.¶ Nouit:ille deos nouit agreſtes:qui optimus eſt:hinc fortunati haberi poſſunt.¶ Sorores:Inter ſeipſas.ſ.¶ Populi faſces:duodecim erant lictores.i. miniſtri:q cū faſcibus uirgarū ſecurim cuiq; cōſulum pferebāt.Vtq; cōſulum inſignia erāt duodecim: faſces ita ptorū ac pſidū ſex tātū:Lictor autē a ligando dictus:quod quū magiſtratus populi Romāi uirgis quempiā uerberari iuſſiſſent:crura eius & manus ligari:uincíriq; a uiatore ſolita ſunt.Iſq; q ex collegio uiatorū officiū ligādi

Lictores

haberet lictor ſit appellatus:ita Valgius dixit de lictore:ut refert Gellius lib.decimo primo:capi.tertio: Tyro āt Ciceronis libertus lictorē:uel a lino uel a licio dictum ſcripſit Licio.n.trāſuerſo:q magiſtratibus pminiſtrabāt: cincti erāt:ut inquit auctor idē Gellius.¶ Populi faſces:populi ait:quoniā in quem populi ſuffragia: conſularibus habitis comitiis:auſpiciiſq; rite peractis concurrebant:iis erat conſul deſignatus.¶ Purpura regū:Trabeam intelligit:erat.n.toga ex purpurea & albo.Virg.libro ſeptimo de pico Rege:Paruaq; ſedebat ſuccinctus trabea.

Purpura

¶ Flexit:mouit:ſollicitauit.¶ Infidos:alter.n.alteri ſublegit.¶ Diſcordia:auaritiā intelligit.Cōiurato actiue dixit:nō paſſiue:ut ille docet.Cōiurato aūt:quoniā eius populi omnes quodāmodo in Romanos cōiurauerāt:ut daci:ſarmatæ:Germani.cōiurare aūt & cōſpirare fere in malū accipiunt:quoties in patriā aut in principē coniuratio fit atq; cōſpiratio.Cōiuratio ſemp in alterius pniciē graſſari ſolet.¶ Dacus:diuidunt Dacia Germanis Danubio:ut ſcri.Tacitus.Lucius Florus inqt:qđ Daci mōtibus inhærent quotieſq; cōcretus gelu Danubius iūxerat ripas:diſcurrere ſolebāt:& uicina populari.Viſum eſt Cæſari Auguſto gentē aditu difficillimā ſubmoueri.Miſſo igit Lētulo ultra ulteriorē reppulit Rippā:citra pſidia cōſtituit:ſic Tūc Dacia nō uicta: ſed ſummota atq; dilata ē.Sarmatas quoq; p eūdē Lētulū Danubio ꝓhibuit:Quibus tāta barbaries eſt:ut pacē nō intelligāt. Germania quoq; magis turpiter amiſſa quā glorioſe acqſita.Hæc ex Floro:Trāqllis uero ſcri.Auguſtū germanos ultra albim ſūmouiſſe:ex Quibus Sueuos & Sycābros dedētes ſe Traduxit ī Galliā.¶ Iſtro:iſter ut Stra.ait li.ix.orit ab extremis Germanie ptibus ſupiores āt fluminis ptes ī fontes:uerſus uſq; ad pcipites eius decurſus: quos cataractas nominānt Danubiū uocāt:q maxime p Dacorū agrū delabunt.Alias uero inferiores uſq; in pōtum p Getas:Iſtrum uocitant.Cæterū idē Dacoꝝ & Getarum ſermo eſt.¶ Ferrea iura:dura:firma:immobilia.

Coniurare
Conſpirare
Daci
Danubius
Florū
Iſter

¶CHRI. Fœlix.q.Nimirū cū aīus pria ac maxīa ps ſit hoīs:aī āt pfectio ſit ipa ſciētia fœlix erit:q ſūmā ſit philoſophiā aſſecutꝰ:ex q̄ cū nouerit excellētiā aī ſui & īmortalitatē:& metu Mortis & oībus q in ſapiētē nō cadūt pturbatiōibꝰ liberabit:& cū cauſas reꝝ nouerit nihil tenebit poſt uitā āt cōtēplatiuā accedet ꝓxīa uita ruſticana q ī oībus ptibus actiuæ uitæ plꝰ ocii & qetis aſſeqt & minꝰ a pturbatiōibus uexat.¶ Illū nō populi faſces: Reddit cām q̄re fœliciores ruſticāi q̄ urbāi:Q̄m neq; ambitiōe:laborāt neq; ciuilibꝰ diſſenſiōibus uexāt:nō effœmināt delitiis nō miſerrimi fiūt auaritia.¶ Faſces:Cōſulatū denotat:Cōſules.n.xii.miniſtri pibāt:& ſinguli ſingu/

los faſciculos uirgarũ gerebãt:in q̃bus incluſæ eẽnt ſecures:& cũ de reo capitale ſumẽdũ ſuppliciũ erat miniſter illũ ad palũ ligabat:ex q̃ relictor nũcupabat̃.Deĩde uirgis q̃ ĩ faſce erãt uerberabat.poſtreo ſecuri capite ꝑcuſſo ĩterficiebat faſciculos:Ergo illos faſces noĩabãt.¶ Nõ purpura: ſemp Rõæ fuit uſus purpuræ:ut ait Pli.ſed Romulo ĩ trabea:Tul.hoſtilio ĩ toga ꝓtexta & latior̃ clauo.Tpe Cornelii Nepotis uiolacea purpura uiguit: Deĩde rubra Tarentina:inde conſule Cicerone diabapha tyria.¶ Dacus: Populi iſti in Thracia ſunt bellicoſi: qui olim boſos & tauriſcos ſuperarũt.Vt ait Stra.ſunt qui credant hanc regionem eam eſſe:quæ hodie Volochia dicitur ultra:citraq; hiſtrum:& dicitur Itala :quoniam Italica utatur lingua. Purpura

Inſanumq; forum:aut populi tabularia uidit.
Sollicitant alii remis freta cæca:ruuntq;
Inferrum:penetrant aulas:& limina regum.
Hic petit excidiis urbem:miſeroſq; penates:
Vt gemma bibat:& Sarrano dormiat oſtro:
Condit opes alius:defoſſoq; incubat auro.
Hic ſtupet attonit⁹ roſtris:Hũc plauſus hiãtẽ
Per cuneos geminatus enĩ plebiſq;: patrumq;
Corripuit:gaudent perfuſi ſanguine fratrum.
Exilioq; domos:& dulcia limina mutant.
Atq; alio patriam quærunt ſub ſole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor:hinc patriã:paruoſq; nepotes

¶SER. Inſanũq; forũ:litigioſum.¶ Populi tabularia:ubi actus publici cõtinẽt̃.Significat ãt tẽplũ Saturni:in quo ærariũ fuerat.& ubi reponebant̃ acta:q̃ ſuſceptis liberis faciebãt parẽtes:Iuue.Tollis.n.& titulis actorũ ſpgere gaudes Argumẽta uiri.¶ Cæca freta:ſubito in tẽpeſtatẽ ſurgẽtia.¶ Penetrãt aulas.i.ꝓſitent̃ ſatellitiũ.¶ Limina ãt dicit interiorẽ familiaritatẽ.ſic Turnus:Sirpẽ admiſceri phrygiã:ſe limine pelli.¶ Hic petit excidiis urbẽ: ĩcertũ alienã an ſuã.¶ Vt gẽma bibat.i.gẽmeo poculo:nõ gemmato.¶ Sarrão oſtro.i.tyria purpura.q̃.n.nũc tyros dr̃:olim ſarra uocabat̃ a piſce quodã:q illic abũdat:quẽ lingua ſua ſar appellãt.Iuue.Aut pictæ ſarrana ferẽtẽ ex hũeris aulæa togæ.¶ Plauſus hiantẽ Per cuneos geminatus.n.plebiſq; patrũq; Corripuit:Ordo ẽ: corripuit.n. hũc gemĩatus ꝑ cuneos plauſus & plebis & patrũ.¶ Exilio:uoluntario.ſ.propter auaritiã.¶ Sub alio ſole:ſub alio climate.¶ Hĩc anni labor.i.ex agricultura hẽt totius anni ſubſtantiã.¶ Hinc patriã ſuſtinet: Donatus uillam intelligit:non re uera patriam.

¶PRO. Vt gemma bibat &.ſ.d.o.Tyriam purpuram uult intelligi Sarranum oſtrum.Tyron autem Sarrã appellatam.Homerus docet:quem etiam Ennius ſequitur auctorem:quum dicit:pœnos Sarra oriundos.

¶ANTO. Inſanũ:clamoſum.¶ Forũ:locus dicit̃ in quo iudicia fieri ſolẽt:ut ſcri.Feſtus.¶ Tabularia:loca ubi tabulæ.i.ſcripta publica & lr̃e ponũt̃ græci grãmatophylaria appellãt.¶ Cæca fr.latẽtia:momẽto.n.uertunt̃:cũ trãq̃lla eẽ uideãt̃.¶ Penetrãt a.uarias:urbanoꝝ uota ĩdicat:aliq.n.auaritia ducti nauigãt:aliq faſtu colũt regia tecta:aliq militiã &c.¶ Aulas:aulæ græce:latĩe atriũ.Aulos uero tibia.¶ Limĩa:ĩteriora.ſ.¶ Penates : domos.¶ Vt gẽma bibat:Mar.ẽt ait.Gẽmatũ ſythicis ut luceat ignib⁹ auꝝ.Ah quoties digitos exuit iſte calix.Iuu.ſat.v.Trãſfert ad pocula gẽmas.Pli.Nec hoc fuit ſatis:turba gẽmarũ potamus:& ſmaragdis teximus calices.Gẽmæ ãt ꝓcioſi lapides dicũt̃ ut aiũt:ꝙ inſtar gummi luceãt.¶ Sarrano oſtro.i.tyra purpura.Tyrus.n.ſarra quãdoq; dicta eſt:ut Home.docet:quẽ ẽt Ennius ſequit̃ auctorẽ:quũ dicit Pœnos ſarra oriũdos:ut ſcri.Probus.Tyri ãt nobilitas oĩs cõchylio atq; purpura cõſtat:ut Pli.li.v.ca.xx.inq̃t:Stra.aũt li.xvi.ait:ꝙ poſt Sydonẽ maxĩa atq; antiq̃ſſima phœnicũ ẽ Tyrus:q̃ tota ĩſula ẽ cõtinẽti tamẽ aggere cõiungit̃:quẽ alexãder in obſidiõe cõgeſſit: apud Tyrũ purpurarũ piſcatus:hĩc Tyria purpura optĩa oĩum ꝓhibet̃.Diſtat:Tyrus a ſidone nõ pluſq̃ ducentis ſtadiis: Poſt Tyrũ eſt antiq̃ Tyrus.xxx.diſtãs ſtadiis oſtro purpura:ex Oſtreis.n.piſcibus ẽt tingit̃:de q̃bus li.i. Georgi. ¶ Roſtris:erãt Roſtra ĩ ſoro locus ad palatinas radices:Vnde ad populũ loq plurimũ cõſueuerãt:& a roſtris Nauiũ ſic quoq; cognominata:ait.n.Liuius:Naues antiatũ ꝑtim in naualia ſubductæ:ꝑtim incenſæ: roſtriſq; eaꝝ ſuggeſtũ in foro extructũ adornari placuit.¶ Hiantẽ:anhelantẽ certaminis labore & palma:Eſt ãt ordo hũc hiãtẽ corripuit.i.mouit:ſolicitauit:& plæbis patrũ:plauſus.n.certe:ſed uacat potius ꝑ cuneos gemĩatus.i.ſæpe redditus:nõ.n.ſemel tãtũmodo plaudebat̃:ſed iteratis uicibus.Potes ẽt exponere hiãtẽ.i.honoris cupidũ:& referre ad graues uiros q in theatris cũ plauſu excipiebant̃ ignaui : cũ ſibilis.¶ Cuneos:cõfeſſus.¶ Gaudẽt: alii.ſ.¶ Exilio:parricidiis.n.exulare cogũt̃.¶ Sub alio ſole:ſub alia regiõe.¶ Hĩc:ex agricultura ẽ.¶ Anni labor:hoc ẽ opa totius anni toto ſi q̃dẽ anno ꝓ ſegete laborãdũ ẽ.Vnde & Oui.li.i.met.ait:Sternunt̃ ſegetes:& deplorata colonis. Vota iacẽt: lõgiq; ꝑit labor irritus anni.¶ Hĩc:ex agricultura & labore totius anni.¶ Patriã:uillã.¶ Armẽta boũ meritoſq; iuuẽcos:Var.li.ii.ca.v.ait:In bibulo genere ætatis gradus dicunt̃ q̃tuor : prĩa uitulorũ:ſecũda iuuẽcorũ:tertia boũ nouelloꝝ:q̃rta uetulorũ.Merito erga agricolã ipſũ:Iuuẽcus.n.dr̃:ut Var.docet ab iuuãdo:qa iã ad agrũ colẽdũ iuuare poſſit.Suſtiet ãt armẽta boũ & iuuẽcos ex agricultura ſerẽdo eruũ:uiciã:medicã: & ſimilia. Tabularia Grãmatophylaria Aula Aulos Gẽma Sarra Tyrus Roſtra

¶CHRI. Stupet:nã ex admiratiõe:ita pene ſuas uires admittuntur ſenſus:ut copore pariter ac aĩo torpeſcat. ¶ Plauſus:nã plauſus magnis uiris dabat̃ in theatro:& a populo & a ſenatu.Hinc Hora.de mecœnate: Vile potabis modicis ſabinũ Cãtharis græca:q̃d ego ipſe teſta conditũ leui datus in theatro:cũ tibi plauſus Chare Mecœnas eques.¶ Cunei:in Theatro in q̃bus ſpectatores reſidẽt ita diuidunt̃:ut anguli trigonorũ:q currunt circũ curuaturæ circinatiões dirigãt aſcẽſus ait:Vitru.& paulo ĩfra idẽ.Hi ãt q ſunt in ĩmo:& dirigũt ſcalaria erũt numero.vii.Reliq.v.ſcænæ deſignabũt cõpoſitionẽ.Et unus medius cõtra ſe ualuas regias hr̃e debet:& q erũt dextra & ſiniſtra Hoſpitaliorũ deſignabũt cõpoſitionẽ.Extrẽi duo ſpectabũt itinera uerſurarũ.¶ Patriã: Nã cupiditate q̃ſtus loca a Solo Natali remotiſſima ſibi patriã facit.¶ Alio ſub ſole:Vnus idẽq; ẽ ſol:ſed dicius ſolẽ cadẽtẽ cũ occidẽtalẽ & naſcẽtẽ:cũ oriẽtalẽ plagã obtinet.¶ Iacẽtẽ:qa terræ imas ꝑtes tenẽt ĩ clemẽtius:ergo iacẽtes cõparatiõe aliorũ Elementorũ.¶ Cũ aũt dixit:cãpoſq; iacẽtes:Dixit cõparatione montiũ qui attolluntur e campis.

¶SER. Meritos iuuẽcos:laboris ſui cõſortes.¶Nec reqes.i.nũquã poteſt ruſticus oĩ ex ꝑte deſtiĩ.¶Cerealis mergite culmi:Mãipulos ſpicarũ mergites dicimus.¶Sicyõia bacca:oliua a ciuitate Lacõiæ ſicyõe: ubi abũdat olea.¶Trapetis:molis oliuaribus:& declinaĩ trapetũ ſicut tẽplũ.Terẽtianus:Quo ſup inſidẽs trapeto ſigna gyris tẽperat:qđ metrũ aptũ ẽ oliuã terẽtib9.¶Arbuta:põa ſilueſtria.¶Pẽdẽt circũ oſcula nati.i.nõ ſolũ aliis reb9: ſed ẽt filiorũ aſpectu:& frequẽtia gaudẽt cõtra illud:Exilioq; domos:& dulcia limina mutãt.¶Caſta pu.do.nõ ut ĩ urbibus impudica.¶Ipſe dies agitat:hic ẽ ſuſpẽdẽdũ: & ſic inferẽdum feſtos:Nã hoc dicit oẽs dies ſic hẽt ut feſtos putes. Alii dicũt feſtos dies cũ religione cõcelebrãt.¶Agreſti palæſtra:ruſtica luctatiõe.Palæſtra ãt dicta uel ἀπὸ τῆς πάλης.i.a luctatiõe:uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν:hoc ẽ a motu urnæ.Nã ducti ſorte luctãĩ. ¶Sic fortis hetruria creuit:iuxta hiſtoriam.Nam cõſtat tuſcos uſq; ad fretum ſiculum omnia poſſediſſe.

Suſtinet hic armenta Boũ: meritoſq; iuuẽcos.
Nec requies:quin aut pomis exuberet annus.
Aut fœtu pecorum:aut cerealis mergite culmi.
Prouentuq; oneret ſulcos:atq; horrea uincat.
Venit hyems:teritur ſicyonia bacca trapetis.
Glande Sues læti redeunt:dant arbuta Siluæ.
Et uarios ponit fœtus Autumnus:& alte
Mitis in apricis coquitur uindemia ſaxis.
Interea pendent dulces circum oſcula nati.
Caſta pudicitiam ſeruat domus: ubera uaccæ
Lactea demittunt:pingueſq; in gramine læto
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hædi.
Ipſe dies agitat feſtos:fuſuſq; per herbam
Ignis ubi in medio:& ſocii cratera coronant:
Te libans Lenææ uocat:pecoriſq; magiſtris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo.
Corporaq; agreſti nudant prædura palæſtra.
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini:
Hãc Remus & frater:ſic fortis Hetruria creuit
Scilicet:& rerũ facta eſt pulcherrima Roma:
Septem quæ una ſibi muro circundedit arces:

¶PRO. Teritur ſicyonia bacca trapetis : ſicyonia baccam oliuam dicit.¶Trapetum:torcularem olei.

¶ANTO. Nec reqes.ſ.ẽ agricolæ.¶Quin.i.ut an n9 aut pomis exuberet.¶Aut fœtu pecorũ &c.q ſenſus melior q̃ ſi diceres.¶Nec reqes.ſ.ẽ unq̃.¶Quin.i. aut nõ ãnus:ut põis exuberet aut &c.q ſẽſus aliq̃liter ẽt cõueniret:pp uerba Theophraſti iãiã ſequẽtia.Qđ ãt qn ꝓ ut aliqñ exponaĩ:Gel.ẽt li.xvi.ca.xiii. edocet: Sed ꝓ ut nõ apđ Maronẽ li.iii.ibi:Hic tibi ne q̃ more *Quin* fuerit diſpẽdia tãti:Quin uatẽ ĩſanã aſpicias.¶Cerealis mergite culmi:mãipulo triticei calãi.¶Prouẽtuq; oneret ſulcos:Theophraſtus li.viii.inqt ad ĩcremẽtũ ãt:alimẽtũq; plurimũ qdẽ cæli tẽperies:atq; ĩ totũ anni:Cõditio iuuat ĩbribus.n.ſerẽitatibus opportũe ſecutis oĩa feratia:ꝑmultiſq; fœcũda reddũĩ:quã rẽ nõ ꝑperã ꝓuerbio dñ.¶Ann9:fructificat nõ tellus.¶Vicat:rũpat:Idẽ li.i.ge.Rũperũt horrea meſſes.¶Sicyonia bacca:oliuã dicit:ut ẽt ꝓbus ait.Sicyõ ãt teſte Pli. li.iiii.Achaiæ oppi.fuit.Vtq; Stra.li.viii.iqt : maximã agri Corithi ꝑtẽ Sicyõii poſſeſſã occupauere : ꝑterq; agrũ Sicyoniũ Aſopus ꝑfluit.¶Trapetis:mollis oleariis.trapeta ãt a terẽdo đcã:niſi græcũ ẽ:Id Var.docet. Cato ãt ca.cxlv.¶Trapetos:ait Var.uero li.i.ca.lv.Trapetas: Autũnus dictus:q; tũc maxĩe augeanĩ hoĩum opes coactis agroꝶ fructib9:auc.Fe.¶Apricis:ſoli expoſitis:q̃ſi apricis.i.ſine frigoĩ:phrice.n.frigoris horror dĩ: ¶Caſta pudicitiã:Iuue.tñ ſaty.vi.ait:lãq; eadẽ ſummis ꝑiter:Minimiſq; libido.Nec melior pedibus ſilicẽ:Quæ cõterit atrũ. Quã q̃ lõgorũ uehiĩ ceruice ſyrorũ.¶Ipſe:agricola.ſ.¶Agitat:ſæpe agit & celebrat.¶Te libans:le*Magiſtrare* giĩ ẽt in antiqs delibãs.¶Lenææ:uideto li.ii.Geor.in principio.¶Magiſtris:paſtoribus:magiſtrare.n.ẽ moderari:ut docet Feſt.i.regere & gubernare.¶Palæſtra:lud9 & locus dĩ:pale lucta:paleo luctor.Paleſtriõi locus ubi pa*Palæſtra* læſtra exerceĩ:palæſtes luctator.paleſma lucta certamẽ.¶Palæſtræ : ãt reptor Mercu.fuit:ut ſcri.Diodo.lib.i.q; Hora.li.i.ode decima ẽt aſſerit.¶Hãc uitã ruſticã & agreſtẽ:de q̃ latius:ibi de laudibus agriculturæ.¶Sabini ue*Sabini* teres:Sabini ut Quidã exiſtimaueĩ ab religiõe:& deorũ cultu Seuini appellati.Velinos accolũt lac9 roſcidis collibus.Nar amnis : exhaurit illos ſulphureis aqs.Infra Sabinos Latiũ ẽ:ab latere picenum:a tergo:Vmbria: apœninis iugis ſabinos utrinq; uallantibus:Pli.auctor li.iii.ca.xiii.Sabinorũ aũt ager egregie Oliuetis & uinetis ꝑditus ẽ:Glandeſq; paſſim ꝓducit:maxime gregibus & armẽtis ſtudent:Eſt ãt gẽs antiqſſima:de q̃ Stra.li.v. Hæc & plura.¶Hetruria.Pli.li.iii.ca.vi.docet qđ primũ Hetruriæ op.Luna portu nobile.Colonia luna a mari recedẽs: ꝓpiorq; Piſa.Hetruriæ ãt fines ad Tybridis ripã:ut ait Stra.extẽſi ſunt.¶Septẽ arces:Roma.n. ſeptẽ amplexa eſt montes:Capitolinũ:Auentinũ:Cæliũ:Exquilinũ:Viminalem:Quirinalem:Palatinũ.Horũ autẽ etymologiã Varro ſcribit:docetq; etiam q; dies:ſeptimontium nominatus eſt ab his ſeptẽ montibus:in qbus ſita eſt.

Pudicitia ¶CHRI. Caſta pu.pudicitia ẽ ab ĩiuria turpiũ libidinũ libera:caſtitas uero & ab iis cõtinẽs:& remota ꝑterea *caſtitas* & religioſa mũditia & puritas.¶Hãc olĩ:cõmẽdat auctoritate ſabinoꝶ:q populi ſanctiſſimi fuerũt:& ãtiqſſimi. Nã ut ait Zenodo.trœzeni9:Vmbricæ gẽtis ĩdigene habitauerũt circa agrũ reatinũ.Deĩde pulſi a pelaſgis in eã terrã:ubi nũc ſũt:uenerũt:& ꝓ umbris ſabini uocati ſũt.Cato ãt uocatos eẽ Sabĩos a ſabĩo ſangi diui gẽitalis filio.Qđ uĩ & Vir.ſeq:q ubi ait:Ital9 ꝑrq; ſabin9.Var.ãt ſcri.Virginẽ rheatinã:dũ ĩ Enĩalii dei tẽplo ſaltat furoĩ diuĩo correptã ĩ additũ dei irruiſſe.Ex eoq; cõcepiſſe Modiũ ſabidũ uiꝶ bello egregiũ:q cures ſabĩoꝶ urbẽ ꝯdidit. Fuerũt ãt ſabini ut demõſtrat Li.auſterioris diſciplĩæ amatores.¶Hãc re.& fra.Nã ꝯditores urbis Romãæ agriculturã ĩ maxĩo hẽri ꝑcio uoluerũt.Vñ & ꝯſules & dictatores ex agro ad magiſtrat9 accipiẽdos accerſebãĩ.¶Sic fortis.h.c.Nã robur corporis ac laborũ:difficultatũq; tolerãtia uehemẽter ex ope ruſtico:aut acqriĩ:aut a nã acceptũ augeĩ.Hetruria ãt noĩat:qa Hetruſci toti Italiæ ĩperarũt:cui9 rei ĩdiciũ mãifeſtũ ẽ:qđ inferũ mare ab illis Tyrrhenũ ſuperũ a colõia illoꝶ adriaticũ noĩarũt.Magna ergo laus agriculturæ:qđ auctores hẽat: & ſanctiſſimos ſabinos:& fortiſſimos ethruſcos:& maxĩos oĩum Romãos:ſed maior qđ a Saturno tãto deo adĩuẽta ſit.

¶SER. Ante ſceptrum:ideſt anteq̃ regnaret Iuppiter:qui eſt in dictæo cretæ monte nutritus.¶ Impia quam cæſis gens eſt: Arati ẽ hoc:qui dicit maiores boues comedere neſas putaſſe: Iuue. Neſcierant primi gladios extundere fabri.¶ Iam tempus equum fumantia ſoluere colla: Allegorice hoc dicit debemus fatigato ĩgenio parcere:& finem facere carmini.Sane non eſt comparatio:ſed tranſlatio:ſicut & in fine primi libri legimus.Et multi uolunt ideo dixiſſe eum hoc loco finem carmini georgico ſe eſſe facturum : ꝙ duo ſequentes libri paſtorales ſunt non georgici:ut etiam in prima huius carminum parte commemorauimus.

Ante etiam ſceptrum Dictæi regis:& ante
Impia quam cæſis gens eſt epulata iuuencis:
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierãt inflari claſſica:necdũ
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immenſum ſpaciis cõfecimus æquor.
Et iam tempus equom fumantia ſoluere colla.

¶PRO. Dicteo regi Ioui a Dicta monte Cretæ:in quo educatus creditur.

¶ANTO. Dictæi regis: ideſt Iouis cuius tẽplum erat in dictæ monte Cræte:qui mons ab Ida ad oriẽtem ſolẽ mille abeſt ſtadiis:ut Stra.li.x.ſcri. In eo mõte Iuppiter educatus credit̃:ut ait Prob.id aũt Maro quoq; li.iiii.Geor.aſſeruit:dicens: Dictæo cæli regẽ pauere ſub antro. Succeſſit demũ Saturno Iuppiter argẽteo ſæculo.¶ Ante:ante Epanalepſis figura.i. replicatio.¶ Impia gẽs: Var.li.ii.ca.v.ait:de boue loq̃ns: Hic ſocius hoĩum ĩ ruſtico ope : & cæteris miniſter ab eo antiq maꝰ ita abſtiner̃ uoluerũt:ut capite ſanxerĩt.Siqs occidiſſet.Pli.ãt li.vi.docet:ꝙ aĩal occidit:prius Hyꝑbius Martis filiꝰ.ꝑmetheus bouẽ.¶ Aureus Saturnus:q aurea ætate regnauit in latio:ut ſupra ẽt patuit latius: agriculturãq; ibidẽ edocuit:de quo Maro li.viii.ſic primus ab æthereis uẽit Saturnꝰ ab oris.Arma Iouis fugiẽs &c.Tu reliq̃ illic uideto:aliq̃ ẽt diximus ecloga q̃rta:& ecloga ſexta:q̃ hic quoq; cõueniũt.¶ Claſſica:tubaꝝ ſonitus ĩde noĩat̃:qa claſſes eqtũ ordines uocãt:q maxĩe utũt̃ tubis:Priſcia.auctor.Tubæ ẽt claſſica appellant̃:ut hic. ¶ In.fl.c.Oui.quoq; li.i.met.ait de aureo ſæculo:Nõ tuba directi:nõ aeris cornua flexi:Nõ galeæ:nõ enſis erat:ſine militis uſu mollia ſecuræ peragebãt ocia gentes. Claſſica
¶ Confecimus.æ.i.abſoluimus ĩmenſam materiam. Eſt enim Meta.ideſt tranſlatio a currẽtibus equis ad ſuum ſcribendi tenorem. Fabi.lib.viii.oſtendit eſſe cum tranſlatione Allegoriam:ideſt inuerſiõem : Vt aliud uerbis aliud ſenſu oſtendat:Erit ãt ſenſus:q̃ tractãda fuerãt explicuimus:iã cõgruũ ẽ carmẽ finire.

FINIS SECVNDI GEORGICON.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN TERTIVM GEORGICON Argumentũ.

TEque Pales: & paſtorum memorande per orbem:
Et pecorũ cultꝰ:& gramĩe paſcua læta
Queis habitẽt armẽta locis:ſtabulẽt & agni:
Omnia diuino monſtrauit carmine uates.

GEORGICON AD MECOENATEM LIBER TERTIVS.

TE quoq; magna Pales:& te memorande canemus

TE quoq; magna pales &ce. Inuocat deã pabuli dicturus de aĩalibus:ſicut de frumentis & de uitibus dicturus Cererẽ inuocauit & Liberum: Sane non eſt mirandum uſum eſſe eum procemio:ſicut eſt uſus in primo.Nã nunc aliud quodam modo inchoaturus eſt carmen paſtorale:ſcilicet poſt completum Georgicum.Deinde etiam ſi unum ſit ſcimus conceſſum eſſe ſcribentibus:ut iteratione procemii legentum reficiant interdum laborem. Nam & Liuius frequenter innouat principia:Vt Incenſa a gallis urbe : & completis conſulibus:& Cicero in uerrinis:qui in frumentaria conciliauit auditorum animos:iteratione principii: Vt omnes q alterum iudicant & reliqua.¶ Pales aũt: ut diximus:Dea eſt pabuli:Quam alii Veſtam: Alii matrem deum uolunt:hanc autem Virgilius genere fœminino appellat:Alii inter quos Varro maſculino ut hic Pales huic ſacra ſoluuntur.xii. kalen.Maias die:quæ palilia uocantur. SER.

¶PRO. Te quoq; magna pales : & te memorande canemus Paſtor ab amphryſo uos ſiluæ amneſq; lycæi:Pales dea eſt paſtorum:quoi diem ſacrum appellant parilia tranſpoſita littera l : quæ ſi ſuo loco eſſet palilia potius dicerentur:qui dies natalis eſt urbis romæ:quæ a paſtoribus eſt cõdita: huius autem quoius Deæ eſſet:etiam ritus declarat. Nam & ignẽ tranſiliunt accenſis ſtramentis more agreſti: ibi hũc diem colẽtes lactem libant:q fructus ex pecore tollit̃.

¶ANTO. Cato maior in Cicerone de agricultu-

ra loquens ſic ait: Nec uero ſegetibus ſolum & pratis & uineis & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt: ſed pomariis etiam & hortis: tum pecudum paſtu & apum examinibus: Florum omnium uarietate: itaq; non iniuria poeta feciſſe uidetur: ſi poſt ſegetes atq; uineta & arbuſta: de pecudum paſtu & apibus ſcripſi. ¶ Te quoque: ſicut

Parilia Cererem & Bacchum cecinimus. ¶ Pales: ut Naſo & Feſtus aiunt. Dicebatur paſtorum dea: Cuius feſta parilia dicebantur: quod pro partu pecoris eidem ſacra fiebant: qui dies ut Probus ait: Dies Natalis eſt urbis Romæ: quæ a paſtoribus eſt condita: quo die & ignem tranſiliebant accenſis ſtramentis more agreſti: & lactes libabant: qui fructus ex pecore tollitur: de iis autem late Ouidius libro. iiii. Faſtorum Plinius autem libro decimooctauo capitulo uigeſimonono ſcribit: Romæ natalem fuiſſe. xi. kalendas Maii. ſic etiam Solinus ait: Ouidius tamen libro quarto Faſtorum. xii. kalendas Maii fuiſſe ſcribit. Sunt qui aliter ſcribant: demum quo die condita fuerit incertum putare debemus: cum etiam & quo tempore: & a quo minime cōſtet. qđ quidē late oſtendit Dionyſius libro primo antiquitatum: ubi maximam refert uarietatem.

¶ CHRI. Te quoq;: ut in frugibus inuocauit Cererem & in arboribus: Bachum ſicuti pabulis. Pale hæc dea pabuli eſt: puto eam eſſe quam Rheam nominant: qua montanæ: lapidoſæq; terræ uim continet: quæ pabulis abdicatur. Huic ſacra. xi. kalendas Maias faciebant: qua die poſitis in igne fœni manipulis ludibundi ruſtici

Paliria ſaliebant. Hoc enim ſacro luſtrari putabant: de quibus Cicero ait in Philippi. Parilia: quæ nunc paliria mutatis

Parilia litteris dicimus. Hoc die cōdita eſt Romana urbs Romulo duo de uiginti nato annos hora poſt ſecundam ante tertiam ut ſcripſit. L. Tarucius mathematicus inſignis: Ioue in piſcibus: Saturno: Marte: Venere: Mercurio in Scorpione: Sole in Tauro: Luna in Libra conſtitutis. Ait Solinus & obſeruatum deinceps: ne qua hoſtia cederetur parilibus: ut dies ille a ſanguine purus eſſet. Refert autem Sueto. q; ex. S. C. decretum eſt: ut dies quo Calicula imperium ſumpſit: parilia appellaretur: uelut argumentum rurſus conditæ urbis. M. autem Varro ait: Parilia tam priuata ſunt: q̃ publica. Eſt enim genus hilaritatis: & luſus apud ruſticos: ut congeſtis cum fœno ſtipulis ignem magnum tranſeant: quod pales expiari ſic credatur.

Paſtor ab amphryſo. uos ſiluæ: amneſq; lycæi:
Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mētes:
Omnia iam uulgata: quis aut Euryſtea durū:

¶ SER. Ab amphryſo: Amphryſus fluui⁹ theſſaliæ: circa quem ſpoliatus Apollo diuinitate ob occiſos cyclopas Admeto regi pauiſſe armenta dicitur: unde eum nunc inuocat: quæ nomius uocaт uel απο της νομῆς: ideſt a paſcuis: uel απο των νομων: ideſt a lege chordarū. ¶ Siluæ amneſq; lycæi: κατ᾽ ἐξοχην montem arcadiæ poſuit: uel quia pecoroſa eſt: uel quia Pan illic eſt ruſticum numen. ¶ Cætera quæ uacuas tenuiſſent carmina mentes: omnia iam uulgata: ideſt fabulæ quæ delectationi eſſe poterant: & occupare mentes curis ſolutas iam deſcriptæ a multis in omnium ore uerſantur. ¶ Quis aut Euryſthea durum: Euryſtheus rex fuit Græciæ Perſei genus: qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi: ut uaria monſtra ſuperaret: quibus poſſet perire. Vnde eum durum appellauit: qui potuit ad complendum odium nouercale ſufficere.

¶ PRO. Amphryſo: flumen eſt theſſaliæ: quoius regionem quandam moloſſi incolunt. Quorum rex fuit Admetus Pheretis filius: quoius pecora & armenta Apollo pauit iuſſus ſeruiendi contumelia. x. annis luere temeritatem: qua cyclopas perdiderat: qui fulmen fecerant: quia indignabatur eo percuſſum Aſclepium: his ergo inuocat eum cum Pale. ¶ Lycæus mons arcadiæ regiōis: quæ pecorū præcipue eſt ſtudioſa. ¶ Quis aut Euryſthea durum: Euryſtheus fuit rex: quoius imperio Hercules intolerabilia ſtipendia ſuſtinuit.

¶ ANTO. Paſtor: Apollinem intelligit: quo modo autem Admeti regis armenta apud Amphryſum Theſſaliæ fluuium pauerit uideto ecloga quinta Macrobius uero libro primo Saturnalium de diuiſione dierum ait. Nomion apollona cognominauerunt: non ex officio paſtorali: ut fabula: per quā fingitur Admeti regis pecora pauiſſe: ſed quia ſol paſcit omnia: quæ terra progenerat: unde non unius generis: ſed omnium pecorum

Lycæus paſtor canitur. ¶ Lycæi: arcadiæ montis: in quo delubrum Iouis Lycæi:: quem pana uolunt intelligi: ut etiam

Pales ante oſtendimus: Strabo autem libro octauo ſcribit: in Arcadia fertilia fuiſſe pecori paſcua, præſertim equis atq; aſinis equarum ſuppoſitoribus. ¶ Euryſthea durum: Euryſtheus ut Euſebius ſcribit: Fuit mycenarum: Lacedæmoniorumq; rex: qui teſte Diodorus libro quinto Herculi duodecimo labores ſeu certamina perfici mandauit: propterea durum poeta dixit.

Apollo ¶ CHRI. Paſtor: Apollinem nomium intelligit: de quo Seruius Cæterum Cicero in libro de natura deorum: quatuor ſcribit fuiſſe Apollines: Primum antiquiſſimum Vulcani filium cuſtodem athenarum: alterum Corybantis filium natum in Creta: cuius de illa inſula: cum Ioue fuiſſe certamen traditur: Tertium Ioue tertio natum: & ex Latona qui ex hyperboreis delphos uenerit. Quamuis Euſebius illum antiquiorem deſcribat: Quartum in Arcadia quem Arcades: q; illis leges impoſuit Nomionem appellarunt. Deinde propter nimiam ſeueritatem regno pulſus ad Admetum Theſſaliæ regem confugit: & iuxta amphryſum fluuium quibuſdam populis imperauit: Creduntq; multi paſtoriam exercuiſſe. Ob idq; pro paſtorum Deo fuiſſe cultum.

Amphryſo ¶ Amphryſo: flumen eſt Theſſaliæ: apud quem Admeti armenta pauit. ¶ Lycæi: Mons arcadiæ a lupis quibus abundat dictus. ¶ Vacuas: Acioſas a curis ceſſantes. Horatius Poſcimus ſiquid uacui ſub umbra luſimus tecum. Captat autem attentionem: cum demonſtret non eſſe ſe de rebus tritis & uulgatis dicturum: ſed de inſolitis atq; inuſitatis. Ex qua etiam re beniuolentiam conciliat: cum non fabuloſa: ſed fructuoſa ſe dicturum polliceatur. Ipſa etiam ueluti occupatione: qua fabulas nomina duo efficit. Nam & ipſis fabellis principium libri exornat: & illarum comparatione rem ſuam extollit.

¶SER. Aut illaudati neſcit buſiridus aras:Buſiris rex fuit ægypti:q quom ſuſceptos hoſpites immolaret: ab Hercule interéptus eſt:quom etiá cú uoluiſſet occidere:huius laudē ſcripſit Iſocrates:unde illaudati pticipiū eſt ꝓ nomine:ut ſit illaudabilis:nō qui laudatus nō ſit:ſed q laudari nō meruit:ut eſt illud in.vii.Diues in acceſſos ubi ſolis filia lucos:ꝓ inacceſſibiles:nō quos nullus acceſſit:ſed ad quos accedere nullus debeat.¶ Aras:in quibus ille hoſpites immolabat.¶ Cui nō dictus hylas puer:cui aūt.i.a quo.Horatius:Scriberis Vario fortis & hoſtiū:ꝓ a Vario.Hylas aūt ſocius Herculis fuit:q aquatū ꝓfectus:raptus eſt a nymphis in myſia.¶ Latōia delos:

Aut illaudati neſcit Buſiridis aras:
Cui non dictus Hylas puer:& latonia Delos:
Hippodāæq;:hūeroq; Pelops iſignis eburno
Acer equis:tētāda uia eſt:q̄ me quoq; poſſim
Tollere humo:uictorq; uirū uolitare per ora.

inſula in q̄ Latona enixa eſt Apollinē & Dianam quā inſulā ante uagā Apollo:ut in tertio legimus Mycōe celſa:Gyaroq; reuinxit:ubi fabulā eius plenius diximus:ſtabilē fecit.¶ Hippodāæq;:græca q̄ in η excūt: plerūq; ipſum η in ia ſoluunt:ut Hippodame hippodamia:Penelope Penelopia.Fabula talis eſt: Hippodame filia fuit Oenomai regis ciuitatū Elidis: & Piſæ:hic equos habuit uelociſſimos:utpote uētorū flatu creatos.Qui procos filiæ multos necauit: ſub hac cōditiōe ꝓuocatos ad curule certamē:ut aut uictus traderet filiā:aut uictos necaret. Quū poſtea Pelopē amaſſet Hippodamia:corrupit Myrtilū aurigā patris primi coitus pactiōe:q factis cæreis axibus quū uictore Pelope a puella ꝓmiſſum poſceret p̄miū:ab eius marito eſt p̄cipitatus in mare:cui nomē impoſuit.Nā ab eius nomine myrtoū dicit̃ pelagus.¶ Humeroq; pelops inſignis eburno:Tātalus pater Pelopis uolēs deorū tētare diuinitatē:eis inuitatis filiū ſuū epulandū appoſuit:a quo oēs dii abſtinuerūt excepta Cerere: q̄ brachiū eius cōſumpſit: poſt ea dii petēte Tātalo quū uoluiſſet eius filiū reuocare ab inferis Ceres ei eburneū brachiū reſtituit.Quod iō fingit̃.qa Ceres ipſa eſt terra:q̄ corpora uniuerſa cōſumit oſſa tantū reſeruās.¶ Acer equis: uictor ēt Oenomai. ¶ Via:ratio.¶ Me quoq;:ideſt ſicut ſe alii ſuſtulerunt carminis merito.¶ Victor:effector:propoſiti & uoti:ſicut paulopoſt Illi uictor ego.¶ Volitare:laudare ab omnibus.

¶PRO. Aut il.n.b.aras.Buſyris Neptuni filius rex ægyptiorū fuit:aduenas ad aras imolare ſolitus:quē Hercules ĩterfecit.¶ Quoi nō.d.hylas.p.&.l.d. Hylas Theiodamātis filius Dryopū regis:quorū gens ſubiecta pnaſſo fuit:q patre interfecto Herculē ſecutus:ſtudio eius uirtutis ardens:Quom ex comitatu argonautarū in myſia Hercules receſſiſſet:ad materiā q̄rendā remi quē fractū uolebat reficere:& Hylas adhauriendā aquā aſcanii fluminis urnā extuliſſet:dū accedit ad ripā:adamatus a nymphis eſt:ꝓpter hūc Hercules comites deſeruit: nec ſecutus Iaſonem:ut refert Apollonius in argonautis eius fluminis nympha meliæ Eunicæ partus eſt:& Apollonius refert in argonautis: μεσῃ δινῃσι καββαλε δίνῃ.¶ Latonia delos:quia ibi peperit Apollinem & Dianam in ipſa palmæ & oleæ arbore.

¶ANTO. Illaudati buſi.a.legitur etiā arces in antiquis.Mac.lib.ſat.vi.exponit:illaudati ꝓ illaudabilis: ideſt nunq̄ nominādi:nā laudare ſignificat priſca lingua nominare:appellareq;.Strabo uero lib.xvii.ſcribit:ꝙ nullus buſiris nec rex fuit:nec tyrānus in ægypto:Vnde fabula ē:qđ de ipſo dicit̃:Idē quoq; Dio.cōfirmauit: ait.n.li.ii. in Oſiridis ueluti frugū ad fructuū repertoris memoriā apud poſteros ĩmortalē:boues ruffos: quoniā uident̃ colore ſimiles Typhoni:qui Oſiridē necauit immolari permiſſum:homineſq; colore Typhonis antiqui reges ad ſepulchrū Oſiridis ſacrificio mactabant:q̄ ex cauſa pauci ruffi ægyptii reperiebātur: externi plures: hæc res materiam fabulandi Græcis dedit Buſiridē hoſpites necaſſe:ſed Oſiridis ſepulchrū ea crudelitate notatum eſt. Liui.tamen.v.ſcribit:ꝙ Hercules Buſiridem ægyptiorum regem in ægypto mactatos aduenas Ioui ſacrificantem merito affecit ſupplicio.Euſebi.ait:ꝙ buſiris Neptuni & libyæ epaphi filiæ filius apud uicina Nilo loca tyrannidem exercuit:tranſeuntes hoſpites crudeli ſcelere ĩterficiens.¶ Hylas puer: uideto ecloga ſexta.¶ Latonia delos:quia ibi peperit Dianam & apollinem:& templum habet.Sed propterea in inſula dicuntur nati (ut ſcri. Macro.libro.i.ſat.)ꝙ ex mari nobis oriri uidentur.Et hæc inſula ideo.¶ Delos uocatur:quia ortus & quaſi partus luminum omnia facit dela:ideſt aperte clareſcere.Præterea delos manifeſtus dicit̃.Deloo manifeſto declaro:Eſt autem delos inſula in mari ægeo ſita urbem habens in plano poſitam: & apollinis templum atq; latone:quæ ibi dianam ſimul & apollinem peperit:auctor Strabo libro decimo.¶ Hippodameq;: in Piſa peloponenſi ciuitate (ut Diodo.lib.v.edocet) Mars ex ægina Aſopi filia genuit Oenomaum:Is unicam filiam Hippodamiam appellauit:finem uitæ ab oraculo ſciſcitante reſponſum eſt:tunc in fata illum ceſſurum: quum filia nupſiſſet:decreuit igitur filiam perpetua uirginitate frui.Multis tandem uxorem ſibi illam poſtulantibus certamē propoſuit:quo qui uictus eſſet interficeretur:uictor uirginem deſponderet.Equorum itaq; inſtituit curſum a piſa ad aram Neptuni:quæ erat apud iſthmum corynthi.Curſus erat eiuſmodi:Oenamus arietem Ioui ſacrificabat:qui uirginem poſtulabat:quatuor equorum ferebatur curru:Oenomaus ſacris pactis curſu ſequebatur præcedente auriga Myrthilo aſſecutum haſta q̄ manu geſtabat interficiebat:hoc pacto cum plures equorum uelocitate peremiſſet:pelops Tātali filius uiſa Hippodamia corruptoq; myrtilo illius opera uictoria uſus eſt primus enim ad aram Neptuni peruenit: qua ex re dolore actus Oenomaus extimans adueniſſe reſponſi tempus:ſibi mortem conſciuit:pelops autē ſumpta uxore Hippodamia piſæ regnū tenuit:hæc ex Dio.¶ Hippodame:dici pōt bellicoſa:Hippodamos.n.bellicoſus dicitur:uel equorū domitor.¶ Humeroq; pelops:Ordo eſt:& pelops acer eqs:inſignis eburno humero:quo pacto aūt id euenerit ſibi uideto li.vi.met.Ser.aūt fabulam interpætat̃.¶ Victor:uoti cōpos.¶ Virū uolitare ꝑ ora:ait Pli.iunior li.vi.epiſto.ad Tacitū Equidē beatos puto:qbus deorum munere datū eſt:aut facere ſcribenda:aut ſcribere legēda:beatiſſimos puto quibus utrumq;.

¶CHRI. Tentāda uia:Aliq̄ noua & nō uſitata tritaq; pagendū.¶ Tollere humo:Nā humi ſerpere dicuntur:

Laudar
Oſiris
Delos

quorũ & fama obſcura eſt:& ſcripta ſunt ignobilia:ſicut cõtra erigi ad aſtra dicuntur:quorũ fama ſcriptaqꝫ celeberrima ſunt. Vnde in ſuperioribus:Daphnim ad aſtra feremus. Et Hora. multa dyrcæum leuat aura cygnum.

Primus ego ĩ patriã mecũ: modo uita ſuperſit:
Aonio rediens deducem uertice muſas.
Primus idumæas refera tibi Mantua palmas.
Et uiridi in cãpo templũ de marmore ponam:
Propter aquam:tardis ingẽs ubi flexibꝰ errat
Mincius:& tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæſar erit:templumqꝫ tenebit.
Illi uictor ego:& tyrio conſpectus in oſtro
Centũ quadriiugos agitabo ad flumĩa currus,

¶SER. Primus ego ĩ patriam:ideo primus ꝙ ante illum nullus mantuanorum poeta fuit: Aut quia nullus inde talis emerſit. ¶ Modo: tantũmodo. ¶ Aonio uertice:bœotio. Aonia ipſa eſt bœotia: in qua eſt mons helicõ muſis dicatus. ¶ Idumæas palmas:abũdantes:quales ſunt:& quantæ apud Idumen ciuitatem phœnicis. Lucanus : Et arbuſto palmarum diues Idume. ¶ Propter aquam.i. iuxta aquã & uiridi in cãpo:hic eſt cãpus:de quo ait:& qualẽ infelix amiſit mãtua campũ. ¶ In medio mihi cæſar erit tẽplũqꝫ tenebit.i.templũ ipſi dabo:& uerbo uſus eſt pontificali. Nã qui templũ dicabat poſtem tenens:dare ſe dicebat numini:qđ ab illo neceſſe fuerat iã teneri: & ab humano iure diſcedere. Quod ãt dicit in medio eius templum fore ſignificat. Nam ei ſemper ſacratus numini locus eſt : cuius ſimulacrum in medio conſtituitur. Alia enim ad ornatum tantum pertinent. ¶ Tyrio conſpectus in oſtro:in habitu pontificis:cuius ſe officium dicit in templi conſecratione ſumpturum. ¶ Centum quadriiugos: ideſt unius diei exhibebo circenſes ludos: qa ut Varro dicit in libris de rebus populi romani:olim.xxv.miſſi exhibebantur : ſed uigeſimus quintus dicebatur ærarius:eo quod de collatione populi exhibebatur:qui deſiit eſſe:poſtq̃ cõferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata:unde hodieqꝫ permanſit:ut ultimus miſſus appellaret̃ ærarius:ergo centum currus ſecundum antiquitatem dixit ſicut etiam ad flumina. Olim enim in littore fluminis circenſes agitabantur in altero latere poſitis gladiis:ut ab utraqꝫ parte eſſet ignauiæ præſens periculum:unde & circenſes dicti ſunt qui exhibebantur in circuitu enſibus poſitis:licet alii a circumeundo dicant circenſes uocari.

¶PRO. Primus ego in patriã.m.m.u.ſ. Aonio.r.d.u.m. Primus idumæas.r.t.m.p. Terrã quæ nũc bœotia uocat̃:habuerunt ante Hyantes:Leleges Temmices:Phœnices: Aones. Vnde adhuc aonia dicitur. Eſt autem in ea helicon mons ſacer muſis:in quoius uortice muſis fons expræſſus dicit̃ ungula pegaſi : Quẽ alii aganipen: alii hippocrenen uocant. Inde ergo ſe deducturũ muſas dicit:qa poſt mantuanorum carmina ſcripſerit. Idumæas autem palmas ab Idumæorum gente : ideſt iudæorum: quæ regio eſt in ſyria palæſtina. Locum autem hunc dixit:ꝙ non ibi tantum ſint palmæ:ſed præcipue. ¶ Vbi flexilis errat mincius: Mincius flumen ex Benaco lacu fluens:præterit Mantuam.

Oceano libemus ait:ſimul ipſa precatur
Oceanumq; Patrē rerū:Nymphaſq; ſorores
Centū quæ ſiluas:centū quæ flumina ſeruant.
Ter liquido ardentē perſudit nectare Veſtam:
Ter flāma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit.
Omine quo firmans animum ſic incipit ipſa:

¶SER. Eridāus:fluuius Italiæ:qui & Padus uocať.Purpureū āt nigrū ex altitudine accipimus.Nam padus nō ĩ rubrū mare:ſe iuxta rauennā ĩ adriaticū cadit:& purpureū græcū eſt epithetō: mare rubrū etiā dixit Ho/me.εἰς ἅλα πορφυρέσαν.Vnde apparet Victorinum hoc loco erraſſe:q purpureū mare rubrū eē dixit: quod ē iuxta Indiā.¶Nati fletꝰ cognouit ĩanes:bene inanes fletus: his.n. mouebanť rebus: quarū erat facilis reparatio.¶Dāt ordine fontes:rite ſecūdū ordinē epularū.¶Mātilia:qbus māus tergūť.Cæterū Plau.huius ſingula/re mātellū poſuit ĩ captiuis:nec his ſycophātiis:nec fucis ullū mātellū obiiciā.Lucil.āt mātella dicit:mappas mātella merūq;:q̄ græci μαντῆλα uocāt.¶Plena re.pocula:iterāt ſæpe offerūt.¶Pāchæis ignibus:ture arabicis odoribꝰ.¶Adoleſcūt aræ:ꝓ ĩcēduntur κατ᾽ εὐφημισμόν ponit:& adoleſcūt hic uĩ hēt frequētatiōis:& Pāchæis adoleſcūt.i.pāchæis odoribus ĩcendūtur aræ.¶Mæonii Bacchi:lydi uini.¶Carcheſia:āt poculorū ſūt genera.Cæterū nymphis libari pōtifices negāt:& ſane mox ita euidēter apparuit:cū ait:Ter liq/do ardētē pfudit nectare ueſtā.¶Oceano libemꝰ ait:q̄ſi nympha Oceāo ſacrificat.¶Oceanūq; patrē rerū:ꝙ ex eo oīa gignať:& originē ducūt ſecūdū Thaleta:ut ſupra dixiꝰ.¶Cētū q̄ ſiluas:aut ducētas nymphas aſſerit:aut finitꝰ ē nūerus ꝓ ĩfinito.¶Ter liqdo ardētē pfudit nactare ueſtā.i.ĩ ignē uinū puriſſimū fudit poſt qđ qa magis flāma cōualuit:bonū omē oſtēdit.

¶PRO. Taurino cornua uultu:Eridanus ſiue padus.Et iō Taurino uultu:ꝙ eiꝰ ſonꝰ:ut tauri mugitus:& ripæ flexuoſæ ſint ut cornu.¶Mæonium:Liberum patrem dicit: quia Lydia mæonia uocatur.

¶ANTO. Eridanus: padus nulli amniū claritate ĩferior a græcis dř.Eridanus:ut ſcribit Pli.lib.iii. & teſte Mela ab imis radicibꝰ Veſuli mōtis exortꝰ paruis ſe primū fontibꝰ colligit: mox ita augeť aliis amnibus:ut ſe ꝑ ſeptē oſtia effūdat:unū de iis magnū padū appellār:inde tā citus ꝓſilit:ut diſcuſſis fluctibus diu q̄lē emiſit undā agat:ſuūq; etiā in mari alueū ſeruet:donec cū ex aduerſo littore iſtriæ eodē ĩpetu proflués iſter amnis accipiat.¶Auratus cornua:gemĩas ripas ĩtelligit q̄ cū tortæ ſint fluuiorū cornua appellanť: auratus āt dicit poeta qm̄ ut Pli.refert Padꝰ amnis ē Italiæ ditiſſimꝰ:& cāpos hubertate fœcūdat:uel potiꝰ auratus ait:qm̄ ĩter ſidera relatꝰ ferť:hētq; ſtellas.xiii.ut ſcri.Iginus.¶Taurīo uultu:id ait:qm̄ Eridāi ſonus:ut tauri mugitus ſit:& ripæ flexuoſæ:ut cornua:Probꝰ.¶Purpureū.m.padus:ut Pli.ſcr.ĩ mař adraticū ĩfluit:ĩ qđ trigīta flumīa defert:purpureū āt cæruleū ĩtelligimus:unde paulo ſuperius poeta dixit:uiolæ ſublucet purpura nigræ:qđ ibi latius aptū ē.Ariſto.āt particula.xvi.ꝓblematū ſcri.ꝑflāte aqlōe mare ꝑſpectius atq; trāſlucidius fieri q̄ auſtro pticula uero.xvii.ſcri.auſtro ſpirāte cæruleū mař fieri:demū purpureꝰ color niger ē ruboř quodā admixto:De purpureis āt coloribꝰ quomō uarii ſūt ſecūdū ſolis tēperiē ĩ diuerſis locis uideto latiſſime Victruuiū in penultīo & ultīo ca.li.vii.¶Pumice:ſaxo undis coroſo.¶Pāchæis:ignibꝰ.i.tureis:tus.n.ĩ pāchaia naſcić. Vir.li.

Pāchias

ii.geor.Totaq; turiferis pāchaia pīguis arenis:& ſuperius eodē li.dixerat.Solis ē turea uirga ſabæis: ꝑ qđ ĩtelligiť pāchaiā ĩ ſabæa regiōe eē:Probꝰ uero pſidis regionē ſcri.eē ab rege Pācheo dictā.¶Adoleſcūt:augēť: honorāť:ĩtēdunť.¶Carcheſia:ē Charcheſiū poculū græcis tm̄ mō:notū ꝓcerū:& circa mediā partē cōpreſſū: anſatū mediocriter āſis a ſummo ad ĩfimū ptīgētibus: Macrobius li.v.¶Mœonii bacchi:uini lydii:De lydia āt dictū eſt paulo ſuperius.¶Oceanūq; patrē rerū:Diodorus li.i.ait:ꝙ hūiditatē oceanū priſci uocitarūt:& græcorū nōnulli oceanū generatorē deorū:& matrē Tethym:priꝰ ēt dixerāt:ꝙ ĩ hūidis caloř adhibito fit generatio.

Carcheſium

¶Nectare:optīo uino:de nectare uero latius ſuperius ē.¶Ardētē ueſtā:ignē ipſū unde ait Oui.li.v.faſtorū Nec tu aliud ueſtā quā uiuā ĩtellige flāmā.Cicero āt ĩ li.de natura deorū ſcri.ueſtæ nomē a græcis eē.Ea.n.q ab illis Heſtia dř:uis āt eius ad aras:& focos ptinet:itaq; ĩ ea dea ꝙ eſt rerū cuſtos intimarū oīs:& p̄catio:& ſacrificatio extrema ē.Dixerat āt paulo ſuperius ĩ oībus rebus uĩ habere maximā:prīa & extrema:& ꝙ pricipē ĩ ſacrificādo Ianum eē uoluerūt qđ ab eundo nomē eſt dictum:de Veſta ēt plura diximus ĩ fine libri primi Geogicorum.

¶CHRI. Oceanum pa.re.ſecūdū Thaletē mileſium qui aquā principiū rerū poſuit:hic fuit primus q apud græcos hæc inqreret Heſio.uero poeta terram: Anaximāder Thalis auditor:& anaximanes Anaximandri diſcipulus:aeris ſubſtantiam infinitam ponunt.Dioge.apolloniata infinitum aerem ponit: Anaxago.quatuor elementa confuſa qualitates:quam materiem primam appellat Archelaus huius diſcipulus duas ponit generationis cauſas:calidum quod agat & frigidum quod tanq̄ materia patiatur.Parmēides:Xenophāis:& Anaximādri diſcipulus:ac pythagoreorum ſtudioſus duo ponit elemēta: ignem ut artificem: & terram ut materiē Leucippus Democritus & Epicurus:materiā uolūt eſſe atomos infinitas q̄ ꝑ ĩfinitum uolitent.Empe. ꝓtagoræ auditor quatuor pōit elementa:ex qbus amicitia:& diſcordia mouente cōfici oīa & ĩ hæc reſoluta referri.Heracle.epheſius ignem eē uult cuius tū cōpreſſione tū eliquatiōe oīa cōſtēt: & fluminis iſtar cūcta diffluere:Trimegi.Pytha.Pla.& Ariſto.mūdi materiā ponūt:nō q̄tuor elemēta:ſed aliud ĩuiſibile & ſenſibile:ꝙ omnibus quæ uidētur ſubiectum ſit:& oīum formarū receptaculum ſui natura informet: ſed oēs ab alio recipies.

eius poculi descriptio apud Athen. lib. 11. p. 353. et vindex hoc Coel. Rhodigi. lib. 7. c. 14. p. 475.

¶SER. Eſt in carpathio Neptuni gurgite uates cæruleus Proteus: Carpathos inſula eſt contra ægyptũ: a q̃ uicinũ pelagus carpathium appellatum eſt. hic aliquando regnauit Proteus relicta Pallene ciuitate Theſſaliæ: ad quam tamen reuerſus eſt poſtea: quod oſtẽdit hoc loco dicens: Patriamq; reuiſit Pallenen: hoc adeo dicit: qa Proteus antequã in ægyptũ cõmigraret: Thraciæ fuit incola: ubi habuit uxorẽ: ex qua filios Thelegonũ & Polygonum: qui cum aduenas ſecum luctari adigerent: & excruciarent ad poſtremũ ab Hercula uicti & interempti patris animũ perculerunt: quapropter tedio præſentium rerum ſolum uertere coactus Aegyptum petiit.

Eſt in Carpathio Neptuni gurgite Vates
Cæruleus Proteus: magnum q piſcibus æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum:
Hic nunc Emathiæ portus: patriamq; reuiſit
Pallenen: hũc & Nymphæ ueneramur: & ipſe
Grãdæuus Nereus: nouit nanq; omnia Vates
Quæ ſint: quæ fuerint: q̃ mos uẽtura trahant̃:
Quippe ita Neptũo uiſum ẽ: immania cuius
Armenta: & turpes paſcit ſub gurgite Phocas.
Hic tibi Nate prius uinclis capiẽdus: ut omnẽ
Expediat morbi cauſſam: euentuſq; ſecundet.
Nam ſine ui non ulla dabit præcepta: neq; illũ
Orando flectes: uim duram & uincula capto

¶ Cæruleus ꝓteus: marinũ. ¶ Magnum qui piſcibus æquor: & iuncto curru metitur. equi .n. marini prima parte equi ſunt: poſtrema reſoluuntur in piſces. ¶ Quæ ſint: q̃ fuerint: q̃ mox uentura trahantur: ut Home. ος ηδη τα τεοντα: τα τ᾽εσσομενα: προτεοντα. Ita Neptuno uiſum eſt: ubi deeſt ratio ſic loquit̃. nã ita & .iii. dixit: Sic uiſum ſuperis: quum præmiſiſſet immeritã. ¶ Turpes phocas: magnas: ut Cui turpe caput. phocæ autem ſunt marini boues. ¶ Expediat morbi cauſam euẽtuſq; ſecundet duo enim iſta requiruntur in oraculis: cauſa mali & remedium. ¶ Nam ſine ui nulla dabit præcepta: ne eum ſperaret poſſe precibus flecti.

¶PRO. Hinc nunc Emathiæ portus: patriamq; reuiſit Pallenen: Emathia dicit̃ macedonia ab Emathione fratre Memnonis: ubi ẽ urbs pallene: ſed Proteus in ægypto natus eſt. Et ꝓpter crudelitatem Buſyridis dr̃ Pallenen petiiſſe: & ita rediiſſe in ægyptũ.

¶ANTO. Carpathio gur.ẽ Carpathus inſula excelſa .cc. ſtadi. habens: fuitq; ordibus .iiii. pollens: & nomen celebre conſecuta eſt: a q̃ pelago quoq; nomen eſt inditum. Stra. ſcri. lib. xi. de ſporadibus: & Pli. lib. v. ca. xxxii. ſcri. unã eſſe de inſulis Rhodiorum idem Stra. lib. iii. ait: Carpathium mare eſſe uſq; ad rhodum Cretamq; ac Cyprum. ¶ Proteus: Diodo. lib. ii. ſic ait: defuncto rege poſt .v. genus: cũ Aegyptus rege careret ex dignioribus quidam in regem aſſumptus eſt: quem egyptii Cætea græci Proteum appellant: q iliaco tempore extitit. hunc artiũ peritum fuiſſe tradũt: & in uarias ſeſe formas uertere ſolitũ: ut nunc animal quandoq; arbor aut ignis: aut quid aliud uideretur: quæ eadẽ: & ſacerdotes de illo ſcribunt: harum rerũ cognitionem cõtinuo ex aſtrologorum: ac ſacerdotũ uſu rex eſt aſſecutus: cõſuetudo aũt regibus tradita græcis cauſam huiuſmodi tranſmutationis fingendi præbuit: Nam egyptiis mos erat regibus aut leonis: aut tauri: aut draconis priorem partem in capite ferre inſignia principatus: quandoq; uero arborem: aliquãdo ignẽ: quandoq; redolentia ſupra caput unguenta: hæc tum ad decorem ſpectabant atq; ornatũ: tum ſtuporem: ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus iniiciebant: hæc ille teſte uero Heſio. in Theogonia oceani: & tethyos filius fuit: fuitq; uates maximus: De quo quidem & Theocri. uti Proteus phocas etiam deus exiſtens pauit. ¶ Bipedum equorum: marini equi prima parte equorum effigiem habent poſtrema piſcium: q̃ figura etiam in antiquis marmoribus cernuntur ut aiũt: Bipedum autem ait: quoniam ut ſcribit Plini. Penne quæ pedum uice datæ ſunt piſcibus nullis ſupra quatuor quibuſdam ternæ: quibuſdam binæ aliquibus nulle & cætera. ¶ Emathiæ portus: de hac uideto in fine libro .i. Georgicorum. ¶ Pallenen: Pallene Arcadiæ oppidum: teſte Pli. hic uero intelligit Maro de pallene urbe Thraciæ quam habitauit: ut apud Lycophronem apparet Proteus anteq̃ in ægyptum tranſiret: Dicta autem eſt pallene a pallene filia Sythonis: ut apud Euſta. habetur. ¶ Nereus: oceani & Tethyos filius teſte Heſio. quem omnium antiquiſſimum dixit orpheus in argonautica neros autem aqua dicitur. ¶ Immania armenta: humoris cauſa: ut ſcribit Pli. libro nono ſunt in mari animalia maiora: etiam terreſtribus: plurima autem: & maxima in indico mari ex quibus Balenæ quaternum iugerum piſces ducenum cubitorum. ¶ Phocas: uitulos marinos intelligit qui in terra pariunt pecudum more nunquam geminis plures educant mammis fetum: ipſis in ſono mugitus: unde nomen uituli acceperunt: Nullum animal præmittur grauiore ſomno pennis quibus in mari utuntur humi quoq; uice pedum ſerpunt ueſtiuntur autem pilis uti priſtis: & balena.

Carpatus

Pallene

Nereus

Phocæ

¶CHRI. Carpathio: Carpathium mare a carpatho inſula hæc excelſa eſt: & circuitum .cc. ſtadiorum habet. Fuitq; urbibus quatuor pollens: & nomen celebre conſecuta eſt: a qua pelago nomen eſt inditũ: Diſtat ab Alexandria ſtadia mille. ¶ Proteus: deus marinus: Oceani & Thetidis filius fuit: & uates: qui ab Agamemnone ui coactus ſecundum Home. futura prædixit. Sunt qui dicant ex pallene fuiſſe: & apud ægyptios regnaſſe: & ad eum poſt excidium troianum tempeſtate compulſum deueniſſe agamemnona: ſed Herodo. ſcribit parim rapta Helena tempeſtate in ægyptum apud canopicum Nili oſtium delatũ: & ab Othone hoſtii cuſtode ad Proteum deductum eſſe: at proteus cognita rapina Helenam reſq; ſuas illam Menelao reſtituẽdam retinuit: ac triduo parim abire iuſſit Mene. deinde expugnata Troia: Helenaq; in ea urbe non inuenta in ægy. uenit: atq; illam a Prot. recepit. ¶ Turpes phocas: phocæ uituli marini dicuntur: ſpirant: ut balenæ: & delphini ac in terra dormiunt & profundum accipiunt ſomnum: præſertim cum multa eſca crapulentur: non ſquama: ſed corio bubulo teguntur: parit in littore: & lac præbet teſte Ariſtotele. Quapropter ambiguum hoc animal eſſe: ideſt aq̃ticum: & terreſtre: idem philoſophus aſſerit. ¶ Vinclis capiendus: nam ipſa ueritas inter tot ueriſimilia niſi ui ipſius ingenii colligatur: teneri non poteſt.

¶SER. Doli circum hæc demum frangentur inanes:circa uincula nouiſſime eius deſinent doli: ideſt formarum uarietates:cuius figmentũ phyſicã uolunt eẽ rationẽ:nãq; homo habet in ſe libidinẽ: ſtultitiam: ferocitatẽ:dolum:quæ dum inuicem in uno uigent:pars illa quæ uicina eſt diuinitati:ideſt prudentiæ nõ apparet: quæ tunc poteſt ſuas uires tenere.Cum fuerit illa religata.i.cũ qs caruerit omnibus uitiis.Vnde ſacerdotẽ hũc dicit tunc poſſe uaticinari:& ſuſcipere diuinitatem:cum religata in eo fuerit ignea cupiditas. Silueſtris aſperitas:lapſuſq; animi:aquarum mobilitati ſimilis medicos.¶ Cum ſol accenderit æſtus: fere enim numina tunc uident̃.Lucanus:Medio cũ Phœbus in axe ẽ: Aut cælum nox atra tenet:tunc ipſe ſacerdos Acceſſum:dominumq; timet deprendere luci.¶ In ſecreta ſenis ducã:fere omnes dii marini ſenes ſunt.albent enim erũ capita ſpumis aquarũ.¶ Atra tigris:ideſt ſæua.¶ Tãto nate magis:alii legunt Tantũ nate magis.¶ Liquidum ambroſiæ diffundit odorem:ideo unxit eum: quo poſſet uidendi numinis capax eſſe.¶ Habilis uigor:uegetabilis.¶ Specus ingens:in ſingulari numero hoc ſpecus:in plurali hi ſpecus dicimus.¶ Deprenſis:nautis:piclitãtibus:uerbũ nauticũ ẽ. Cũ tẽpeſtate occupantẽ:ſic alibi : Argolico ue mari deprehenſus. ¶ Tegit:teger̃ cõſueuit:Nã tũc illic nõ erat.¶ Obiice: obiectiõe:& meliꝰ hic obex q̃ hæc obex diciꝰ.¶ Auerſum lumine:paululũ obliquũ a lumine. Et ſciẽdum Proteũ tẽporalẽ ſuſcipere diuinitatẽ:alioqn potuit ẽt Ariſtæũ cognoſcere latitãtẽ.¶ Iã rapidus : hic diſtinguẽdũ ꝑꝑ duo epitheta.Sirius ãt ſtella ẽ ĩ ore canis: ꝑ quã nimios æſtus accipimus.¶ Sitiẽtes ĩdos:populos ſubſolanos.¶ Caua flumina: alta. Luc. Deferuere cauo tẽtoria fixa lemãno. ¶ Vix defeſſa ſenẽ paſſus cõpõere mẽbra:auiditatẽ exprimit tenere cupiẽtis. Vnde eũ cõtra matris ꝓceptũ cito in Proteũ ĩpetũ feciſſe dicit:ꝑ qđ incõtinẽtes hominũ animos docet poeta.

Ambroſia ¶ANTO. Ambroſiæ:ambroſia ſpecies ẽ arthemiſiæ ſimplici caule foliis minimis:flores copioſi erũpũt:quũ uua matureſcit odor̃ nõ ĩiucũdo.Pli.li.xxv. Ex hac ãt dii paſti ſũt crediti.Vñ ait Oui.li.i.de põto: Nectar & ãbroſiã latices epulaſq; deoꝝ Det mihi formoſa grata iuuẽta mãu:idẽ ãt ẽ ãbroſios q; diuinꝰ:& ĩmortalis.¶ Perduxit:punxit affecit.¶ Dulcis aura.i. uẽtꝰ ſic.n.Noniꝰ quoq; hũc locũ expõit.¶ Vigor:fortitudo:firmitas.¶ Deprẽſis: a tẽpeſtate oppſſis.¶ Olĩ: qñq;.¶ Obiice:oppoſitiõe:obiectiõe:obiices peſſuli ſeræ inqt Feſt.¶ Rapidus ſyrius:Cãis maior hẽt ĩ lingua ſtellã unã q̃ canis appellat̃:In capite ãt alterã quã iſis ſuo noĩe ſtatuiſſe exiſtimat̃:& Syriõ appellaſſe ꝓpter flamĩe cãdorẽ:q; eiuſmodi ſit:ut ꝑter cæteras lucer̃ uideat̃.Scri. ita Iginus: Siriao autẽ:& luceo: & ſicco ſignificat.Inde Syrius ſtella q̃ ãt de natura martis ẽ:hoĩes nimio ſolis ardore fatigat.Pli.ſcri.lib.xviii.ca. xlii. Auẽ parrã oriẽte Syrio ipſo die nõ appere: & donec occidat.¶ Rapidꝰ:ſuo.n.ardore cũcta rapiẽdo deſiccat:Hac ẽt rõne ſupius diximꝰ Rapidũ ſolẽ appellari:qđ hic locꝰ aptiſſime indicat ita eẽ.¶ Rorẽ marinũ.ſ.q amarꝰ ẽ.Pli.li.ix.ca.xlix.ſic ait.Libãotis locis putridis:& macris:ac roſidis ſerit̃ radicẽ hẽt holuſatri: nihil a ture differẽtẽ:Vſus eiꝰ poſt ãnũ ſtomaco ſaluberrimꝰ:qdã eã noĩe alio roſmarinũ appellãt:hæc ille.¶ Ipẽ ue.ordo ẽ:ipẽ cõſedit ſcopulo mediꝰ numeꝝ q̃ recẽſet: cætera ꝑ parẽtheſim claudant̃.¶ Olĩ:qñq;. ¶ Auditi:legit̃ & auditis.¶ Acuũt:iſtigãt.¶ Recenſet: retractat:recognoſcit.¶ Facultas: copia oportunitas.

Tende:doli demũ circũ hæc frangent̃ inanes.
Ipſa ego te medios cum Sol accenderit æſtus:
Cũ ſitiũt herbæ:& pecori iã gratior umbra ẽ:
In ſecreta ſenis ducam:quo feſſus ab undis
Se recipit:facile ut ſomno aggrediare iacentẽ.
Veꝝ:ubi correptũ mãibus uincliſq; tenebris:
Tum uariæ illudent ſpecies:atq; ora ferarum.
Fiet enim ſubito Sus horridus : atraq; Tigris:
Squãmoſuſq; Draco:& fulua ceruice Leæna:
Aut acrem flãmæ ſonitũ dabit:atq; ita uinclis
Excidet:aut in aquas tenuis dilapſus abibit.
Sed quãto ille magis formas ſe uertet ĩ omneis
Tanto Nate magis contende tenacia uincla:
Donec talis erit mutato corpore:qualem
Videris incepto tegeret cum lumina ſomno.
Hæc ait:& liquidũ Ambroſiæ diffũdit odorẽ:
Quo totum Nati corpus perduxit:at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.
Atq; habilis mẽbris uẽit uigor:Eſt ſpecꝰ ingẽs
Exeſi latere in montis:quo plurima uento
Cogitur:inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos
Deprenſis olim ſtatio tutiſſima Nautis:
Intus ſe uaſti Proteus tegit obiice ſaxi.
Hic iuuenẽ ĩ latebris auerſũ a lumĩe Nympha
Collocat:ipſa procul nebulis obſcura receſſit.
Iam rapidus:torrens ſitienteis Seirius Indos
Ardebat Cælo:& medium Sol igneus orbem
Hauſerat:arebãt herbæ:& caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum radii tepefacta coquebat:
Cum Proteus cõſueta petens e fluctibus antra
Ibat:eum uaſti circum gens humida Ponti
Exultans rorem late diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ.
Ipſe:uelut ſtabuli cuſtos in montibus olim
Veſper:ubi e paſtu uitulos ad tecta reducit:
Auditiq; Lupos acuunt balatibus Agni:
Conſedit ſcopulo medius:numerumq; recẽſet.
Cuius Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas:

¶CHRI. Doli inanes.i.quos inaniter adhibebit:& reuera oĩs fraus:& deceptio res uana eſt:Nã omne qđ eſt: bonũ eſt:fraus autẽ nihil eſt:quod autẽ ſe illum in ſecreta ſenis perducturã eo tempore pollicetur:quo ſol meridiem facit non ab re:Nã ueꝝ in rebus niſi multa luce ſapientiæ: ac doctrinæ diſcerni nõ poteſt.¶ In ſe.ſe. Veritas enim a natura occultatur.¶ Senis:Nam nihil uetuſtius ueritate.Dicitur autem a matre:ideſt a ratione.

¶SER. Hominis ore:humana.ſ.uoce.¶ Nam Quis te iuuenũ cõfidẽtiſſime.i.qſnã hodie enim nã particula poſtponit̃: antea ꝑponebat̃. Terẽtius ĩ phormiõe:Nã q̃ é anus a fratre egreſſa meo?¶ Scis ꝓteu: uocatiuus græcus:ut Orpheu.¶ Neq; ẽ te fallere cuiq̃: Alii quicq̃ legũt:hoc ãt dicit quũ oĩa noueris:deſine aduẽtus mei cauſã uelle cognoſcere.¶ Deũ ꝑcepta ſecuti:pp matrẽ.¶ Grauiter frẽdẽs:cũ ĩgẽti tumultu.¶ Nõ te nullius.i.nõ humilis:ſed magni.¶ Magna lues cõmiſſa tibi.i.magnoꝝ ſcelerũ ẽ iſta ꝑſolutio:& alii ita diſtingũt:ut ſit a te cõmiſſa alii.¶ Tibi has miſerabilis Orpheus:nõ humile ãt numẽ dicit Tiſiphonẽ.i.mortis ultricẽ:nã ideo Tiſiphone dicta eſt:q̃ſi cui cura ſit τισισφονου:ideſt mortis ultio.¶ Haudquaq̃ ob meritũ.i.nõ tales q̃les mereris: nã eius uxoris cauſa mortis fuiſti. Inferret aũt digna ſupplicia:niſi fata ꝓhiberent:qbus fauẽtibus ira numinũ minora ĩfert:licet maiora nõ poſſit. ¶ Moritura puella:merito nõ uidit quippe moritura.¶ Seruãtẽ ripas:tenentem:ut Tantas ſeruabat filia ſedes.¶ At chorus æqualis dryadũ: & Eurydice ergo dryas: & bono cõpẽdio ei⁹ ꝑtermiſit ĩteritũ. ¶ Supremos mõtes : ſũmos:ut Pro ſupreme Iuppiter.¶ Flerũt rhodopeiæ arces : Rhodope mons ẽ thraciæ ſicut pangæa. ¶ Rheſi mauortia tellus: quã poſtea Rheſus tenuit: & ẽ ꝓlepſis ex pſona poetæ. Quo enim tempore Orpheus fuit:Rheſus necdum regnabat in thracia.

Vix defeſſa ſenẽ paſſus componere membra:
Cum clamore ruit magno:maniciſq; iacentem
Occupat:ille ſuæ contra non immemor artis
Omnia transformat ſe ſe in miracula rerum
Ignemq;:horribileq; ferã: fluuiumq; liquẽtẽ:
Verũ ubi nulla fugam reperit pellacia:uictus
In ſe ſe redit:atq; hominis tandẽ ore locutus.
Nam quis te iuuenum:confidentiſſime nr̃as
Iuſſit adire domos?quid ue hic petis iq̃t:at ille
Scis Proteu:ſcis ipſe:neq; eſt te fallere cuiq̃.
Sed tu deſine uelle:Deum præcepta ſecuti
Venimus huc lapſis quæſitum oracula rebus.
Tãtum effatus:ad hæc Vates ui deniq; multa
Ardenteis oculos intorſit lumine glauco:
Et grauiter frendens:ſic fatis ora reſoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ:
Magna lues commiſſa: tibi has miſerabilis orpheus
Haudquaq̃ ob meritũ pœnas(ni fata rĩſiſtãt:)
Suſcitat:& rapta grauiter pro coniuge ſæuit.
Illa quidem dum te fugeret ꝑ flumia preceps:
Immanẽ ante pedes Hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non uidit in herba.
At chorus æqualis Dryadũ clamore ſupmos
Implerunt montes:flerũt Rhodopeiæ arces:
Altaq; Pangæa:& Rheſi mauortia tellus:

¶PRO. Quũ Proteus cõſueta petẽs e fluctibus antra Ibat. Proteus deus maris ſolitus ſe ĩ oĩs figuras cõuertere.¶ Altaq; pangæa & rheſi mauortia tellus Pãgæus mõs ẽ & rhodope thraciæ.¶ Rheſi:tellus thracia:q̃ prius dicta ẽ Aria ab areo rege patre. Thracis & Edoniæ:a quo thracia dicta eſt:& q̃dam gens eſt edime:Latine autẽ interpretat̃ anſa:martia ſiue mauortia. Mauors autem dicitur magna uèrtens deus.

¶ANTO Manicis:uĩculis : Nã qſq̃ ꝓquiſnã.¶ Eſt cuiquã: ꝓ dat̃ cuiq̃.¶ Velle.ſ.falleri.¶ Glauco cæruleo uiridi:ut latius li.iii. Ge.ꝓbauĩus.¶ Frẽdẽs:dẽtibus ĩſonãs.¶ Fatis:oraculis:ſũt enĩ fata q̃ dii fant̃ :de qbus latius ſupra Luis ꝑ i nõ ꝑ e ĩ antiqs legit̃. Luis ergo .i. purgas:ut ibi poſt mihi nõ ſimili pena cõmiſſa luetis. Luo enim a lue dicit̃:ut ſcri. Varro.¶ Haudquaq̃: ob meritũ:nõ ſecũdũ meritũ maiores enim meritus eſſes.¶ Sæuit:ordo eſt:& ꝓ rapta cõiuge ſæuit grauiter ꝓ ſeuiret ni fata reſiſtãt.¶ Pãgæa:pãgæus thraciæ mõs ẽ:teſte Pli.li.iiii.cõponit̃ ãt a pã qđ ẽ totũ: & gæa terra.¶ Rheſi tellus : Traciæ partẽ poſſedit Rheſus: ubi Mars omnium deus:ut Mela ſcribit. Pãgæus

¶CHRI. Hominis.n.ueꝝ inq̃rẽtis mr̃ rõ ẽ. Rõ.n.& nõ appetitus optĩa dux ẽ ad ueri inqſitionẽ. Dormit ãt ſenes ĩ antrũ:qa ipſa ueritas ĩ obſcuro latet. Sed cũ ĩgeniũ nr̃m ad ĩq̃rendũ illud accedit:tũc cõcutit̃ oĩs res :& ex ipſa ĩqſitiõe uariæ formæ ĩſurgũt aĩo nr̃o:q̃ ſpeciẽ ueritatis ꝑſe ferãt:ut multa putem⁹ uera eẽ ac bõa:Nã oẽ uerbũ bonũ:q̃ falſa mala ſũt:& tũc cõuertit̃ ĩ feras ꝓtheus qa deludit̃ ĩgeniũ nr̃m falſis imaginib⁹: putam⁹.n.uerã eẽ uoluptatẽ corporeã q̃ ĩ ſe fingit eẽ ſũmũ bonũ:aut ſaturar̃ irã unde naſcit̃ crudelitas q̃ exprimit ĩ tygride. Aut fallimur pulchritudĩe rerũ terrenaꝝ:& credim⁹ illas eẽ ſũmũ bonũ:q̃s ꝑ draconẽ terreſtre aĩal ĩtelligit : nõnũq̃ reponimus fœlicitatẽ ĩ ambitiõe ac ſupbia qđ exprimit leo:nã flãma ira ẽ. Veꝝ quãto magis ille mutabit̃ ĩ uarias formas.i.quãto plures falſæ opiniões ſeſe offerent̃:tãto acrius urget ut uerũ deprendat.¶ Nulla.ſ.r.ſ.poſtq̃ ita reptũ ẽ ueꝝ:ut nulla fallacia occultari q̃at:ꝓteus redit ĩ formã humanã ĩ q̃ ſola ĩeſt rõ: q̃ ueꝝ diſcernit̃:& dimittit formas ferinas:ĩ qbus ſol⁹ ſẽſus ẽ:ĩ quo nõ ẽ cognitio ueri.¶ Nã qs.i.qſnã: & ẽ anaſtrophe ĩ q̃ ꝑpoſitio poſtponit̃:ut Trãſtra ꝑ & remos.¶ Cõfidẽtiſſime:magna.n.eſt cõfidẽtia audere accedere ad ꝓteũ.i.ad difficultãtẽ ueri ĩuẽiẽdi.¶ Scis ꝓteus:ſola.n.ueritas ſeipſã nouit:nec a quocũq; decipit̃.¶ Ardentes.o.l.g.ardẽtes:ſplẽdẽtes ĩgenii .n.acumẽ ĩdicat ſplẽdor ĩ oculis:idẽ notat color glaucus ĩ pupillis:hĩc ẽ q; pallas q̃ dea ſabĩe habet̃ γλαυκωπις cognominet̃:eſt ãt glaucus color quẽ latini ueteres ceſiũ dixerũt:unde ceſiã glaucopiã appellarũt:dicit̃ aũt ceſia teſte Nigi.de color̃ cæli q̃ſi cælia.¶ Orpheus:fabula nota ẽ Orphe.uxorẽ habuiſſe Euri.q̃ dũ Ari.fugeret ꝑ loca herbis floribuſq; ornata:latẽtẽ ſerpẽtẽ calcauit:cui⁹ uenenato morſu extĩcta ad ĩferos deſcẽdit:ẽ ãt Eurydice humana aĩa q̃ dicit̃ Eury.i.altũ iudiciũ habẽs ꝑpea qđ rõnalis ẽ hæc nubit Orpheo cũ corpori cõiũgit̃ & amatur ab Ariſteo.i.ab optĩo:illa ãt corporeis uoluptatib⁹ irretit.id.n.ſt̃ flores atq; herbæ q̃ terræ ſũt pulchritudo optimũ qđ ẽ ꝑ illa fugit atq; a ſerpẽte.i.a peccato qđ inter illas uoluptates latet ĩterimit̃:& ad ĩferos demergit̃: ſed cõcedit̃ orpheo ut illã ſono cytharæ.i.actionũ optima cõpoſitiõe q̃ maxima harmonia eſt unde uirtus exoritur ab inferis reuocet.i. a uitiis liberet:ſed ea lege ne reſpiciat.i.ne in uitia relabatur:nã relapſa habitũ facit.

¶SER. Hebrus:fluuius thraciæ gelidiſſimus.¶ Actias orithyia:athenięſis nympha: quam Boreas in ſuum matrimonium rapuit.¶ Ipſe:Orpheus.¶ Caua teſtudine:periphraſis citharæ.cuius uſus repertus ē hoc modo Quũ regrediens Nilus in ſuos meatus uaria in terris reliquiſſet animalia:relicta etiam teſtudo eſt quæ quum: putrefacta eſſet:& nerui eius remanſiſſent extenti intra corium: percuſſa a Mercurio ſonitum dedit: ex cuius imitatione cithara eſt compoſita.¶ Aegrum amorem:mœſtum:deceptum.¶ Solo in littore:deſerto:in quo ſi/ne uxore morabatur.¶ Tænarias etiam fauces:Tænarus laconiæ promontoriũ eſt:circa finem maleæ: ubi īfe/rorꝫ dicitur eſſe deſcenſus.¶ Maneſq; adiit:regẽq; tremendum:hæc omnia ad laudem pertinent citharæ: q̃ fretus iſta ſuperauit.¶ Neſciaq; humanis præcibus manſueſcere corda:ad exitum futuræ rei reſpexit nõ ad principium:nam primo meruit Eurydicẽ.¶ Erebi de ſedibus imis:de interioribus tenebris inferorũ.¶ Amplexe: inuolutæ: implicitæ: ἐνπεπλεγμεναι.¶ Ixionei uento rota:deeſt cum:& dicit cum uento ſuo rota conſtitit:ideſt cum cauſa uolubilitatis quie uit.¶ Incautũ amantẽ:epitheton amantis eſt.¶ Ignoſcenda quidem ſcirent ſi ignoſcere manes:participiũ ſine uerbi origine:non enim facit ignoſcor:ſicut nec triumphor:regnor.

Atq; Getæ:atq; Hebrus:aq; actías Orithyia.
Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem:
Te dulcis coniux:te ſolo in littore ſecum
Te ueniente die:te decedente canebat.
Tenarias etiam fauces alta hoſtia Ditis:
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus:maneſq; adiit regemq; tremendum:
Neſciaq; humanis p̃cibus mãſueſcere corda.
At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis:
Vmbræ ibãt tenues:ſimulacraq; luce carentũ:
Quam multa in ſiluis auiũ ſe milia condunt:
Veſper ubi:aut hibernus agit de mõtib9 iber:
Matres atq; uiri:defunctaq; corpora uita
Magnanimum Heroũ:pueri:inuptæq; puellæ
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circũ limus niger:& deformis arũdo
Cocyti:tardaq; Palus inamabilis unda
Alligat:& nouies Styx interfuſa coercet.
Quin ipſæ ſtupuere domus:atq; intima leti
Tartara:ceruleoſq; amplexe crinibus angues
Eumenides:tenuitq; ĩhians tria Cerberus ora:
Atq; Ixionei uento rota conſtitit orbis.
Iamq; pedem referens caſus euaſerat omneis.
Redditaq; Eurydice ſupas ueniebat ad auras:
Põe ſequẽs(nãq; hãc dederat Proſerpía legẽ)
Cum ſubita incautum dementia cepit amantẽ
Ignoſcenda quidem:ſcirẽt ſi ignoſcere Manes.

¶PRO. Tænarias etiã fauces:Tænaros ẽ laconiæ littus:in quo ſpecus eſt:per quem Hercules exſtima/tur deſcendiſſe ad inferos & Orpheus.

¶ANTO. Getæ:de his ſuperius.¶ Hebrus: uide/to ecloga.x.¶ Actias orithyia.i.athenięſis: nã ut Eu/ſebius ſcri.Erichthõii Vulcãi filii: filiã Orithyiã Bo/reas Arictei filius Thrax rapuit: quem fabula uentũ fingit latius etiam Oui.li.vi.met.ſcribit in fine.ſ.He/brus & us atq; & breues ꝑ longis more ſuo:per Dia ſtolen.¶ Attias:attis regio in qua erant athene: ſecũ dum t:habet aſpiratum:inde attias p̃ronymicum.i. Athenienſis.¶ Teſtudine:ideſt cheli.Te dulcis con/iux:Epanalepſis eſt: ideſt replicatio: ſeu anaphora: ideſt relatio uel repetitio.¶ Tænarias: etiam fauces. Tænarus in laconica promontoriũ aduerſum aphri cæ: ripa erecta eſt: ſacram Neptuni ædem conſtru/ctam continens in luco:propinquaq; ſpelunca eſt:per q̃ cerberum ab inferis ſuperius reductum ab Herc. fabulæ canunt.Soli.ſcri.& Stra.li.viii.¶ Fauces: angu

Erebus

ſtos aditus.¶ Erebi: dicunt erebum eſſe terræ pro/fundiſſimũ & abſconditũ locũ.ſeu inferorꝫ profun/ditatẽ atq; receſſum:erebenos aũt græce: latinæ ob/ſcurũ ſignificat.¶ Cocyti: uideto li.iii.Geo.¶ Styx: la tius ſupra.¶ Tartara:iam diximus Eumenides de iis

Cerbe/rus

libro.i.Geor.Cerberus:is dicitur quaſi Creoboros.i. carmen edens:nam Creas caro eſt.Boros edens:de hoc Seneca in Hercule furente ait:poſt hæc auari ditĩs appa ret domus:hic ſæuus umbras territat ſtygius canis:qui terna uaſto capita concutiens ſono regnum tuetur ſor didum tabo caput lambunt colubræ:uiperis horrent iubæ Longiuſq; torta ſibilat cauda draco par ira formæ & cætera.¶ Inhians:intentus:concupiſcens.¶ Tenuit:clauſi:ut illud: intẽtiq; ore tenebant:pro claudebant:nec eſt aliter exponendum:quod & hic locus indicat.¶ Ixionei orbis:uideto libro tertio Georgicorum.¶ Vento: quo quidem moueri ſolebat:cum uento:ergo reſiſtit pone poſt.

¶CHRI. Actias or.orithyia erichthonii athenienſium regis filia a Borea rapta eſt:& in thraciam tranſlata: ex qua zetum & calaim alatos iuuenes ſuſtulit.¶ Te dulcis coniux:Repetitio eſt color rhetoricus qui multum ualet ad commiſerationem captandam:unde ipſe in æneí.Tenemus angitiæ uitrea te fuſcinus unda Te liqui/di fluere lacus.¶ Tænarias:in laconica regione promontorium eſt circa finem malei mõtis: in quo quia hiatus eſt:& ex eo agente ſpiritu murmura audiuntur inferorum dixere fauces.¶ Conſtitit: reſiſtit: non mota eſt: iamq; pedem:maxima commiſeratio ꝙ ueluti nauis quæ multas euaſerit tempeſtates in portu perierit: & eſt pathos ab eo quod eſt præter ſpem.¶ Reddita:quaſi reddita.¶ Dementia:nam uis amoris dementia eſt.¶ In/cautum:nihil tam proprium amanti:unde pueris equiparanť:& propterea.Propter.Quicunq; ille fuit puerũ qui pinxit amorem.Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?is primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes.Et leuibus curis magna perire bona.¶ Ignoſcenda:nam ſi cognoſceremus quam miſeræ cupiant amantes uiſere rem amatam:& q̃ uehemens ſit hæc perturbatio in hac re iudicaremus illis huiuſcemodi erratum condonan/dum.Sed manes propter illorum crudelitatem nullam nouerunt humanitatem.

Reſtitit: Eurydicenq; ſuã iam luce ſub ipſa
Immemor heu: uictuſq; animi reſpexit: ibi oĩs
Effuſſus labor: atq; immitis rupta tyranni
Fœdera: terq; fragor ſtagnis auditus auernis:
Illa q̃s & me inq̃t miſerã & te ꝑdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata uocãt: cõditq; natantia lumina Somnus.
Iamq; uale: feror ingenti circundata nocte:
Inualidaſq; tibi tendens heu: non tua palmas.
Dixit: & ex oculis ſubito ceu fumus in auras
Cõmixtus tenueis fugit diuerſa: neq; illum
Prenſantẽ nequiq̃ umbras: & multa uolentem
Dicere præterea uidit. nec portitor Orci
Amplius obiectam paſſus tranſire Paludem.
Quid faceret? quo ſe rapta bis cõiuge ferret?
Quo fletu mães? qua numina uoce moueret?
Illa quidem ſtygia nabat iam frigida Cymba.
Septem illum totos perhibẽt ex ordinẽ mẽſes
Rupe ſub aeria deſerti ad Strymonis undam
Fleuiſſe: & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris
Mulcẽtẽ Tigres: & agentẽ carmine Quercus.
Qualis populea mœrẽs Philomela ſub um/(bra
Amiſſos q̃ritur fœtus: quos durus arator

¶SER. Eurydicenq; ſuam iã: alii legunt: Iã luce ſub ipſa. ¶ Victuſq; animi: ſic hoc loco dixit: ut O præſtans animi iuuenis. ¶ Reſpexit: ideſt commiſit in legem ſibi datam. ¶ Terq; fragor auditus auerni: quaſi exultarent umbræ reditu Eurydicis. Lucanus dicit in Orpheo ſtrepitum factum redeũte Eurydice ob hoc: quia Gaudent a luce relictam Eurydicen: iterum ſperantes orphea manes. ¶ Iterum crudelia retro Fata uocant. Ouidius: Bis rapitur: uixitq; ſemel. ¶ Natantia lumina: in mortem reducta. ¶ Inualidas palmas: in umbræ tenuitatem reda/ctas. ¶ Heu non tua: quia ſupradixit: Eurycenque ſuam. ¶ Iam fugit diuerſa: per diuerſa. ¶ Præterea: poſtea ut Quiſq̃ numẽ Iunonis adorat Præterea? ¶ Nec por/titor orci Amplius: muſticũ eſt. Dicitur enim bis eandem umbram euocari non licere. ¶ Ex ordine: ſine intermiſſione. ¶ Deſerti ſtrymõis: aſperi inculti. Strymon autem fluuius ẽ Thraciæ: circa quem ad extinguendũ amoris morbatur calorẽ. ¶ Hæc euoluiſſe: talia qualia ipẽ cõmemorat. ¶ Philomela: ꝓ quauis aue. Nam ſpeciem pro genere poſuit.

¶ANTO. Sub ipſa luce: ꝓpe ſuperas auras. ¶ Proſerpina: hanc Plutoni tribuerunt: quoniam terrena uis omnis atq; natura. Diti patri: dedicata eſt: qui di/ctus eſt apud græcos Pluton: quia & recidant oĩa in terras: & orianť e terris: Proſerpina autem ea eſt: græce perſephone nominatur: quam frugum ſemen eſſe uolunt: abſcõditamque quæri a matre fingunt: ut ait Cicero in li. de. n. de. Varro tamen inquit: ꝙ Epichar/mus Ennii lunã ꝓſerpinam quoq; appellat: ꝙ ſolet eſſe ſub terris: nam hæc ut ſerpens modo ĩ dextram: modo in ſiniſtram partem late mouetur: Serpere uero & proſerpere idẽ dicebant: de hac etiam plura li. i. Geor. ¶ Auernis: ſtagnis: in auerno maiores noſtri Homerica defunctorum uaticinia fuiſſe fabulis edi/dere: hanc enim locorum partẽ Plutoni dicatam opinabantur: placatiſq; prius per ſacrificia diis manibus illuc intrabãt: aderant enim qui talibus exponendis ductores eſſent locorum fructus percipientes. Fons uero ibi fluuialibus ſcatẽs aquis excurrit in mare ab eius uſu abſtinebãt omnes ſtygias opinãtes eẽ aquas eo in loco conſtructum erat oraculũ ex aquarumq; feruore uicinarum phlegethõtem eſſe coniecturam factitabant: & ex acheruſia: hæc & plura Strabo lib. v. uideto ẽt latius li. iii. Geo. ¶ Præterea: poſtea. ¶ Portitor orci. i. charon: Vir. lib. vi. æne. portitor has hor/rendus aq̃s: & flumina ſeruat terribili ſquallore Charon &c. poſtea inquit: ipſe ratem cõto ſubigitueliſq; mini/ſtrat: & ferruginea ſubuectat corpora cymba. ¶ Orci: uideto li. i. Georgicorum. ¶ Strymonis: li. i. Geo. diximus. ¶ Mulcentem ti. per id ſua eloquentia feros homines & rapaces reuocaſſe in mãſuetudinem & humanitatem orphea intelligimus. ¶ Et agẽ. c. q̃rcus: per id obſtinatæ opinionis homines intelligimus: qui niſi per eloquen/tiæ uires queunt a ſua pertinacia remoueri. ¶ Philomela: luſciola hoc loco: alibi hirũdo ut latius ſupra oſtendi/mus. Philon autẽ amans dicitur: Mela uero mala: poma ſeu oues. ¶ Miſerabile carmen integrat: Pli. li. x. ſcribit: ꝙ luſciniis diebus ac noctibus continuis. xv. garrulus ſine intermiſſu cantus: denſante ſe frondium germine: in qua una aue perfecta miſicæ ſciẽtia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpũ trahitur in lõgũ: nunc uariatur in flexo nũc diſtinguiť cõcluſo: copulatur in torto: ꝓmittitur: reuocať. Plura tamẽ ibidẽ leges mirãda qdẽ.

Proſer/pina

Philo/mela

¶CHRI. Immitis: unde nulla eſſet cõmiſeratio ſperanda. ¶ Illa quis & me inquit mi. & te ꝑoratio uehemẽter pathetica. Nam & ſuum uehementer exprimit dolorem. Demonſtrat. n. eo deueniſſe amantes: ut culpa il/lius qui nihil minus q̃ hoc uoluiſſet infœliciſſimo ac æterno diſſiduo ſeparentur. ¶ Heu non tua: quaſi dicat: quod utrunq; miſerrimum accidit. ¶ Quid faceret: dubitatio eſt quam græci aporeſim dicunt quæ uehementer mouet cum dolentis uel iraſcẽtis ſic dubitare: ſic Dido: en quid agã rurſus ne procos oblita priores? ¶ Septẽ illũ. A tempore ẽt uæhementer citatur pathos ſic de Palinuro. Tris notus hibernas immenſa per æquora no/ctes Vexit me uiolentus aqua uix lumine q̃rto Aſpexi italiam: & Achimenides: Tertia iã lunæ ſe cornua lumi/ne complent. Et ſeptima poſt troiæ excidium iam uertitur æſtas. Augetur autem hic locus ꝙ dixit totos: ideſt integros: & ex ordine. i. ſine ĩterruptiõe potuiſſet res geri: uerbi gratia ab idibus Martiis ad nonas Auguſti ut eſſent ſex menſes: ſed nõ integri ĩminuto Martio & Augu. & potuiſſent poni menſes intermedii ſine mœrore: unde illa ægritudo habuiſſet aliquid ĩteruallum & pauſam q̃ facilius ferri poſſet. ¶ Qualis. p. m. p. ſ. u. parabola eſt: unde ſæpiſſime mouetur pathos: aut ĩ miſericordia eſt: aut indignatione: ĩ miſericordia ut hic. Item q̃lis cõmotis excita ſacris thyras & q̃lẽ uirgineo demeſſum pollice florẽ: ĩ ĩdignatiõe ut illud: ac ueluti plẽo lupus ĩ. o. Cũ fremit ad caulas. Et q̃lis mugitus fugit cũ ſau. arã taurus. ¶ Durus: ĩexorabilis: & q mĩ no affectu nõ moueť.

Obſeruans nido implumes detraxit:at illa
Flet noctem:ramoq; ſedens miſerabile carmen
Integrat:& mœſtis late loca queſtibus implet.
Nulla Venus:nulliq; aīum flexere Hymenæi.
Solus hyperporeas glacies:Tanaimq; niualem
Aruaq; Riphæis nunq̃ uiduata pruinis
Luſtrabat:raptam Eurydicen:atq; irrita Ditis
Dona q̃rens:ſpretæ Ciconũ quo munere m̃res
Inter ſacra deum:nocturniq; Orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere ꝑ agros.
Tũ quoq; marmorea caput a ceruice reuulſũ
Gurgite cũ medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret.Eurydicen uox ipſa & frigida lingua
Ah miſeram Eurydicen aīa fugiente uocabat:
Eurydicen toto referebant flumine Ripæ.
Hæc Proteus:& ſe iactu dedit æquor in altum.
Quaq; dedit ſpumātē undā ſub uertice torſit.
At non Cyrene(nanq; ultro affata timentem)
Nate licet triſteis animo deponere curas.
Hæc oīs morbi cauſa:hic miſerabile Nymphæ
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitium miſere apibus:tu munera ſupplex.
Tende petẽs pacẽ:& faciles uenerare Napæas.
Nanq; dabunt ueniam uotis:iraſq; remittent.
Sed modus orandi quis ſit prius ordine dicam.
Quattuor eximios præſtāti corpore Tauros:
Qui tibi nũc uiridis depaſcũt ſumma Lycæi:
Delige:& intacta totidem ceruice iuuencas.

¶SER. Flet noctẽ:iugi nocte continuo fletu.¶ Tanaimq; niualem:fluuium ſcythiæ.¶ Nunq̃ uiduata pruinis:ſemper niuibus plẽa.¶ Spretæ ciconũ quo munere m̃res: nuptiali ſcilicet.Cicones autẽ ſunt Thraces mulieres:quæ ab Orpheo ſpretæ diſcerpſere eum per liberi ſacra ſimulata.¶ Marmorea caput a ceruice reuulſum: ideſt pulchra.Conſtat enim caput orphei in hebrũ proiectum:& id fluctus in leſbũ inſulam detuliſſe.¶ Hebrus autem fluuius in Thracia eſt:qui ex fontibus rhodopæ montis prolabitur dictus ab Hebro Boreæ fratre: quẽ œagrium ab Oeagro patre dicũt. Sane alludit ad id quod dicit Ouidius:q͂a cum caput eius delatũ ad ripas ſerpẽs mordere uoluiſſet:eſt conuerſus in lapidẽ.¶ Oeagrius hebrus:Oeagrius fluuius eſt pater Orphei:de quo Hebrus naſcitur:unde eum appellauit Oeagriũ.¶ Hæc proteus:ſubaudi dixit.¶ At non cyrene:deeſt territa eſt:quod ex ſequentibus datur intelligi.¶ Pacem petens:pacem:beneficium:beniuolentiam.¶ Faciles napæas exorabiles nymphas:& ad ignoſcẽdum paratas.Sane ſciendum eaſdem eſſe napæas: quæ & Dryades ſunt.Nã ſupra ait:at chorus æq̄lis Dryadũ.¶ Intacta ceruice:ĩdomitã.& dicit ita aīaliũ ſacrificiũ eẽ faciendũ:ut nõ tantũ occidãtur hoſtiæ:ſed cædãt̃.

¶PRO. Spretæ ciconũ quo munere m̃res: Cicones natio Thracũ:qua oppidũ ẽ Iſmaros.¶ Et faciles uenerare napæas:Napææ ſunt nymphæ.

¶ANTO. Hymenæi:nulla cõiugia uide li.iii.Ge.
Tanais ¶ Hypboreas:li.iii.ge.latiꝰ uideas.¶ Tanaĩ:tanais fluuius europã ab aſia diſterminãs iũgit:atq; amboꝝ fines utriq; plabẽs: ĩ Boreã uer per Sauromatas in ſcithiã uſq; atq; ĩ meotidis.paludẽ ꝓtendit̃:orit̃ ãt ex ĩdiæ mõtibus.Dionyſius ſcribit:& Stra.li.vii. & li.xi.¶ Riphæis:uide li.i.Geo.¶ Ciconũ matres:Circa hebrũ thraciæ fluuiũ Cicones habitãt:teſte Mela horũ mulieres:teſte quoq; Oui.li.xi.met.Orpheũ eo ꝙ fœmieũ amorẽ ĩ pueroꝝ uenerẽ trãſtuliſſet: & ꝓpterea eas ſperneret furialiter laniarũ:poſt uero lyrã & caput eius ĩ hebrũ iecerũt.¶ Orgia bacchi:in Rhodope thraciæ mõte orpheus ſonare cantareq; ſolitus erat: & ibi ſacra liberi patris Orpheo primũ initiante cele
Orgia brabãtur:ut ſcribit Mela.¶ Orgia bacchi: Strabo li.x.ſic ait:plurimi igit̃ græcorũ totũ cerimõiale negociũ qđ orgia uocãt bacchanaleq; & cottytiũ & ſacrorũ myſteria libero patri attribuerunt:& Apollini:& Hecate:& muſis:& Cereri ꝓpter hæc Strabonis uerba optime Ser.dixiſſe:uidet̃ li.iiii.æne.ubi ait: orgia apud græcos ſacra omina dicũtur:ſicut apud latinos Cerimoniæ.Sed iã abuſiue ſacra liberi patris orgia uocant̃.ꝓterea orge ita dicit̃.Orgao:cõcito:cõcupio.Orgiazo orgia celebro orgizõe iraſcor:oeagrius hebrus œagros uir ſiue fluuius orphei pater:ut ipſe in argo nautica ait:Dio.itẽ li.v.aſſerit orpheum Oeagri filiũ & doctrina & melodia ac poeſi exceſſiſſe omnes:quorum exter memoria:de hebro ſupius patuit.Ser.autẽ ait:ex Oeagro fluuio natũ hebrum.¶ Sub uer.ẽ uertex cõtorta in ſe aq̃:uel q̄cquid aliud ſimiliter uertitur:inde ꝑ flexũ capilloꝝ ꝑs ſũma capitis ex hoc inq̃ in mõtibus eminẽtiſſimũ:recte dixeris hæc oĩa uertices ꝓprie tamẽ unde initiũ & Fab.li.viii.q ẽt li.i.ſcri.uorſus & uortices dixerũt antiq:q̃ prĩo Scipio aphricãus in e lrãm ſecũdã uertiſſe dr̃:& cap inq̃t:uertex capitis eſt uortex fluminis.
Napææ ¶ At non cyrene:ſupple timuit:refertur enim ad illud.Nãq; ultro affata timen.¶ Faciles:mites placabiles.¶ Napæas:nymphæ ſunt propriæ quæ uirgultis & floribus delectãtur:ut Oreades quæ mõtibus.Lactan.lib.th.iiii.

¶CHRI. Implumes:commiſeratio ab ætate & ab imbecillitate.¶ Oeagrius:refert Dio.ſicu.bacchum ĩſidias lycurgi thracẽſium regis admonitu theropis uiri tracis uitaſſe:ac paulo poſt uictor lycurgum regno ſpoliaſſe illudq; beneficii memor theropi tradidiſſe:q moriens oeagrũ filium a quo & fluui. denoĩatus eſt heredẽ reliq̃t.Ex oeagro ãt natus ẽ Orpheus:dicit̃ Oeagrum fuiſſe ꝓnepotẽ atlãtis ex alcyone una ex filiabus atlãtis:de Orpheo plura alio loco diximus:addã hic fuiſſe & eiuſdẽ noĩs poeta in arcadia:& alius crotonias qui cum Pyſiſtrato athenienſium tyrãno uixit.ſũt q etiã ſex Orpheos noĩent:hũc ãt quẽ ꝑcio habemus ſcribũt Lybiã & ægyptũ peragraſſe & Trimegiſti Mercurii doctrinam imbibiſſe.Quãq̃ teſte Cice.Ariſto. docet Orpheum poetam nunquam fuiſſe:& hoc orphicum carmen Pythagoræi ferunt cuiuſdam fuiſſe cerconis.¶ Se de.i.a.Nam ueritas cum aliqua ex parte ſeſe oſtendit refugit in profundum:ideſt in obſcurum:& nunquam ſe totam oſtendit.
¶ At non cyrene:quia ratio nunq̃ a nobis fugit.¶ Placatam:uel hypallage eſt:ut ait Ser.uel eſt ordo.

¶SER. Orphei datiu⁹ græcus é. ¶ Lethæa papauera.i.agreſtia. ¶ Placatá Eurydicé uitula uenerabere cæſa
Hyppalage ꝓ ueneratá placabis. Præcepta faceſſit.i.facit: & é frequétatiuú ꝑ pricipali. Aut certe iõ faceſſit: quia
plures hoſtias imolauit. ¶ Hic ſubitú: ac dictu mirabile mõſtrú: res enim hæc ex iprouiſo uéit: ut apes ex bobus
erúperét. Ná ꝑcepta Cyreniæ tátú ad placáda numina pertinebát. Notádú ſane qa ex hoc euétu illa ars inuéta é
quá ſupra memorauit: & melior facta ꝑ induſtriá. ¶ Stridere apes utero: & ruptis efferuere coſtis: hæc uerba &
ſecúdæ ſút cõiugationis & tertiæ: núc tátú tertiæ. ¶ Létis uuá demittere ramis: i moré uuæ.i.botryonis deflue/

Quattuor his aras alta ad Delubra Dearum
Conſtitue: & ſacrum iugulis demitte cruorem.
Corporaq; ipſa Boum frondoſo deſere luco.
Poſt ubi nona ſuos Aurora oſtenderit ortus:
Inferias Orphei lethæa Papauera mittes:
Et nigram mactabis Ouem: lucumq; reuiſces.
Placatam Euridicen Vitula uenerabere cæſa.
Haud mora: cótinuo Matris præcepta faceſſit.
Ad delubra uenit: monſtratas excitat aras.
Quattuor eximios præſtanti corpore Tauros
Ducit: & intactas totidem ceruice iuuencas.
Poſt ubi nona ſuos Aurora induxerat ortus:
Inferias Orphei mittit: lucumq; reuiſit.
Hic uero ſubitum ac dictu mirabile mõſtrum
Aſpiciunt liquefacta Boum per uiſcera toto
Stridere Apes utero: & ruptis efferuere coſtis.
Immenſaſq; trahi nubes: iamq; arbore ſumma
Confluere: & lentis Vuam demittere ramis.
Hæc ſuper aruorum cultu: pecorumq; canebá:
Et ſuper arboribus Cæſar dú magnus ad altú
Fulminat Euphraten bello: uictorq; uolenteis
Per populos dat iura: uiáq; affectat Olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat

re: qđ græci βοτρυλον dicút. ¶ Hæc ſup aruoꝝ: ꝑ
aruorú cultú primú libꝝ ſignificat: ꝑ pecora át tertiú
&.iiii. qa & aues pecora ſt. ꝑ arbores ſecúdú: & hoc di
cit. Hæc ego.i.geor. ſcripſit: dú Cæſar i oriéte pugna/
ret. ¶ Fulminat: fortiter facit. ¶ Victorq; uolentis Per
populos dat iura: unú uirtutis é alterú iuſtitiæ. Ná ui
cere uirtutis: uolétib⁹.i.nõ iuitis impare iuſtitiæ eſt.
¶ Viáq; affectat olympo: ꝑparat ſibi diuíos honores.
¶ Dulcis alebat Parthenope.i. Neapolis: q̄ prío ex cor
pore uni⁹ Sirenis illic ſepultæ: Parthéope é appellata.
¶ANTO. Delubra: Var.li.viii.reꝝ diuinaꝝ. Delu
bꝝ ait alios æſtimare i quo ꝑter ædé ſit area aſſum/ Delu/brum
pta deú cá: ut eſt in circo flaminio Iouis ſtatoris: alios
quo loco dei ſimulachrum dedicatú ſit & adiecit: ſi/
cut locú in quo figerét candelá cádelabrú appellatú: Cande/labrum
ita i quo deú ponerét noiatú Delubrú. His a uar.ꝑſcri
ptis poſſumus itelligere id potiſſimú ab eo probatú:
ꝙ ex ſua cõſuetudie i ultío poſuit: ut a dei dedicato ſi/
mulachro delubrú cœpit núcupari: hæc Macro.li.iii.
ſat. ¶ Orphei: melius orphi legemus: ut i Buc. Orphi
calliopea. De quo ibi latius. ¶ Lethæa pa. iá ſup oñdi/
mus. ¶ Vuá: Iuue. ét ait: Examéq; apiú lõga cõſederit
uua. ¶ Hæc ſup ar. cul. Peroratio é: q̄ cumulú qdá: cõ/
cluſioné alii uocát qdá enumerationé: breuiter.n. re/
petit totá ſimul cám atq; materiá decurrédo ꝑ capi/
ta. De hac ét Fabi.li.vi. latius ſcri. ¶ Ad altú: Euphraté
Armeniá maioré itelligit: i qua Euphrates oritur: ut
Stra. ſcrib. li.xi. atq;.xvi. Cæſar át Auguſtus: ut Florus
ſcribit ad oriété uerſus exercitú miſit i armenias Me
dos ꝑthos q poſtea oés cú indis ét Auguſti & Roma/
noꝝ ditiõi paruerút. ¶ Voléteis ꝑ. Auguſt⁹ uirtutis:
moderationiſq; fama: idoſq; ét at ſcythas pellexit ad
amicitiá ſuá: populiq; romái ultro ꝑ legatos petédá:
ut ſcribit Suetõius: Florus ét & Euſebi. q̄ oía latius ſupra patuerút. ¶ Viáq; affectat olympo. Oui. quoq; li.i. faſt.
ait. Sic petit̃ cælú ꝑ labores.ſ.& uirtuté: uitiorúq; fugá: affectare inqt Feſtus é ꝓnú aíum ad faciendú aliqd habe
re: affectat ergo uiá.i.ꝑparat. ¶ Olympo: ad diuinos honores. ¶ Vir. Vir. Maro. i pago q dicebat̃ andes: haud por
cul a Má. natus é. Põ. & Craſ. cõſulib⁹. Cre. ſtudiis erudit⁹ ſúpta toga Medio. tráſgreſſus é poſt breue tṗs Ro. pre
xit: ut ſcri. Euſ. alii uero ſcribút Vergiliú ab Mediolão Neapoli iuiſſe: qđ & ipſemet hoc loco idicat ubi áte alios
& græce & latie eruditior factus: ſe i Vrbé cõtulit. Oſtédit át hic georgica Neapoli ſcripſiſſe: i Vita ipſius ét legi
tur: eú Geor. ſepténio Neapoli. Aeneida uero partim i Sicilia: partim i Cápania.xi. ánis cõfeciſſe: Bucolica át trié
nio ꝑfeciſſe aiút: ános natú: ut Probus aſſerit.xxviii. ide inqt iferius: Audaxq; iuuéta &c. ¶ Parthenope dulcis:
Neapolis olí parthenope ab tumulo Syréis appellata é: ut ſcri. Pli.li.iii. hác Auguſtus poſtea Neapolí eé maluit:
ut Solin⁹ ait: Neapolis uero idé é qđ noua ciuitas: ut ét Stra. docet i li.v. Varro tñ ſcri. qđ ab ea græca uoce Nea/
polis nouapolis ab antiqs nŕis uocitata é Stra.li.v. ait: qđ Neapolis dicta eſt.i. noua ciuitas: qđ poſtea & Calcidé/
ſes icoluerút: & ex ꝑthecuſis: atheniſq; ueniétes ubi parthenopes uni⁹ e ſyrenibus ſepulchrú oſtédit̃. Neapoli át
quiquénalis ſacer ille muſicus & gymnicus cõplures ꝑ dies Celebrabat̃ Agon. Habet & neapolis calidaꝝ aqua
rú ſcatebras: & apparatiſſima balnea nulla ex parte Baianis inferiora. plurimi uero e Roma Neapolim ſeceſſú
facientes uictum: Græcanico ritu perducebant: aut quietis & ocii gratia præſertim: qui eruditioni dabant ope/
ram aut remiſſioris uitæ: deſiderio maxime quos ſenectus affligebat: uel aduerſa ualitudo: hæc & plura Stra.
¶CHRI. Venerabere: Eurydicé placatá ante a te cæſa uitula. ¶ Matris.p.ſ. Ná ſemꝑ é ratiõi obtéperádú ſi ue
rú inuenire cupimus. ¶ Vuá: qa cõſiſtút ita iter ſe herétes: ut formá pendétis racemi faciant. Refert át Pli. ꝙ in to
tú amiſſas apes reparant̃ uentribus bubulis recentibus cú fimo obruptis Vir. ut uides iuuenci corpore exaíato
ſicut equoꝝ ueſpas atq; crabrones Aſinoꝝ ſcarabeos naſci putant. Sút qui mortuas ſi intra tectú hyeme ſerué/
tur: deinde ſole uerno terantur: ac ficulneo cinere toto die foueantur putét reuiuiſcere. ¶ Alebat: quia inde aſſe/
quebar doctriná: quo animi humani ita alunt̃: ut corpora quatuor elemétis: animus.n. imortalis doctrinæ ue
ritate quæ imortalis eſt paſcitur: corpus ex elemétis ex quibus eſt cõpoſitú. Oía.n. ex iis aluntur: ex qbus cõſtat.

℄SER. Studiis florentē ignobilis ocii:ideſt artis poeticæ:quã ociũ ignobile appellauit:ne quid de ſe uideret arroganter dicere.¶ Carmina qui luſi:qui etiam Bucolica ſcripſi.¶ Audaxq; iuuenta:ætate iuuenili. Nã ut diximus ſupra.xxviii.annorum erat:quum Bucolica ſcripſit.& bene breuiter a ſe ſcripturã rerũ executus eſt titulũ. ℄ANTO. Ignobilis ocii:litterarii laboris & ſtudii.i.poetici: hinc etiã Ouidius lib.iiii.de põto ait:de Dionyſio:ille Syracoſia modo formidatus in urbe.Vix humili durã repulit arte famē.docuit.n.corynthi.Idē quoq; li.iiii.de triſt.inquit.Sæpe pater dixit:ſtudium quid inutile tentas.Mæonides nullas ipſe reliquit opes.¶ Luſi:ſcripſi:de quo latius:ibi in Tityro:Ludere quæ uellē carmina paſtorũ.Bucolica intelligit:quod per Epexegeſim ſequēti carmine ſuo more apertius innuit.¶ Audaxq; iuuenta:Homerus in odyſſea inquit:Tu tamē intrato:metuēs nihil: omnibus audens in rebus melior Turnus itē lib.decimo æneí.ad ſuo.Audētis fortũa iuuat:Et Socrates in Gorgia Platonis cenſet.Animam recte inſtitutã tria potiſſimum habere debere.Scientiã primo.Deinde opinionem prudentis.ſ.atq; beniuoli.Tertio audaciã.Vtq; uictorinus ait: audax eſt qui ĩ pſperis rebus temere aliqd aggredit.audax itē eſt ille:q puiſis rõnibus fortiter aliqd incipit.Itaq; & ad malum & ad bonũ.audax referri nõ põt.Temerarius uero ſemper ad malũ.Vtq; Feſtus inquit:audacia ad auide.i.cupide agendo eſt dicta.Audaxq; iuuenta:id ex calore pcedit:calidus.n.ſanguis maiore uirtutē hẽt q̃ frigidus:ut in ſenibus appet:de quo latius li.iii.Geor.cecinit:& cecini & cecinit in antiquis legimus utrũq; cõuenit.

Parthenope ſtudiis florentem ignobilis ocii:
Carmina qui luſi paſtorum:audaxq; iuuenta
Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

℄P.VERGILII MARONIS GEORGICON LIBRI QVARTI AC VLTIMI FINIS.

℄CHRI. Ignobilis ocii:Ociũ aliquãdo ceſſatio ē oĩum rerũ:& hoc dãnat:aliquãdo dicit ociũ cũ animus ab agendo ad contemplandum reuocatur:ita ut ocia ſtudia ſignificent:in illo primo ita ceſſamus a negociis:ut in pigritia contabeſcamus.in altero ita a reliquis actionibus auocamur:ut mentem noſtram ad eam ad quam nata eſt rerum humanarum & diuinarum contemplationem adducamus.Dixit autem ignobile ex maioris hominum patris opinione:q auaritiæ aut ambitioni dediti diuinũ huiuſcemodi ocium uitupent:& ſua ſtultitia ignobile putent cũ nihil ſit nobilius.Vel potius dixit ignobile:ideſt ualde nobile:uolens ambiguo uerbo & uerum oſtendere & ſtultorum falſam opinionem ludere:ut illi aliud putarent dici:cum ille aliud diceret.Carmina qui luſi:paſtorum cum eſſent ea tempeſtate qui aliena ſubriperent:& pro ſuis pponerent: uoluit oſtendere utrumq; opus Verg.fuiſſe:quod etiam in initio quod in ænei.ſcripſit manifeſtum fecit. Finis.

Virgilii Vita

℄SERVII Mauri honorati Grammatici in.P.Vergili Maronis æneidem commentariorum Liber primus.

INexponendis auctoribus hæc conſiderãda ſunt:poetæ uita.Titulus operis.Qualitas carminis Scribentis intentio.numerus librorum:Explanatio.Vergilii uita hæc eſt. Ortus fuit patre Vergi. Matre uero Maia:fuit ciuis Mantuanus:quæ ciuitas eſt Venetiæ.Diuerſis in locis literis operam dedit.Nam & Cremonæ & Mediolani & Neapoli ſtuduit:adeo autem uerecundiſſimus fuit:ut ex moribus cognomen acciperet.Nam dictus eſt Parthenias omni uita probatus.Vno tamen morbo laborabat.Nam impatiens libidinis fuit.Primum a Verg.hoc diſtichon factum eſt in Baliſtã latronē.Monte ſub hoc lapidum tegitur baliſta ſepultus.Nocte dieq; tuũ carpe uiator iter.Scripſit etiam octo libros hos: Cirin: Aetnam: Culicem:Priapeam:Catelecton:Epigrammata:Copam:Diras:poſtea ortis ciuilibus bellis inter Antonium & Auguſtum Aug.uictor Cremonenſium agros qui pro Antonio ſenſerant:dedit militibus ſuis:qui cum non ſufficerent.his addidit agros mãtuanos ſublatos non propter ciuium culpam ſed propter uicinitatem Cremonenſium.Vnde ipſe in Bu.Mãtua ue miſeræ nimium uicina Cremonæ.Amiſſis ergo agris Romam uenit:& uſus patrocinio Pollionis & Mœcenatis ſolus agrum quem amiſerat meruit:Tunc ei propoſuit Pollio: ut carmen Buco.ſcriberet:Quod eum conſtat triennio ſcripſiſſe & emendaſſe.item propoſuit mecœnas Geor.quæ ſcripſit & emendauit.vii.annis.Poſtea ab Auguſto Aeneidem propoſitam ſcripſit annis.xi.ſed nec emendauit nec edidit:unde eam moriens præcepit incendi:Augu.uero ne tantum opus periret.Tuccam & Varrum hac lege iuſſit emēdare: ut ſuperflua demerent nil adderent tamē.unde & ſemiplenos eius inuenimus uerſiculos:ut hic currus fuit:& aliquos detractos ut in principio:Nam ab armis non cœpit:Sed ſic:Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen:& egreſſus ſiluis uicina coegi.Vt quamuis auido parerent arua colono: Gratũ opus agricolis:at nunc horrentia martis.Arma uirumq; cano.& in ſecundo cõſtat hos uerſus eē detractos.

Aut ignibus ægra dedere.
Iamq; adeo ſuper unus eram:cum limina Veſtæ
Seruantem & tacitam ſacreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem
Erranti:paſſimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros
Et Danaum penas:& deſerti coniugis iras
Præmetuens Troiæ:& patriæ communis Erynnis
Abdiderat ſeſe:atq; aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo:ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam:& ſceleratas ſumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis:patriaſq; Mycenas
Aſpiciet:partoq; ibit Regina triumpho
Coniugiumq;:domumq; patres natoſq; uidebit.
Illiadum turba & phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus.Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita:nanq; & ſi nullum & memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt nec habet uictoria laudem.
Extinxiſſe nefas tamen:& ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas:animumq; expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ: & cineres ſaciaſſe meorum.
Talia iactabam & furiata mente ferebar.
Cum mihi ſe non ante alias.

❡Periit autem Tarenti in apuliæ ciuitate Nam dum Metapontum cupit uidere: ualitudinem ex ſolis ardore contraxit. Sepultus eſt autem Neapoli: in cuius tumulo ab ipſo compoſitum eſt tale diſtichon: Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet nunc: Parthenope: cecini paſcua: rura: duces. Titulus eſt æneis deriuatum nomen ab Aenea: ut a Theſeo theſeis. ſic Iuue. Vexatus toties rauci Theſeide codri. Qualitas carminis patet: nam eſt metrum heroicum & actus mixtus ubi & poeta loquitur: & alios inducit loquentes. eſt autem heroicum quod conſtat ex diuinis: humaniſq; perſonis continens uera cum fictis: Nam Aeneã ad Italiam ueniſſe manifeſtum eſt. Venerem uero locutam cum Ioue miſſum ue Mercurium conſtat eſſe compoſitum. eſt autem ſtilus grandiloquus qui conſtat alto ſermone: magniſq; ſententiis. Scimus enim tria eſſe genera dicendi. humile medium grandiloquum. Intentio Virg. hæc eſt Homerum imitari: & Aug. laudare a parentibus. Nam eſt filius Actiæ: quæ nata eſt de Iulia ſorore Cæſaris: Iulius autem ab Iulo filio Aeneæ originem ducit: ut confirmat ipſe. Verg. dicens: a magno demiſſum nomen Iulo: de numero librorum nulla hic quæſtio eſt: licet in aliis inueniatur auctoribus. Nam Plautum alii dicunt ſcripſiſſe fabulas. xxi. alii. xl. alii centum. Ordo quoq; manifeſtus eſt: licet qdã ſuperflue dicant ſecũdũ primũ eſſe: tertiũ ſecũdũ & primũ. iii. Ideo qa primũ Iliũ concidit: poſt errauit Aeneas: inde ad Didonis regna peruenit: neſcientes hanc eſſe artem poeticã: ut a mediis incipientes per narrationẽ ad prima redeamus: & nonnunq̃ futura præoccupemus: ut per uaticinationem. Quod & Hora. ſic pcepit in arte poetica dicens. Vt iam nunc dicat: iam nunc debentia dici. Pleraq; differat: & præſens in tempus omittat. Vnde cõſtat perite feciſſe Verg. ſola ſupereſt explanatio q̃ in ſequẽti expoſitione pbabitur: hæc quãtũ ad Aeneidem pertinet dixiſſe ſufficiat. Nam in Bucolicis: & Georgicis alia ratio eſt. Licet eadem ſit obſeruatio. Sciendũ præterea eſt quod ſicut nunc dicturi thema proponimus: ita ueteres incipiebant carmen a titulo carminis ſui utpote. Arma uirumq; cano. Lucanus: Bella per ema. Statius: Fraternas acies: alternaq; be.

ARGVMENTA. XII. LIBRORVM AENEIDOS.

Aeolus immittit uentos Iunone precante:
Troianoſq; uagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipſe dolentem:
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Aſcanii ſub imagine mittit Amorem.

SECVNDI.

Cogitur Aeneas bellorum exponere cauſas:
Graiorumq; dolos & equum: fraudemq; Sinonis:
Exciſamq; urbem: Priamiq; miſerrima fata:
Vtq; patrem impoſitum forti ceruice per ignes:
Extulerit: charamq; amiſerit ipſe Creuſam.

TERTII.

Poſt caſum Troiæ fabricata claſſe ſuperſtes
Vela dat Aeneas: urbemq; in littore Thraces:
Mox aliam pulſus Cretæis Condidit oris:
Cedit & hinc: Helenumq; uidet præceptaq; ſumit:
Aetnæum Cyclopa fugit: ſepelitq; parentem.

QVARTI.

Ardet amore graui Dido: ſoror Anna ſuadet
Nubere: iunguntur nimbo cogente ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemptus Hiarbas:
Nauigat Aeneas iuſſu Iouis: illa dolore
Impatiens: & amore: necem ſibi protinus infert.

QVINTI.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit
Aeneam: tumuloq; patris perſoluit honorem:
Tum cogit naueis incendere Troadas Iris.
Troes ibi linqunt ſocios: Venus anxia placat
Neptunum: ſomnus Palinurum mergit in undas.

SEXTI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius: Vatiſq; petit reſponſa Sibyllæ.
Miſenum ſepelit: poſt hæc adit infera regna:
Congreſſuſq; patri diſcit genus omne ſuorum:
Quoq; modo caſus Valeat ſuperare futuros.

SEPTIMI.

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua:
Et pace accepta læti noua mœnia condunt:
Nocte ſatam Iuno furiam uocat: illa Latinos
Inter: & Aeneadas bellum ſerit: & ciet arma
Protinus auxiliis terra inſtruit Itala turmas.

OCTAVI.

Vidit ut Aeneas ſumma ui bella parari:
Arcadas: Euandrumq; ſenem ſibi fœdere iungit:
Dardanioq; duci ſociatur Etruria tota:
Arma petit genitrix: dat Mulciber: in Clypeoq;
Res pingit Latias: & fortia facta nepotum.

NONI.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris:
Infeſtatq; animos: aciem mouet ille: Phrygaſq;
Obſidet: inde igni euerſa eſt Aeneia claſſis
Euryalus: Niſuſq; ruunt nece: prælia noctis.
Vi Turnus potitur caſtris: ui pellitur inde.

DECIMI.

Placat & uxorem dictis: Et iurgia natæ
Iuppiter auxiliis inſtructus: Troius heros
Aduenit: occurrunt populi: atq; in littore pugnant.
Occidit a Turno Palas: uictorq; ſuperbus.
Aeneæ eripitur: Mezentius interrit acer.

VNDECIMI.

Occiſis proprium pars utraq; reddit honorem.
Supplicibus Calydone ſatus negat arma Latinis.
Cum Turno alterno iurgat certamine Drances.
Aeneas equitem præmittit: & obuia Virgo
Excipit: extincta Rutuli dant terga Camilla.

DVODECIMI.

Troianis: Rutuliſq; placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt: nato Venus alma medetur
Dictamo: Rutuliq; luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneæ Dauni concurrere proles
Pallantea necem miſero dant cingula Turno.

OCTAVII AVGVSTI IN VERGILII AENEIDEM VERSVS.

ERGO Ne ſupremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas: ergo ibit in ignes:
Magnaq; doctiloqui morietur Muſa Maronis:
Ah ſcælus indignum: ſoluetur littera diues:
Et poterunt ſpectare oculi: nec parcere honori
Flamma ſuo: ductum quæ operi ſeruabit amorem.
Pulcher Apollo ueta: Muſæ prohibete Latinæ.
Liber: & alma Ceres ſuccurrite: ueſter in armis
Miles erat: ueſter docilis per rura colonus:
Nam docuit: Quid Ver ageret: quid cogeret Aeſtas:
Quid pater Autumnus: quid Bruma nouiſſima ferret
Arbuta formauit: ſociauit Vitibus Vlmos.
Curauit pecudes: apibus ſua caſtra dicauit.
Hæc dedit ut pereant: ipſum ſi dicere fas eſt:
Sed legum eſt ſeruanda fides: ſuprema uoluntas:
Quod mandat: fieriq; iubet: parere neceſſe eſt.
Frangatur potius Legum ueneranda poteſtas:
Quam tot congeſtos: noctesq;: dieſq; labores
Hauſerit una dies: ſupremaq; uerba parentis
Amittant uigilaſſe ſuum: ſi forte ſuperbus
Errauit in morte dolor; ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid titubante animo non ſponte: ſed altis
Expugnata malis: odio langoris iniqui.
Si mens cæca fuit: iterum ſentire ruinas
Troia ſuas: iterum cogetur reddere uoces:
Ardebit miſeræ poſt uulnera uulnus Eliſæ.
Tam ſacrum ſoluetur opus: tot bella: tot enſes
In cineres dabit hora nocens: & perfidus error:
Huc huc Pierides date flumina cuncta ſorores
Expirent ignes: uiuat Maro doctus ubiq;:
Ingratuſq; ſui: ſtudiorumq; inuidus orbi:
Et factus poſt fata nocens: quod iuſſerat ille:
Sit uetuiſſe meum: ſatis eſt poſt tempora uitæ.
Immo ſit æternum: tota reſonante Camœna
Carmen: & in populo diui ſub numine nomen
Laudetur. uigeat. placeat: relegatur. ametur.

¶ Argumēta. xii. librorum Aeneidos. xii. uerſibus cōpheſa.

PRimus Habet Libycā ueniūt ut Troes ī urbē.
Edocet excidium Troiæ: clademq; Secūdus.
Tertius a Troia uectos cāit æquore Teucros.
Quart⁹ itē miſeræ duo uulnera narrat Eliſæ.
Manibus ad tumulū Quīto celebrantur honores.
Aeneam memorat uiſentem tartara Sextus.
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat ſimul Aeneæ ſocios Octauus: & arma.
Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
Exponit Decimus Thuſcorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli ſuperantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem

ADILON.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

¶ Modeſtini iuriſconſulti in primum aeneidos librum argumentum.

VIr magnus bello: nulli pietate ſecūdus.
Aeneas odiis Iunonis preſſus iniquæ:
Italiam quærens Siculis errauit ī undis
Iactatus tandem Libyæ peruēit ad oras
Ignaruſq; loci: fido comitatus Achate
Inditio matris regnum cognouit Eliſæ.
Quin etiam nebula ſeptus peruenit ad urbem.
Arreptoſq; undis ſocios cum claſſe recepit.
Hoſpitioq; uſus Didonis cuncta benignæ:
Excidium Troiæ iuſſus narrare parabat.

Rma:Multi uarie dixerũt cur ab armis Vir.cœperit:oẽs tñ ĩ hãc ſñiam aſſẽtire mãifeſtũ ẽ: cũ cũ ꝯſtet aliũd eſuꝑſiſſe prĩcipiũ:ſicut ĩ p̄miſſa eiꝰ uita mõſtratũ ẽ:Per arma ãt bellũ ſignĩcat:& ẽ tropꝰ metonymia.Nã arma qbꝰ ĩ bello utimur ꝓ bello poſuit:ſicut toga q̃ ĩ pace utimur: ꝓ pace põit: Vt Ci. Cedãt arma togæ.i.bella paci.¶ Arma uirũq;:figura uſitata ẽ ut nõ eo ordĩe reſpõdeamꝰ: quo ꝓpoſuimꝰ:nã prius de erroribꝰ Aeneæ dixit:poſt de bello.hac ãt figura ẽt ĩ ꝓſa utimur.ſ.hyſterõ ꝓterõ.Sic Ci.ĩ uer.Nã ſine ullo ſũptu nr̃o:coriis tunicis frumẽtoq; ſuppeditato maxios exercitꝰ nr̃os ueſtiuit: aluit: armauit.

P.Virgilii Maronis æneí. Liber primus.

Lle ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmẽ:& egreſſus ſyluis:uicia coegi:
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratũ opus agricolis.At nũc horrẽtia Martis

RMA Virumq; cano. Troiæ qui primus ab oris
Italiã fato profugus:Lauiaq; uẽit

¶ Vir&:quẽ ñ dic̃: ſed ex circũſtãtiis oſtẽdit æneã.¶ Cão:polyſemus ſermo ẽ.Tria.n.ſignĩcat aliqñ laudo:ut Regẽq; canebãt. Aliq̃do diuino:ut ipſa canas oro.Aliq̃do cãto:ut hoc loco.Nã ꝓprie cãto ſignificat:qa cãtãda ſũt carmina. ¶ Troiæ:troia regio ẽ aſiæ:Iliũ ciuitas ẽ Troiæ.Plerũq; tñ uſurpãt poetæ:& ꝓ ciuitate uel regionẽ uel ꝓuĩciã ponũt.Iuue.Et flãmis aſiã ferroq; cadentẽ.¶ Qui primꝰ:Quærũt multi cur Aeneã primũ ad Italiã ueniſſe dixerit:cũ paulo poſt dicat antenorẽ ãte aduẽtũ Aeneæ fũdaſſe ciuitatẽ.Conſtat qdẽ:q; habita tẽpo& rõne parite Vir.dicit.Nãq; illo tp̄e quo Aeneas ad Italiã uenit finis erat Italiæ uſq; ad Rubiconẽ fluuiũ.Cuius rei meminit Luc.ut Et gallica certꝰ Limes ab Auſoniis diſterminat arua colõis.Vñ apparet Antenorẽ nõ ad Italiã uẽiſſe:ſed ad Galliã ciſalpinã:ĩ q̃ Venetia ẽ.Poſtea uero: ꝓ motis uſq; ad alpes Italiæ finibus nouitas creauit errorẽ.Pleriq; tñ q̃ſtionẽ hãc uolũt ex ſequẽtibꝰ ſolui:ut uideat̃ ob hoc addidiſſe Vir.ad lauia littora:ut nõ ſignificaret Antenorẽ.Melior tñ ẽ ſupior expoſitio.¶ Italiã: Ars qdẽ hoc exigit:ut noĩbus ꝓuĩciarũ p̄poſitionẽ addamus:ciuitatũ nũq̃:Tamẽ plerũq; ꝑuerſo ordĩe lectũ ẽ:Nã ecce hoc loco detraxit ꝓuĩciæ p̄poſitionẽ dicẽs:Italiã fato uenit: ꝓ ad Italiã uenit.Tul.ĩ uer.Ea die Verres ad meſſanã uẽit.Sane ſciẽdũ ẽ uſurpari ab auctoribꝰ:ut uel addãt:uel detrahãt p̄poſitiões:Nãq; ait Vir.Syluis te tyrrhene feras: ꝓ in ſyluis.Vt ergo illic detraxit loco p̄poſitionẽ:ſic hic ꝓuĩciæ:& ẽ figura.Italia ãt pars Europæ ẽ.Italus.n. rex Siculo& ꝑfectꝰ de Sicilia uẽit ad loca q̃ ſũt iuxta tyberĩ:& ex noĩe ſuo appellauit Italiã.Ibi ãt habitaſſe ſiculos:ubi Laurolauiniũ ẽ:mãifeſtũ ẽ:ſicut ipſe alio loco dicit:Siculi ueteresq; ſicãi.Itẽ.Et gẽtes uener̃ ſicãæ ſæpius.¶ Fato ꝓfugus:Fatũ ad utrũq; ꝑtinet:& q; fugit & q; ad Italiã uẽit:& bene addidit fato:ne uideat̃ aut cã criminis patriã deſeruiſſe:aut noui ĩpii cupiditate.¶ Profugus:ãt ꝓprie dr̃ q ꝓcul a ſedibꝰ ſuis uagat̃ q̃ſi porro fugatꝰ.Multi tamẽ ita diffiniũt:ut ꝓfugos eẽ dicãt eos:q excluſi neceſſitate de ſuis ſedibꝰ adhuc uagãt̃:& ſimul ac ĩuenerĩt ſedes nõ dicãt̃ ꝓfugi:ſed exules:Sed utrũq; falſũ ẽ.Nã & ꝓfugus lectus ẽ q iã ſedes locauit: Vt ĩ Luc.Profugiq; a gẽte uetuſta Gallorũ celtæ miſcẽtes nomẽ iberis:& exules q adhuc uagãt̃:Vt ĩ Sal.Qui nullo certo exilio uagabãt̃ adeo exiliũ ẽ ipſa uagatio.¶ Lauinaq; uẽit litora:hæc ciuitas tria habuit noĩa:Nã prius Lauinũ dicta ẽ a Lauio Latini fratre.Poſtea laurẽtũ a lauro ĩuẽta a Latino:dũ adepto ĩperio poſt fratris mortẽ ciuitatẽ augeret.Poſtea Lauiniũ a Lauinia uxore Aeneæ.Ergo lauina legẽdũ ẽ:nõ lauinia:qa poſt aduẽtũ æneæ Lauiniũ nomẽ accepit:Ergo aut lauinũ debuit dicere:ſicut dixit:aut laurẽtũ:q̃uis qdã ſuꝑflue eẽ ꝓlepſim uelint.

¶ DONA. Proponit & diuidit:& ſeſe cõmẽdat:q; neq; ludrica:nec turpia:ſed ſpectata elegerit.¶ Arma:ſcutũ & reliq̃ q̃ Aeneæ fabricauit Vulcanꝰ.¶ Virũ:nõ ſexus:ſed excellẽtiæ: Ergo uiɽ q talia arma & tã pulchra & hr̃e & gerer̃ potuerit:q romãi ĩperii auctor eẽ meruerit:q iunõis inimicitias & reliquo& deo& factiões ſuꝑauerit:q tot aduerſa mari ꝑpeſus tollerãdo trãſmiſerit: nec errauit ſi prĩo rẽ:deĩde ꝑſonã poſuit.Nã Sal.nulla metri neceſſitate coactus prĩo rẽ.deĩde Po.Ro.ꝑſonã poſuit Virg.ĩ ꝓpoſitiõe liberã ornãdi habuit licẽtiã:Exequẽdi uero aliũ ordinẽ tẽuit.Cano arma & uirũ:ſed armo& deſcriptionẽ prĩo ꝓpoſitã ſequẽti diſputatiõi reſeruabit.¶ Troiæ:altera cũ ꝓpoſitiõe diuiſio ut oſtẽdat qd Aeneas fatali ratiõe cõpulſus:& qd extra fatũ ꝑpeſſus ſit. Fati.n.fuit:ut relicta Troia Italiã peteret:Ergo crimĩe deſertæ patriæ abſoluit̃.Nõ potuit.n.defẽdi q̃ fato ĩteritura erat:ſed neq; pœna fuit q; ſit aſia pulſus ſed gloria:nã minori detrimẽto affectꝰ maiꝰ ẽ emolumẽtũ cõſecutus.ſ.ut Ro.ĩperiũ cõderet.Nõ ergo malo fato& patriã ꝑdidit:ſed ne ab ea detineret̃: Aeneas q ĩpio Ro. cõſtituẽdo dignꝰ auctor parabat̃.¶ Lauia li.cũ alii ãte Aeneã ĩ Italiã uenerĩt:ille tñ prĩus uẽit ad eã partẽ:ubi deĩde fuerũt litora lauia: & prĩus fato uẽit:cũ caſu alii ueniſſẽt.Ergo fato ꝑdidit patriã.Fato excluſus ꝑuẽit ĩ littora lauinia.

¶ CHRI. Arma uiɽ:& ſi heroici poetæ tã græci q̃ latini ꝓponant:inuocent & narrẽt tamẽ græci eodẽ tp̄e

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ꝓponūt & īuocāt. Hom. n. ī illiade ait μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος & in odyſſea ἄνδρα μοι ἔννεπε
μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη: ſic Heſio. μοῦσαι πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι. La/
tini uero prīo proponūt: deīde īuocāt: Hoc apud naſonē: Lucanū: ac Statiū: inuenies. Proponit prīo Virg. Ver℞
ī ipſa ꝓpoſitiōe nō ſeruat ordinē. Nā cū prīo arma: deīde uirū ſe dicturū polliceaᷣ: prius uirū. i. errores Aeneæ
deīde arma. i. bella ꝓſequiᷣ. Peruertit āt ordinē eius ꝓpoſitiōis q̄ uniuerſalis ē: & totū opus nō aūt operis partē
diuidit: Poetis qdē cōcediᷣ. Nā & eruditioribus & ocioſis & eadē ſæpe legētibus ſcribūt quos ꝑuerſio ordinis
neq; fallere: neq; pturbare pōt. Oratori uero nō cōcediᷣ. Orat. n. pſæpe apud īdoctos: & occupatos: & q rē ſemel
audituri ſint. Quapropter monet Cice. ut in ea diuiſiōe q̄ tertia īter partes oratiōis totā cām cōtinet: quo ordi
ne ꝓponimus eodē narremus: in cæteris uero ꝓpoſitionbus nō totā cām: ſed particulā aliquā cōtinētibus nihil
ītereſt peruertaᷣ an obſeruetur ordo. Propoſitio āt & īuocatio in poetis ꝓhemii officio fungunᷣ. Huiuſcemo
di aūt exordiū accōmodatū cauſæ turpi. Habet. n. cām turpē nō natura rei: ſed opinione: Laudandū. n. ſibi ꝓpo/
nit Aeneā: de quo erat īueterata opinio illū patriæ deſertorē fuiſſe Quapropter a ualidiſſimo aduerſario℞ ar/
gumēto īcipit: & ꝙ a patria diſceſſerit: ī fatū trāſfert. Captat aūt beniuolētiā a pſona ſua: qm̄ ſe nō ī nugis: ſed in
maximis rebus occupatū oſtēdit. Captat a pſona Iunonis cū illā in odiū ꝓpter iniquā in uirū piū crudelitatē &
īuidiā ꝓpter abuſionē ſuæ potētiæ trahat. Captat ꝑcipue ab Aenea. cū in tot erūnas illū aliena iniuria incidiſſe:
& tamē inuicto aīo illas ptuliſſe oſtēdat. Attētū aūt auditorē reddittū qa non in nugis: ſed in maximis rebus ſe
occupatū oſtēdit: tū qa aliter q̄ multo℞ opinio feratur ſe dicturū polliceaᷣ: ipſa ꝑterea īnuocatio quoniam non
niſi in maximis rebus adhibetur ſummam ſibi audientium attentionē cōciliat. Reddit poſtremo qui lecturus
ſit docilem quia & ſummā rei breuiter atq; diſtincte proponit & dilucide expiicat. ¶ Arma: ſunt qui putēt ar/
ma dicta a græco uerbo ἀρμόζειν. i. cōuenire & q̄drare: inutilia. n. ſūt arma niſi ita quadrēt corpori ut neq; an/
guſtiora arctioraue: neq; rurſus ampliora laxioraue ſint: ut neq; corpus lædaᷣ: neq; cōtra ſe in illis traducar &
fluctuet: ut. de Vlyxe ī armis Achillis ſcri. Iuuena. Vnde cū īterrogaſſet quēdā Xenophon cur ſua arma pluris q̄
cæteri uēderet: qa inqt mea oībus corporibus melius q̄drēt. Sūt q uelint arma ab armis. i. humeris dici: qa & in
feriora īde pēdēt & ſuperiora iiſdē ſubſtētātur. ¶ Virū. i. hominē plurimis maximiſq; uirtutibus ꝑditū. Huiu/
ſcemodi. n. hō ꝓprie uir diciᷣ ab ipſa. ſ. ui. i. ab excellētia animi: & a uiro diciᷣ uirtus. Vnde in. iiii. dixit multa ui
ri uirtꝰ aīo multuſq; recurſat gētis honos. Nōnūq̄ tñ p uirū marē ſimpliciter exprimimus: Nōnūq̄ maritū Te/
ren. O mi uir o mea uxor. ¶ Cano: nā canūtur uerſus poetarū: ſic Home. μῆνιν ἄειδε θεά. Vnde a canendo dictū
carmē uolūt: ſed qa Cice. teſte clarorū uirorū laudes ad tibiā canebanᷣ: Cinere laudare ſignificat: ut ibāt æqua
ti numero: regēq; canebāt: qa ēt ſybillæ priſcæ oracula uerſibus edebāt: dicimus canere uaticinari: ut Sola mihi
tales caſus Caſſandra canebat. ¶ Troiæ: græca nomina nō nunq̄ ita mutant latini: ut diphthōgū ubi ſit i littera
diſſoluant & i in conſonantem uerſum ſequenti ſyllabæ adiungant: ut αἴας aiax μαῖα maia: ſic τροίη troia

Littora multum ille & terris iactatus & alto.

¶ SER. Littora: laurolauiniū cōſtat. viii. milibus
a mari remotū. Nec nos debet fallere quia dixit laui/
na litora. Litus enim dicitur terra quæq; mari uicina
ſicut ipſe Virgilius in quarto: Cui litus arādū: quū: p
naturā litus arari nō poſſit. Ergo ſciēdū eſt litus uocari & terrā. ¶ Multū ille: colliſio eſt & ille hoc loco abūdat.
Eſt. n. īterpoſita particula ꝓpter metri neceſſitatē. ut ſtet uerſus: Nā ſi detrahas ille ſtat ſenſus ſed nō ſtat uerſus
Sicut alio loco ipē nunc dextera ingeminans ictus nunc ille ſiniſtra. eſt autem archaiſmos. ¶ Et terris iactatus:
fatigatus eſt enim apud thraciam monſtro ille quod e tumulo Polydori ſanguis emanauit: Apud cretā peſti/
lentia: Apud ſtrophadas īſulas harpiis Tempeſtate uero & in primo: & in tertio: & proprie locutus. ¶ Nam ia
ctamur in mari fluctibus. Fatigamur in terris: & bene duorum elementorum mala uno ſermone concluſit.
¶ Et alto: modo mari Altum tamē ſciendum eſt ꝙ & ſuperiorem & inferiorem altitudinem ſignificat. Nanq;
menſuræ nomen eſt altitudo.

¶ DONA. Multū il. t. i. & a. alia cum propoſitione diuiſio eſt. Scribit enim quæ mari: quæ terra ſit paſſus.

¶ CHRI. Littora: terra quam mare tāgit: littus eſt dictum ſecundum Scæuolam ꝙ ad id aqua alludat: uel
ꝙ aqua alluatur uel ꝙ ibi aqua elidatur: ſed & uicinæ mari terræ littora dicuntur: ut hic. ¶ Ille: non modo non
Italia uacat: uerum emphaſim facit ut ſit ille quaſi tantus uir & tam crudeliter uexatus. ¶ Italiā: ſunt qui dicant a bo/
bus denominatam: qđ græcorum priſca lingua boues Italiæ dicebantur: quod autem bobus abundaret: ex eo
patet ꝙ multa quæ ſuprema dicebatur inſtituta erat dua℞ ouium boū uero triginta pro copia bouum & oui/
um penuria: ait Gellius. Serui. autē ab italo rege ſiciliæ dictam putat: qui in eam regionem uenerit in qua po/
ſtea regnauit Turnus: Italiam de ſuo nomine illam appellauit: Feſtus autem ſcripſit Italiam dici ꝙ magnos
italos. i. boues habeat: quia uituli ab italis ſunt dicti itali. ¶ Fato: de fato: quoniam plurima dicenda ſunt: in ali
Laui/ um locum differemus. ¶ Lauina: placēt quæ dicuntur a Seruio: tamen ſi Dionyſiū audiamus cū Aeneas ī Italiā
nium uenīſſet auſpicato oppidū in eo loco cōdere cœpit: in quo ſus ꝑgnans: & iā aræ ab Aenea deſtinata diffugiens re
quieuerat. Ver℞ latinus q tum aduerſus rutulos bellum gerebat pegrinos: regnū ſuum intraſſe & urbem ædifi
care cœpiſſe audiens. illuc cū exercitu conualauit ferro aduenas expulſurus. Verum cū deo℞ monitu uterq; ad
amicitiam cōuerteref: adiuuante latino urbē abſoluit Aeneas: nominauitq; lauiniū: ut Romani uolunt a Laui
nia Latini regis filia: ut autem qdā græci fabuloſæ hiſtoriæ ſcriptores ponunt a Lauinia Geloni regis deliorū
filia Aeneæ roganti data a patre: cū fatidica eſſet & ſapiens: Euenit autē: ut dum lauinum conderetur igne per
ſe ex ſaltu accenſo lupus arida ligna ore ferens ſuper igne iecerit: aduolanſq; aquilia motu alarum flammas ex
citarit. Vulpes autem caudam e fluuio madefactam ferens ignem extinguere conaretur: ſed tandem uicta di/
ſceſſit uulpes. Quod monſtrum hoc imperium tandem ſuperaturum quamuis cum difficultate oſtendit.

¶SER. Vi ſuperum:uiolentia deorum ſecundū Homerum qui dicit a Iunone rogatos eſſe deos in odium troianorū:quod & Virgilius tetigit dicēs:Vos quoq; pgameæ.iā fas eſt parcere gēti Diiq;:deæq; omnes. Latē/cet autē defēdit hac ratione troianos q non ſuo merito eos inſequebantur numina:ſed Iunonis īpulſu. ¶Sæ/uæ:Cum a iuuando dicta ſit Iuno:quærunt multi cur eam dixerit ſæuam:& putant temporale eſſe epitheton quaſi ſæuam contra troianos:neſcientes q ſæuam dicebant ueteres magnā:ut Ennius: Inducta fuit ſæua ſtola .i.magna.Itē Virgilius quū ubiq; piū īducat:Aeneā:ait Maternis ſæuus in armis Aeneas.i.magnus. ¶Memorē Iunonis ob irā:cōſtat multa ī auctoribus īueniri p cō trariū ſignificātia:p actiuis paſſiua:ut Pictis bellātur amazones armis:p paſſiuis actiua:ut Populatq; ingē tē farris aceruū.Et hæc uarietas uel potius cōtrarie/tas inuenit̄ ēt ī aliis partibus orationis:ut ſit pnomē p aduerbio:ut eſt Hoc tūc igni potēs cœlo deſcendit

Vi ſuperū:ſæuæ memore Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello paſſus:dū cōderet urbē.
Inferretq; deos latio.genus unde latinum:

ab alto:p huc:Et ī participio:ut Et q̄ uectus abas:p uehebat̄ & in noīe: ut Memorē Iunonis ob iram:Nō quæ meminerat:ſed q̄ ī memoria erat:nā ira nō meminit.De his āt hæc tātū q̄ lecta ſūt ponimus:nā ad eorū exēplū alia formamus. ¶Multa quoq; & bello paſſus:duas cōiūctiones ſeparatas naturaliter nemo cōiūgit.Sed hoc ple rūq; a poetis cā metri fit:ergo hic una uacat.Sicut alio loco:Dixitq;:& plia uoce diremit. ¶Bello paſſus:qđ con tra Turnū geſſit. ¶Dū cōderet urbē: Tres hic ſūt ſignificatiōes. Aut.n.Troiā dicit quā ut primū uenit ī Italiā fe/cit Aeneas:de q̄ ait:Caſtrorū in morē pinnis atq; aggere cīgit:& alio loco Mercurius:Nec te troia capit.Troiam āt dicit:quā primū fecit: Aeneas &.Liuius ī prīo:& Cato ī originibus teſtant̄:Dū.n.i.quo tēpore hæc fieret ab agreſtibus ob uulneratū regiū ceruū cōmota ſūt bella: Aut Laurolauiniū:& ſignificat dū donec.tā diu.n. dimi/cauit q̄ diu tēpus faciēdæ ciuitatis ueniret.i.donec Turnus occūberet: Aut Romā ſignificat: & ē ſenſu dūmodo ergo cōderet urbē aut troiā:aut Laurolauiniū: aut Romā ſignificat. ¶Inferetq; deos latio: Latiū duplex ē : unū a tyebri uſq; ad fūdos: Aliud īde uſq; ad uulturnū.Latiū āt dictū ē q illic.Saturnus latuerit.Inferetq; deos latio: hoc eſt ī latiū:& eſt uſitata figura apud Virgi.Quod.n.cū ppoſitione p accuſatiuū dicimus: ille p datiuū ponit ſine ppoſitiōe.ſic alibi.It clamor cœlo p ad cœlū. ¶Genus unde latinū:Si.iā fuerūt latini:& latiū dicebat̄:cōtra/riū ē qđ dicit ab Aenea latinos originē ducere.pria eſt iucūda abſolutio:ut unde nō referas ad pſonā ſed ad locū Nāq; unde aduerbiū eſt de loco: nō deductio a pſona.Tamē Cato in originibus dicit hoc: cuius auctoritatem Salu.imitat̄ in bello Catilinæ:prīo Italiā tenuiſſe quoſdā q̄ appellabant̄ Aborigines:hos poſtea aduētu Aeneæ Phrygibus iūctos latinos uno nomīe nūcupatos.Ergo deſcēdūt latini nō tātū a troianis:ſed ēt ab aboriginibus Eſt āt uera expoſitio hæc nouimus q uicti uictorū nomē accipiūt:potuit ergo uictore Aenea perire nomē lati nū.Sed uolēs ſibi fauorē latii cōciliare:nomē latinū nō ſolū illis nō ſuſtulit:ſed ēt troianis īpoſuit.Merito ergo illi tribuit qđ ī ipſo fuerat ut poſſet perire:Vnde & ipſe īducit ī.xii.li.rogātē Iunonē ne pareat nomē latinū: itē ī execratiōe Didōis legim9:Nec cū ſe ſub leges pacis iniq̄ Tradiderit.Iniq̄.n.pax ē in q̄ nomē amittit ille q uicit.

¶DONA. Vi ſupe:uis eſt cū fit aliqd cōtra leges.i.cōtra fatū:ut āt oſtēdat nihil tale de ſupis meruiſſe.æneā addit. ¶Sceuæ.m.i.ob.i.Ergo nō pp culpā æneæ fecerunt ſupi : ſed ut obſeqrent̄ Iunōi tanq̄ oīum regine pur/gat̄ igr̄ æneas & deformat̄ Iuno aduerſaria. ¶Sceuæ.i.crudelis q̄ pſequat̄ inocētē & q deo oīum atq; ipſi9 cul tor ſit:onerat ēt eā q inimicitias nulla æneæ culpa ſuſceptas diutiſſime tæciterq; retieret:cū ne id qdā ēt ſi iuſtæ ſint inimicitiæ facer pbis cōueniat.Hoc latius ī.v.Iunōis grauis ita:nec ex ſaturabile pect9.Quā nec lōga dies pie/tas nec mitigat ulla. ¶Dū.c.ur.exaggerat q æneā bello appetiiſſet:cū conderet urbē:&deos īpio publico p futu ros īferret.Qđ ſi obtinuiſſet:nec latinū genus:nec albani principes:nec Ro.īperiū fuiſſe futurū:nec Cæſar impii ro.culmē hiturus:idoluit.n.cū moliri iā tecta uidet iā fidere terræ & bellū p furiā excitauit poſitiōe āt iſta nō ſolū q̄ dicturus ſit:oſtēdi ſed multiformi rōne diuiſiōis utit̄:cōmēdat carmē:æneā a culpa liberat:Iuno.multa uariaq; iuidia obruit:caput carminis ab īuocatiōe muſæ aggredit̄ cui niſi lectoris īſtruendi cā thena pmiſiſſet laboris gratiam pdidiſſet:cū qđ lecturus eēt neſciret:qđ ſi cūcta nō in pleui morti īmature attribuēdū eſt: nā.

¶CHRI. Vi:uis ui & ui in ſingulari hēt.Eſt āt a græco βία.n.apud illos dr̄:& ſignificat robur ut fit uia ui: itē uirtutē:ut multa ui muniet albā.itē uiolentiā:unde dicimus illatā uim uirgini:ſignificat copiā:Vis magna auri hoī illi fuit.Vi ergo ſuperū.i.nō iuſticia & æqtate:ſed uiolētia a q̄ nō abeſt crudelitas : cōciliat ergo beni/uolētiā æneæ a pſona aduerſario q tā iniq; Aeneā inſectarent̄:& a pſona æneæ cōmiſerationē excitat: q non ſua culpa:ſed alio crudelitate in tātas tāq; graues ærūnas inciderit:& tamē oīa animi magnitudine: & ſapien tia tollerauerit & ſupauerit:& cū nō ueriſimile uideret̄ q ſupi dii ita iniq; fuerit hominem pium īſectari oſtē/dit illos ſtudia Iunonis eē ſecutos:quā Home.ēt ſcribit deos in troianos cōcitaſſet. ¶Sceuæ:crudelis: qa iniu/ſta ira cōtra troianos moueret̄.Oſtēdit ex hac re qta fuerit troiano miſeria:cū dea q̄ a iuuādo nomē ſortitur tā iniq; crudelitatē exercuerit:ergo & dea cū munus ppriū dei ſit iuſticia uti:& ea dea q̄ a iuuādo dr̄ p ſummā iniqtatē iuictos crudeliis fuit. ¶Memorē:multa nomina actiue paſſiueq; ponūt̄. Actiue dicimus ſis fœlix:no/ſtrūq; leues quæcūq; laborē.i.ſis ppitia:ac da fœlicitatē.Paſſiue autē: Viuite fœlices:nō q inferant aliis:ſed ipſi accipiant:ſic formidoloſus:& q infert:& cui infert̄ formido. Aliter ergo Teren.Nimis formidoloſa es: aliter: Salu.ſemp illis aliena uirtus formidoloſa eſt:ſic memor actiue ponit̄:ut Dum memor ipſe mei: dum ſpiritus hos reget artus.Paſſiue cum ait Hora.Siue puer furēs īmpſſit memorem dentibus notam.i.de qua illa memi nerit.Sic nūc memorē irā.i.de qua meminiſſet Iuno. ¶Latio:Pli.latiū antiquum a tyberi circeos uſq; producit deinde ad lirim uſq; fluuiū minturnenſiū pceſſiſſe ſcribit.Idē ſenti t Soli.unde a quo ænea:nam ipſe auctor ge neris latini eſt ait.n. Euſe.de tēpo. ¶Latinis:q poſtea romani nūcupati ſunt:poſt tertium annum captiuitatis troiæ ſeu ut qdā uolūt poſt octauum regnauit æneas ānis tribus āte Aeneā Ianus:ſaturnus:Picus:Flaunus: La/

Vis

Latiū

tinus í Italia regnauerűt circiter ánis.cl.Hæc Euſe.Veꝝ ii populi:q ſub Iano:Saturno:Pico:ac Fauno fuerűt:nő
latini ſed aborigenes noíati ſunt:ipſe.n.Diony.alicar.antiqtatis diligẽtiſſimus ſcrutator latinoꝝ ante aduentű
æneæ nuſquá meminit.& Liui.ait Aeneas aduerſus táti belli terroré:aut animos ab originum ſibi conciliaret:
ne ſub eodem iure ſolum ſed etiá noíe omnes eſſent latinos utráq; gentem appellauit:& Stra.idem pene ſentit.
Iuſti.auté in lib.xx.Quid Latinos populos:q ab ænea cőditi uident.Aeneas igit ut exemplum ſuæ clementiæ
populis nuper uictis pberet:utq; ex duobus populis unum efficeret:utrumq; nő ab auctore ſe: ſed aut a latino:
aut a latio deuicto latinos dixit:remittés multum de iure ſuo cui licebat:uel a patria troianos:uel a ſe æneadas
illos denominare:inſtituit auté hoc íperiű Aeneas anno poſt műdű cőditum uigeſimo ſupra quatuor milia.
¶SER. Albaniq; patres: Albá ab Aſcanio cőditá
fuiſſe cőſtat:ſed a quo ícertű utrű a Creuſæ an a Laui
niæ filio:de qua re ét Liui9 dubitat.Hác át quű euer/
tiſſet Tullus Hoſtilius:oés nobiles familias romam

Albaniq; patres:atq; altæ mœnia romæ.

tráſtulit.Et ſciédű bñ hűc ordiné ſemp ſeruare Virgiliű:ut ante dicat latiű:deíde albá:poſt Romá:Quod & in
hoc loco fecit:& in.v.lib.Priſcos docuit celebrare latinos:Albani docuere ſuos nűc maxía porro Accepit roma:
& patriű ſeruauit honoré.Ité in.vii.libro Mos erat heſperio in latio:qué ptinus urbes Albanæ: coluere ſacrű:
nűc maxía rerű Roma colit.ꝑ Altæ mœnia romæ:aut pp gloriá:aut pp ædificia:aut qa í mőtibus collocata é.
¶DONA. Albáiq; pa.atq;.a.m.r.nő ſcripſit.ꝑ Muſa:ab inuocatione muſæ quod erat ſcripturus incœpit: q
cum dea ſit nihil latere oportet:interrogat ergo ut cum nulla in ænea culpa inueniatur:cőfirmet Iu. ſæuitiam.
¶CHRI. Albái patres:ná Aſcani9 relicto lauinio ſuæ nouercæ albá lőgá cődidit:í q ipſi ſuiq; poſteri ſedes re
giáq; habuerűt uſq; ad Romulű Rőæ cőditoré iure igit patres romáoꝝ albái dicét. Regnauerűt aűt iſti reges
ános circiter cétű ac qnqgita.Quo át tpe roma cődita ſit:& qre roma uocata:mira inter ſcriptores uarietas ap/
pet.Freqns opinio é illá cőditá a Romulo & Remo áno prío.vii.olympiadis:áno át poſt captű iliű ſecűdo atq;
trigeſimo ſupra trecéteſimű regnáte athenis Caropo:Cephalő át Gergithius uetuſtiſſim9 ſcriptor illá conditá
pőit ſecűda ætate poſt troianű bellű ab iis q exilio cű ænea ſeruati ſűt a Romo Aeneæ filio idé pene Demagoras
& Agatillus ponűt:Alii aſſerűt Aeneá qs ex moloſis uenit poſt Vlyxé Romá cődidiſſe:& eá ab una iliéſiű mu/
lieꝝ q roma dicebat romá denoíaſſe.Hæc.n.alias troianas mulieres:ut naues incéderét:hortata é errores graui
ter ferés Ariſto.philoſoph9 ſcri.achiuos quoſdá a Troia reuectos tépeſtate í Italiá cőpulſos eé: & qs exacta hye
me ide enauigare decreuiſſent.Tñ cőbuſtis nauib9 ab iis qs captiuas adduxerát mulieribus cőſiliű neceſſitate
ípelléte ímutaſſe:& Romá cődidiſſe Gallias refert Romá troianá mulieré:q cű aliis troiáis uenerat nupſiſſe La
tio ab origenű regi:eiuſq; deíde filios urbé cődidiſſe & a matre denoíaſſe.Xenagoras hiſtoric9 refert Vlyxi ex
Circe tres filios fuiſſe Romű Antiű & Ardeam: q tres urbes cődidere & conditas a ſe denoíauere. Diony.calci/
dé.Romű qdé cőditoré ait fuiſſe ſiue Aſcanii:ſiue Emathionis fili9 fuerit. Alii uolűt Romá cőditá fuiſſe a Ro
mo itali filio.Hæc igit græci ſcribűt ex romanis át nullus ſcriptor uetuſtus é.Sed ex uetuſtis ſermőibus ſerua
tis í ſacris tabulis nőnulli ſuműt æneæ filios fuiſſe Romű & Remum Romæ cőditores.alii ex æneæ filia illos
natos dicűt:& Latino obſides datos:atq; ab eo ſine filiis decédéte heredes regni relictos.Alii dicűt aſcaniű ſuc/
ceſſiſſe:& cű fratribus regnű diuiſiſſe:ipſűq; albá & alia oppida:Romű uero capuá a proauo capy Anchiſen ab
áchiſe & æneá q poſtea ianiculű é uocata a patre a ſe uero Romá denoíaſſe. Hæc quodá tpe fuit deſerta: ſed ſe/
qntib9 deíde tpibus aduétátib9 colonis:quos albani ſub Romo & Romulo duce miſerűt antiq conſtitutioné
reſűpſit:ut duplex fuerit cőſtitutio.Alia paulopoſt res troianas:alia qndecim ætatib9 íferior Antioch9 ſycacu
ſan9 tertiá pőit multo antiqoré regnáte í Italia Morgete.Soli.át refert Euádꝝ cű í italiá uéiſſet oppidű ibi í mő
te íueniſſe:quá Valétiá latini appellauerát.Ergo ipſe hác ne nomé ímutaret Romá græco uocabulo dixit. Ve/
rius tamé putát a Romulo cőditá Romá eáq; qdrata dicta é.eo q eq libra foret poſita.Incipit a ſylua q é in ara
Apollís.& ad ſupciliű ſcalaꝝ Caci finit:ubi tuguriű fuit Fauſtuli í quo máſit Romu.Ro.auſpicato fűdaméta ie
cit duo de uigíti nat9 annos.xi.kalé.maias hora poſt ſecűdá áte tertiá:ut ait.L.Tarűcius mathematicus nobiliſſi
m9 Ioue í piſcib9:Saturno Venere:Marte & Mercurio í ſcorpiőe:Sole í Tauro:lűa í Libra cőſtitutis.Dies illa pi
lia hét obſeruatűq; é deíceps ne q hoſtia cederet pilibus:ut dies ille a ſanguíe pur9 eét.Muſa ab eo qd é μυεῖν.i.
docere dr:uel παρα το μῶ.i.iqro:ná oíum bonaꝝ artiű illas íuétrices eé uolűt.Heſio.i.ſua thegőia muſas a Io
ue eſſe creatas ait:ex Mnemoſine.i.memoria Noué.n.noctes cű illa in Pierio mőte cőcubuiſſe fert:hic nouem
géitæ ſűt muſæ q a mőte ipo pierides appellát:uñ idé Heſi.μουσαι πιερι ηθεν dixit noía át his uerſibus refert.
κλεἰώ:τευτερπη:θαλεια:τε μελπομενητε Τερψἰχορη: τερατώ τε πολυμνιατου ρανιητε
καλλιοπηθηδε προφερες ατηεςιν απάσαων.
Anaximáder lápſacéus:Xenophanes heracleopolites dicűt poetas eé í tutela Apollinis q lyra canit:& noué mu
ſaꝝ í qrű medio ipſe reſidet:& p apolliné humaná uocé ítelligűt q noué íſtrís pficit.Hæc át Fulgétio teſte ítel
ligűt qtuor áteriores détes quoꝝ ſi qs deſit ſibul9:& nő uox ex ore pueit:ité duo labia ſeptía é ligua octauű pa
latű qd græci uranió dicűt qm ſit formá cæli q uráos appellat:q ex re octaua muſa dr urania nona eſt gutturis
pfűditas:p q ſpűs egredit.Ergo át Platői libéter adhæreo:Pőit.n.tátus philoſophis diuini furoris genera qua
tuor de qbus alio fortaſſe í loco dicem9:Inter eos pőit poeticű eűq; a muſis puenire demőſtrat muſas át appel
lat cæleſtiű ſphærarű cátus:ná í li.de repu.ſingulis ſphæris ſingulas ſirenas appoſitas dicit motű ipm ſphærarű
ac ſonű q ide ſit ſignificás .Quapp octo ſphæras octo muſas:ac p illaꝝ cocétű noná pőit:quá qm armőia una é
ex oíb9 ſuauiſſime cőpoſita excellétiſſimá reliqꝝ dixit exiod9 ergo poeſis a diuío furore:furor a muſis: muſæ
a Ioue eodé Plato.teſte pueiűt:ſed de his alio í loco lati9:Alcmeő:ac nőnulli alii eas cæli & terræ filias dicűt.ſed
& de nűero nő oés idé ſentiűt:cű ſint q res tantű ponát muſas ſed nobiliores noué dicűt.Ait.n.ꝑ Home.μουσαι

λέννε ἀπάσαν ἀοιδὸν μένοι ὀπηκάλη. Addit etiã Diodo.ꝙ clio dicit̃ qa κλέοσ gloria eſt & poetæ ex laudi bus qs aliis tribuunt & ſibi & illis maximã gloriã uẽdicãt. Euterpe quoniã ex bonis q̃ ex illa doctrina ꝓueniũt nõ mediocrẽ uoluptatẽ capiãt. Talia qđ ad multũ tẽpus floreãt poetæ θάλλειν.i.florere:& germiare ẽ. Melpo mene a cãtus ſuauitate:ꝑ quã auditores delectãt μέλπω.i.cãto ẽ Terpſicore ꝙ auditores uoluptate capiant ex iis bonis q̃ ex ea doctrina proueniãt τέρπω μαι.i.lector ſignificat. Errato ab amore nomẽ accepit: qa amabiles ſuo carmine reddant poetæ:Polymnia q in diuturna memoria ſunt. Vrania:qa fama:ac animi magnitudiẽ cæ lũ aſcendunt ὀυρανοσ.i.cælo eſt. Calliope ꝙ pulchrã reddat uocẽ quæ cæteris cãtibus antecellat.

Muſa mihi cãs memora.quo numine læſo.
Quid ue dolens:regina deũ: tot uoluere caſus
Inſignem pietate uirum:tot adire labores.

CSER. Muſa mihi cauſas memora:poetæ in tres partes diuidunt carmen ſuum:proponũt:inuocant: narrant.plerũꝗ tamen duas res faciunt:& ipam pro poſitionem miſcẽt inuocationi:quod in utroꝗ ope re Homerus fecit. Nãꝗ hoc melius eſt ut in odyſſea ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον:& in ilia de μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος Lucanus tamen ipſum ordinem uertit: primo enim propoſuit:de inde narrauit poſtea inuocauit:ut eſt Nec ſi te pectore uates Accipiam. Sane obſeruandum eſt in omnibus car minibus ne numen aliquod inuocetur:niſi aliquid ultra humanã poſſibilitatem requirimus:hinc in arte poe tica Hor. Nec deus interſit niſi dignus uindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Virgi.nõ enim poterat per ſe irã numinis noſſe. Item in.ix.libro niſi adderet Iuno uires aíumꝗ miniſtrat:quis crederet Turnum euaſiſ ſe de caſtris? Quo numine læſo:quo in quo in qua cauſa:& eſt.vii.caſus:& communis elocutio.dicimus enim quo te læſi eſt & alia expoſitio:nãꝗ Iuno multa habet numía eſt Curetis quæ utitur curru:& haſta : ut eſt hic illius arma hic currus fuit.eſt Lucina quæ partubus præeſt:ut Iuno Lucina fer opem.eſt regina: ut Quæ diuũ in cælo regina. Sunt & alia eius numina. Merito:ergo dubitat:quod numen eius læſerit. Alii tamen dicunt ſe parãdũ eſſe:ut de odio Iunonis non dubitet: q̃rat autem quod aliud numen eſt læſum. ⁋ Quo numine læſo: ideo trahitur in ambiguitatem:& reqrit in quo Iunonis numen læſit Aeneas:qa in ipſum certa nõ erant odia ſed in gentẽ propter cauſas paulopoſt dicendas. ⁋ Tot uoluere caſus:caſibus uolui:& eſt figura hypallage:quæ fit quotienſcunꝗ uerba per contrarium intelliguntur: Sic alibi:Dare claſſibus auſtros:quum uentis naues de mus non nauibus uentos. Item Animumꝗ labantem Impulit:hoc eſt impellendo fecit labantem. ⁋ Inſignem pietate uirum quia patrem:& deos penates de Troia liberauit:& hic ſe oſtendit merito inuocaſſe muſam. Nã ſi iuſtus eſt Aeneas:cur odio deorum laborat.

CDONA. Inſignem pie.i.deoꝝ cultorẽ:& ſpectatæ uitæ.qđ ergo delinquenti feciſſet cum ita inſectetur in noxiũ. Ergo collige:nam cũ iraſcẽdi cã nõ ſit:& nõ ſaciari innumeris tormẽtis:& grauiſſimis caſibus ꝓbat illã eſſe ſcæuã his dictis iſtruit hoĩes ad bonũ uiuẽdi rõnẽ bonũ.i.uirũ iuſtus dolor moueat: & tamẽ nõ ſit ĩ ultio ne ĩmoderatus:nec iuſtas iras diutius retineat:unde Salu.& iniuria accepta ignoſcere q̃ pſequi malebant.

CCHRI. Quo nũi.l.Quid ue.do.q̃ſi ſtupeat: cũ ignoret aut quo numĩe læſa ſit aut pp quã rẽ doleat:& cur dea cũ ſit ſubſtinuerit in tot calamitates iniicere:uiꝝ nõ mõ piũ ſed pietate p̃ſtãte:cũ nulla uirtus acceptior diis immortalibus eẽ debeat. Eſt.n.pietas q̃ quo oportet amore in patriã in parẽtes:ac in reliquos ſanguĩe cõiũctos affecti ſumus. ⁋ Læſo:Lædere & offendere differũt: Lædit.n.q dãnũ detrimentũ dolorẽ ue afert. Offendit uero qui ex dicto facto ue ſtomachũ indignationẽꝗ cõmouet:& dãnũ nullũ ĩfert. ⁋ Cãs.ſ.efficiẽtes tã graue irã:tã ſæuũ odium. Cæterũ cãs Ariſto.q̃tuor ponit efficiẽtẽ:materialẽ:formalẽ:ac finalẽ. Quod ut expſſius ĩtelligat̃: ponimus Iouis olympici ſimulachrũ:& in eo reqremus cãs:iueniemuſꝗ efficientẽ cãm Phidiã eẽ atheniẽſem q illud inſculpſit:materialẽ uero ebur ex quo factũ eſt formalẽ aũt imaginẽ Iouis q̃ in ebore ſit expſſa ac poſtre mo finalẽ:qa nihil ſit qđ finis alicuius gratia nõ fiat:ergo huius ſimulachri erit finis:ut appeat ꝙ Ioui ſint con ſecrati ludi olympiaci. Pla.uero p̃ter has q̃tuor exemplarẽ ponit:& inſtrũlem. Dicit̃ aũt cã id quod ex eo quod ſit ſequit̃:ut aliud fiat. Veꝝ cã finalis dicitur cã cauſaꝝ:nam propter finẽ reliquæ tres ſunt. Neꝗ eſt nunc quod ꝓſequar quid inter ſe cauſa elementum:& principium:aut cõueniat aut differant.non.n.ad hunc locum atti net talis inqſitio. ⁋ Tot uol.c.fortaſſe non eſt hypallage:nã quis a iuno.ĩpulſus ſit ad multos caſus:ille tamẽ ſua ſapientia & animi magnitudine potius uoluit caſus q̃ ab illis uolueret̃:p̃ſtãtiſſimi.n.uiri potius fortuna regunt q̃ ab illa regant̃. ⁋ Vrbs:an laudat carthaginẽ:ut oſtendatur non omnino ſtultam rei perficiendæ ſpẽ fuiſſe Iu nonis:& ſumuntur loci de probabili quod ponitur in cõſtitutione cõiecturali:in hac eſt ſignum & ſigni partes ſunt locus:tẽpus:ſpaciũ:occaſio ſpes perficiẽdi:& ſpes celandi locus ergo idoneus dabit:ſpem ꝙ eſſet ꝓpinqua Italia:& oppoſita romæ. Erat ſpes pficiẽdi:quoniã & antiqua:& diues:& populoſa:& bellicoſa:ergo q̃uis etiam acceſa eſſet odio. Nõ tamẽ p̃ceps cõſiliũ cœpiſſet:niſi fuiſſet ſpes pficiẽdi. ⁋ Antiq̃ ergo roborata:uiribus oppo nebat̃ naſcẽti. Sic inferius dolet ꝙ urbs antiq̃ ruat multos dominata ꝑ annos Vrbs:hãc deſignabãt ſulco qa ea ducebat̃ qua mœnia futura eſſent:ꝙ cũ illuc ꝑueniebat̃ ubi eẽt futura porta:id ſpaciũ non ſignabat̃ ſulco : ſed portabat̃ aratrũ ne terrã tangeret:unde a portando portã dici uolunt. Ipſe alibi iterea æneas urbẽ deſignat ara tro. Nã Cato ait conditores urbium taurũ in dexteram uaccã interius iũgebant ipſi ĩcincti ritu Gabino.i.togæ parte caput uelati tenebant ſtiuam incuruã:ut glebæ omnes intro ruerent:unde territoriũ quaſi terribouium dictum eſt attritu boum:& aratri. Erant boues albi:ut illo candore oſtenderetur ciues ſine labe eam oportere. Glebæ internæ reiiciebant̃:quoniam omnis fertilitas in urbẽ importanda ſit. Erant ita boues iũcti:ut uacca in terior taurus exterior eſſet qa mulieris eſt q̃ ĩtra domũ ſunt curare: Viri uero q̃ extra de hac re. Oui.i.lib.faſto. Inde p̃mens ſtiuam deſignat mœnia ſulco: Alba iugũ niueo cũ boue uacca tulit. Sulcus aũt ille qui ſic tunc im primebat̃ teſte Pompeio feſto primigenius dicebatur. Vomis aũt æneus adhibebatur:ut refert Macro.

Impulerit.tantæ ne animis cæleſtibus iræ?
Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni:
Carthago:Italiam contra:tyberinaq; longe
Hoſtia.diues opum ſtudiiſq; aſperrima belli.
Quā Iuno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabita coluiſſe Samo.hic illius arma:
Hic currus fuit.hoc regnū dea gētibus eſſe
Siqua fata ſinant:iam tum tenditq; fouetq;:
Progeniem ſed enim troiano a ſanguine duci

¶SER. Acceſtis:ꝑ acceſſiſtis:aut ualde acceſſiſtis.i.iuxta.& bene ait acceſtis:nō.n.paſſi ſunt hæc picula:ſed his fuere uicini.¶Cyclopea ſaxa:aut q̄ Cyclops in Vlyxē iecit:aut certe ſiciliā dicit in q̄ Cyclopes habitauerūt: ut ipe cētū alii curua hæc habitāt ad littora uulgo īfandi cyclopes poſſum⁹ tñ ætnā accipe: nā & ipſe in.iii.ait. Nocte illā tecti ſiluis īmania monſtra pferrimus.¶Mœſtūq; timorē:qd̄ mœſtos & ſollicitos efficiat: ut mors pallida:& triſtis ſenectus.¶Mittite:omittite:& ē tropus aphæreſis:qūo tēnere:ꝑ cōtēnere.¶Forſan:fortaſſis: forſitā:forte:fors unū ſignificāt:ſed uarie ꝑ metri rōne ponūt.¶Olim:mō futuri tpis ē.¶Meminiſſe:meminit & genitiuū regit & accuſatiuū.dicimus.n.& memini maloꝝ & memini mala & iuſta rōnē:nam memoriæ obliuio cōtraria ē: & obliuiſcor ſimiliter & genitiuū regit & accuſatiuū:ut obliuiſcor cæteris & incēdioꝝ:& obliuiſcor iniurias tuas & itē Cice.obliuiſcor Iniurias tuas o Clodi.¶Iuuabit: futuri tpis ē. huius aūt uerbi pteritū pfectū anomalū ē.Nā cū primæ cōiugatiōis uerba in tpe pfecto aut in aui exeāt: ut amaui:aut in ui ſolutā:ut tonui: hoc uerbū neq; ī aui facit:neq; ī ui ſed uui ut Iuui.Luca.Iuuit ſumpta ducē : iuuit dimiſſa ptās.¶Per uarios caſus : argumētū:a cōpēſatione.¶Sedes qetas:nō uacat qd̄ adiecit qetas.habuit.n.ſedes in thracia & in creta : ſed nō qetas.¶Illic fas regna reſurgere troiæ:figura eſt & iā antedicta:qua p contrariū aliqd ītelligimus. dicēdo enim illic fas oñdit alibi nefas:ut occurreret cogitationi ſocioꝝ:ne fatigati malis quaſcūq; reqrerent ſedes:qd̄ etiā in.v.factū eſt nauibus incenſis.¶Durate:duri eſtote ad ſuſtinēdos labores.ſic Oratius : Vix durare Poſſunt īperioſius æquor.¶Et uoſmet rebus ſeruare ſecūdis:παρέλκον eſt.Sciēdū aūt eſt has pticulas met:piam:pte:ut egomet:qſpiā:ſuopte:tutemet:& ſimilia ornatus cauſa poni.Sūt enim aduerbia.quicqd enim ab illis ſeptē receſſerit partibus:aduerbiū ſit neceſſe eſt.Itē queadmodū ꝓbamus aduerbia eſſe quia dicimus docte facio:docte feci:docte feciſti & mutato uerbo remanet aduerbiū ergo ſic & in iſtis particulis īuenimus:ut egomet:noſmet:ut mutatis caſibus:uel pſonis:cū eadem particula remaneat aduerbia ſine dubio ſunt.Nulla enim hoc alia pars orōnis admittit.Notādū ſane q; hæ particulæ plerūq; ſuā uim & naturā habēt nō ſyllabarum.Nā quū te & me lōgæ ſint tutemet dactylus īuenit:nec poſſumus.harū partiū naturā diſcutere:quia ſub regulis nō ſunt.¶Voce refert πλεονασμὸς qui fit quotiēs addūtur ſuperflua:ut alibi: Voceq; his aurib⁹ hauſi.Terētius:His oculis egomet uidi.¶Curis:cura ab eo dicta eſt q; cor urat deniq; paulo poſt ait Premit altum corde dolorē.¶Aeger:ē & triſtis & male ualēs ægrot⁹ āt ſiue ægrotās tm̄mō male ualēs.¶Spē:lætitiā:& ē crebra apd̄ Virg.figura:q̄ fit quotiēs ſignificat ab eo qd̄ pcedit id qd̄ ſeqt.Nā ſpē lætitia ſeqt.ſpes uero ī uultu nō uidet:ſed lætitia.hæc aūt figura & uerſa uice fit:ut intelligamus ab eo qd̄ ſequit id qd̄ pcedit:ut Meritæq; expectēt pmia palmæ:palmā ꝑ uirtute poſuit:q̄ primū meret:& palmā poſt accipit.¶Prædæ:ad pdā:ut īferetq; deos latio.¶Accingūt:ſtudioſe parāt:ut alibi:Accingūt opi.accitos.n.īduſtrios dicimus: ut paribuſq; accīgit armis Ora.Alti⁹ ac nos pcincti ſum⁹:ſicut cōtra neglīgētes diſcinctos uocam⁹:ut diſcinctos mulciber afros & hor.qd̄ aut auar⁹ ut chremes terra pmā diſcict⁹:aut pdā ut nepos ut græce εὔζωνοι expediti dñr.¶Dapibuſq; futuris:ābitioſe dixit q; ſint cerui dapes futur.¶Tergora:terg⁹ tergoris:uñ & tergora coriū ſignat: tergū uero tergi:ut tēplū tēpli dorſū ſignificat:ut Saluſti.ſqa tergis abſtinet.¶Viſcera nu.uiſcera nō tm̄ iteſtina dicſus:ſed qcqd ſub corio ē:ut ī albano lati⁹ uiſceratio dabat.i.caro.ē āt ntūs hoc uiſc⁹ hui⁹ uiſceris:ut Lucre. Viſc⁹gigni ſāguēq; creari.ſāguē āt iō dixit:qa ſāguis facit:ut carm carmis.ſi.n.ſāguis dicert par eēt ntūs gtō ut āguis piguis.

¶DONA. Acceſtis:Oſtēdit fortunæ ſuffragio ex intima ſaxoꝝ parte liberatos.¶Forſan & hæc:delectabit nos cū ad ꝓſpera uenerim⁹ etiā hæc inter mala enumerare.¶Olim:tria tpa ſignificat pteritū pſens :& futurū. ¶Durate:qn̄do p mala ad bona trāſeūdū eſt:ſpe bonoꝝ tollerāda ſunt aduerſa:pſertim ubi ſpōdet p breuiſſimū tps ociū ſempiternū.¶Fata:ergo parēdū eſt:nā illis obſiſti nō poteſt.¶Illic fas:& euadēdi : & pueniēdi ſpē pollicet:& aſſerit Italiā ſolā eſſe q̄ digna ſit in qua troiæ imperiū reſurgat.¶Curiſq; ingen.æ.pſuaſoris erat:ut metū diſſimularet cū ſpem pſuadere tentaret:& regis erat afferre cōſolationē utrūq; ergo pſtitit: neq; oportebat illū in ſua cā ſine cura eſſe.¶Illi:oſtēdit quid potuerit conſolatio. Nā niſi mœror ſublatus fuiſſet refectionē aliquā non queſiſſent.¶Tergora diripiunt:diuidit per officia procuratio epularū neq; delitioſæ dapes aut irritamenta gulæ erant iis paranda:qui naufragio:& in edia laborauerunt.¶Tergora:eodē tpe alii detrahebāt coria.Alii anteq̄ tota corpora apparerent reſecabant partes:& ut plenā properationem oſtendat addit.

¶CHRI. Animos:uehemētiā animoꝝ quaſi fortitudinē quæ in calamitate occubuerat.¶Per uarios caſus duo dicit primo oſtēdit nō eē refugienda mala p quæ uenit ad tantū bonū:deinde nō eſſe dubitādū de eo bono quod ꝓmittūt fata.¶Durate:nō hoc dixit niſi poſtquā oſtēderat quare eēt tollerādæ.¶Rebus ſecūdis : q̄ſi indubitate oſtēdat euaſionē.¶Aeger:magna ſapiētia:qua poterat uim afferre perturbationibus:& ita coercere ne apparerent.¶Spem:quomodo pro lęticia ponitur quæ eſt de præſenti bono quod nullū hic eſt ergo in propria ſignificatione dixit ſpē quæ ita uultu demonſtrari poterat:ut lęticia.Nā utraq; res hilaritatē habet: Verū de ſpe ac reliquis animorū moribus alio loco diſtinctius dicetur.¶Dapibus fu.ex affectu illoꝝ loquitur qui in tanta ægeſtate uilia precioſiſſima putabant:ut illud poſt aliquod mea regna uidens mirabor ariſtas.

Acceſtis ſcopulos:uos & cyclopea ſaxa
Experti:reuocate animos : mœſtumq; timorē
Mittite:forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per uarios caſus:per tot diſcrimina rerum
Tendimus in latium:ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt:illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate:& uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia uoce refert:curiſq; ingentibus æger
Spem uultu ſimulat : pmit altū corde dolorē.
Illi ſe prædę accingunt:dapibuſq; futuris:
Tergora diripiunt coſtis:& uiſcera nudant.

Pars in fruſtra ſecãt: ueribuſq; tremẽtia figũt.
Littore ahena locãt alii: flãmaſq; miniſtrant.
Tum uictu reuocant uires: fuſiq; per herbã
Implentur ueteris bacchi: pinguiſq; ferinæ.
Poſtq̃ exempta fames epulis: mẽſæq; remotæ:
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt
Spemq; metũq; īter dubii: ſeu uiuere credant:
Siue extrema pati: nec iam exaudire uocatos:
Præcipuæ pius Aeneas: nunc acris Oronti
Nunc a Myci caſum gemit: & crudelia ſecum
Fata Lyci: fortemq; Gyan: fortemq; Cloãthũ:

¶SER. Veribus: ecce nomẽ de his: quæ in numero ſingulari indeclinabilia ſunt: ut ueru: cornu: genu. ¶ Tremẽtia: palpitãtia adhuc. ¶ Ahena locãt: quibus utebantur nõ ad elixandas carnẽ: ſed ad ſe lauandos: heroicis.n. tpibus carne non ueſcebantur elixa. huic aũt nomini maiores aſpirationẽ dabãt. Nã ahena dicebant. ¶ Tunc.i. poſtquam ſe lauerunt. ¶ Victu: cibo: unde & cõuictores dicimus: ut Horatius: Nõ quia ſum tibi Mœcenas cõuictor. Nam cõuiuæ a conuiuio dicuntur. ¶ Fuſi: polyſemus ſermo eſt: ſignificat enim & diſcumbentes ut hoc loco: & fugatos: & occiſos. ¶ Implentur: impleor duos caſus regit. dicimus enim & impleor huius rei: ut Cicero. Squalloris plenus ac pulueris: & Terẽtius: Plenus rimarum ſum: & impleor illa re: ut hoc loco: & alibi: Plenãq; ſagittis threiciis. & Iuuenalis: Lectica Mathonis Plena ipſo. ¶ Ferinæ: feras dicimus aut ꝙ omni corpore feruntur: aut ꝙ naturali utuntur libertate: & pro deſiderio ſuo feruntur. Poſtq̃ exempta fames: caute ĩ mœſtitia cibis famem exemptam dicit: ideſt fugatã: nõ ad affluẽtiã quæſitã ſicut Homerus.

Αυταρεπεὶ ποσιος και εδητύος ἐξέρον ἔντο.

¶ Menſæq; remotæ: qa apud maiores menſas apponebant ꝓ diſcis unde eſt. Et menſæ grata ſecũdæ. duas enim hẽbant menſas: unã carnis: alterã pomorũ. ¶ Amiſſos: nõ reuera: ſed ut illo tpe putabãt. ¶ Exaudire uocatos: aut ſubaudiamus deos: & quaſi cõqueſtio eſt ꝙ non flectãtur ꝑcibus: aut certe hoc dicit: nõ ſolũ periiſſe eos ſed nec ſepulturã hẽre: ad quã uocentur. nouimus enim ꝙ mortuoꝝ umbræ ad ſepulturã uocabantur: ut eſt Maneſq; uocabat Hectoreum ad tumulũ: & eſt figura ab eo qđ ꝑcedit id qđ ſequitur: qa poſt facta ſepulchra: manes uocantur. ¶ Præcipue: præter omnes quaſi aliis magis pius. ¶ Oronti: pro orontis: ut Immittis achilli. ¶ Secum: propter ſocios: ut ſupra Spem uultu ſimulat.

¶DONA. Veribus tre. fi. Hoc eſt in quibus adhuc aliquid ſpiritus teneretur. ¶ Ahena: aquam imponebãt igni ut elixam facerent carnem: Hæc coquendis uiſceribus celeritatem præſtant. Deniq; epulis paratis uires labore & fame perditas reuocant. ¶ Fuſiſq; per: adeo aduerſariorum obliti erant ut fuſi per herbam plus ſibi ingererẽt q̃ refectio poſtulabat. Hoc autem præſtitit perſuaſio cõſulti regis. ¶ Ferinæ: per ſe ſuauis. caro eſt hæc: ſed additur pinguedo ut ſuauior animos appetẽtium irritet. Vino autem acceſſerat gratia a tempore qualitate & quantitate. Nam & uetus & optimum & abundans fuerat. Hinc dixit implentur ueteris Bachi. ¶ Poſtq̃ exempta fa. Fame & laſſitudine oppreſſos nullos cura tangebat. Refectis uero uenit in mentem recordatio ſociorum quorum cum de morte incerti eſſent erant inter ſpem uitæ & mœtum mortis. Aeneæ autem maior ponitur uirtus qui nec cibum ſumpſit. nec diſſimulare de perditis potuit: nec eorum curam poſuit: qui nec ſuperaſſe poterant. ¶ Secum: Nam apud alios ſpem uultu ſimulat.

¶CHRI. Ahena: ab eo quod æs fit æreus atq; æneus: & ſubſtantiuum per diſſolutionem diphthõgi & ĩterpoſitionem .h. ahenum uas ex ære quo aqua calefit. Si autem capacius ſit: ut id quo utuntur infectores ad ueſtes tingendas & huiuſmodi artifices cortina dicitur: ut inuenies apud Plinium: Flammas: quia flando excitantur. ¶ Bacchi: ideſt uini: & eſt denominatio color rethoricus: quæ trahit orationem a rebus propinquis: ut intelligantur res quæ ſuo non ſit appellate nomine: Vt ab inuentore: ut ſi tarpeiam capitolium dicamus ut ſi pro libero uinum ponatur: ut ab inſtrumento: ut ſi fariſſas pro macedonibus ponas: aut quod fit pro eo quod facit ut cum dicimus Mars hoc fecit: ideſt bellum: aut quod facit pro eo quod fit: ut pigrum

Metus
Spes

frigus quia pigros facit. Item cum ponitur continens pro contento aut contra. ¶ Spemque metu inter: Anaſtrophe eſt: quia præpoſitio poſtponitur: ut Tranſtra per & remos: ideſt per tranſtra: Poſuit autem hic duas perturbationes ambas de futuro. Nam metus eſt opinio impendentis mali. Spes eſt impendentis boni. Sed poſuit ſpem pro libidine: Nam ſpes ſedatus eſt motus in bono quod expectatur: & cadit in ſapientem. Quatuor enim ſunt perturbationes: Hæ autem in ſapientem non cadunt. Quia expellunt tranquillitatem ex animo in qua ſemper eſt ſapiens: excitantur enim non ſua natura: ſed falſa noſtra opinione: & habent motum aduerſan

Læticia
Libido

tem rationi. Nam cum de bono præſenti ſupra modum lætatur dicitur læticia geſtiens. Si autem ex futuro bono nimis pendet dicitur libido: ergo læticia geſtiens eſt opinio recens boni præſentis: in quo efferri rectum uideatur. Libido autem eſt opinio futuri boni: quod ſi ex uſu iam præſens eſſe & adeſſe. Sin autem in malo præſenti ſimus dicitur illa ægritudo. Quæ eſt opinio recens mali præſentis: in quo demiti contrahiq; animo rectum eſſe uideatur. Si autem eſt impendens ac futurum malum dicitur metus qui eſt opinio impendentis mali quod intollerabile eſſe uideatur. Verum ut perturbatio omnis motus eſt aduerſans rationi. Sic inuenitur appetitus qui rationi obtemperet & conſtanter ſedateque inſurgat. Ergo in bono futuro eſt uoluntas. Ea autem eſt quæ quid cum ratione deſiderat. In præſenti autem eſt gaudium quod placide conſtanterque mouetur. Sin autem ſit de futuro malo appellatur cautio præſentis autem mali nulla bona affectio eſt. Ergo poſuit ſpem pro libidine & nimia cupiditate. ¶ Præcipue pius: Semper in officiis iuſticiæ pietatis ac fortitudinis hunc præcipuum facit. ¶ Gemit: optime dixit ut ſupra ingemit: Variat autem hunc locum ne ſimilitudo faſtidium afferat. Non enim dixit Gemit caſum orontis Lycigiæ Colanthi. Sed diſtinxit: & inſuper exornauit reperitione.

Et iam finis erat:cũ Iuppiter Aethere ſummo
Deſpiciens mare ueliuolum terraſq; iacenteis
Littoraq;:& latos populos:ſic uertice cœli
Conſtitit:& libyæ defixit lumina regnis.
Atq; illum taleis iactanté pectore curas.
Triſtior:& lachrymis oculos ſuffuſa nitéteis
Alloquit̃ uenus:o qui res hominumq; deũq;

¶SER. Finis:uel fabularũ uel diei.ſeqtur nãq; paulopoſt Aeneas p nocté plurima uolués.Et ſciẽdũ ẽ Virgi. nõ ſemp dicere ortũ uel occaſũ diei ſed aut ĩtellectui relinq̃re ut hoc loco:aut negociis tpa ſignificare aut poeti ca καλλοπισμῷ.i.exornatiõis rõne nõ oĩa exprimere:unde ait Hora.in arte poetica:nec uerbũ uerbo curabis reddere fidus ĩterpres:quáuis pleriq; de tráſlatiõe græcitatis hoc aſſerát dictũ.Home.ſane iſta cõténés tpa uniuerſa deſcribit.⁋Quõ Iuppiter æthere ſũmo deſpiciés:œconomiá iſtá ſcd̃m matheſim uidet̃ ordinaſſe Virg. Ná Ioue in altitudine ſua poſito cũ Venere ſignificat̃:quod p mulieré aliqua felicitas poſſit euenire:ergo quoniá Aeneas in parté regni admittet̃ a Didone per occaſioné coniugii: iccirco hoc poetice p̃miſit.ſane & illud aduertédum ẽ q; peritiſſime dixit triſtioré Veneré fuiſſe cũ Ioue ex quo ſignificat exitũ uxoris ĩfelicé futurũ.Ná ſe utiq; Dido ĩteremit̃ qd̃ aũt Mercuriũ facit a Ioue defluenté ad occaſum deſcédere.i.ad ĩma terrarũ oſtédit amicitias qdé fore: ſed minime diuturno tépore permanere.Illud etiam lectum eſt: & mathematici dicunt Venere in uirgine poſita:miſericordé fœminam naſci.atq; ideo Virgilius fingit in habitu uirginis uenatricis Venerem occurriſſe filio:q; & miſericordem poſtea reginam probauit Aeneas:& in uenatiõe cũ ea p̃mixtus eſt.⁋Aethere ſummo: qui ſummus eſt:& ꝓpriũ ætheri epitheton dedit:quia omnibus ſuperior eſt.⁋Deſpiciens: deorſum aſpiciés ſicut ſuſpiciens ſurſum aſpiciens.Notandũ ſane q; ſi diſpiciens dixerimus diligenter inq̃rens ſignificamus:ſicut deduco & diduco.Ná deduco eſt ꝓſequor:diduco uero diuido.⁋Veliuolum:duas res ſignificat & qd̃ uelis uolat̃.i.tráſeat̃ ut hoc loco:& qd̃ uelis uolat ut Ennius naues ueliuolas.qd̃ & ꝓprie dixit & eſt iſta reciproca tráſlatio nauiũ:& auiũ.Legimus.n.Et uelorũ pandimus alas: & cõtra de apibus. Nare p æſtaté liquidá:quõ natatus nauiũ ſit:alæ uero auiũ.Et ſciendũ eſt reciprocá tranſlationé eſſe & partis unius.⁋Iacétis:aut in lõgũ expoſitas:aut ꝓpriũ epitheton eſt terrarũ.ná cætera eleméta mobilia ſunt:ſola terra ſtabilis eſt: unde & bruta dicit̃ aut iacétes inferius poſitas.ſunt.n.oĩum ĩfimæ elemétorũ.⁋Latos populos:quom populos numero plurali dicimus urbes ſignificamus.quom uero populũ unius multitudiné ciuitatis intelligimus ut populũ late regé belloq; ſuperbũ de Romano enim intellexit.⁋Sic:qd eſt ſic.i.ut iſta cõſpiceret.⁋Et libyæ defixit lumina regnis: ꝓœconomia.i.diſpoſitio carminis.uituperabile enim fuerat ſi ex abrupto tranſitũ faceret:qd̃ in nouo fecit.Atq; ea diuerſa penitus dũ parte gerunt̃:q̃ res tamé excuſat̃ uno ſermone atq; ea.i.eodé tpe qd̃ ſolũ eſt interpoſitũ:nũc uero bene tráſiit:qa ĩducit Ioué & de rebus humanis cogitáté:& aphricá reſpiciété:ad quá Venere troiani.Vnde honeſtꝰ color ẽ:ut uenus adeat Ioué timẽs ne romana fata carthagini cõcedat.fœlix.n.euẽtus ſeqtur loca q̃ reſpexerit Iupiter.unde in.ii.ait.Aſpice nos hoc tátũ:& alibi:atq; oculos rutulorũ reiicit aruis:ubi erat futura uictoria.⁋Tales:de rebus humanis.⁋Iactáté pectore curas:nũc ſcd̃m Stoicos loqtur: q deos dicũt humana curare.Interdũ ſcd̃m Epicureos poetica utés licétia:unde illud Nec curare deũ credis mortalia quenquá.⁋Triſtior:cõparatiuũ ꝓ poſitiuo poſuit quádo.n.triſtis eſt Venus:ut nunc triſtior diceret̃?⁋Oculos ſuffuſa nitentis:nitidos oculos lachrymis p̃fuſos habés:& eſt figura q̃ fit quotiés participio præteriti tp̃is a paſſiuo iungimus caſum accuſatiuum:ut deiectus animum:mœſta uultum.dicendo autem nitentis expreſſit etiam nimiam in lachrymis pulchritudinem.ſicut de Euryalo Lachrymæq; decoræ.

¶DONA. Finis:epularũ uel fabularũ:uel lucis.⁋Deſpiciens:Iuppiter ex alto actus hominũ cõſiderabat:uenus aũt arrepta occaſione eũ alloqtur.⁋Triſtior:q̃ antea.⁋Lachrymis:Ille ẽ maxius dolor q ante uocis exortũ lachrymis p̃cedétibus nũciat̃.⁋Tales:res plena ſubtili arte:ubi nõ p̃ſonarũ ſolũ:ſed rerũ habet̃ ratio.Loqt̃ Venus ad Ioué ſi priuata filia ad patrẽ:ſi publica ĩferior dea apud ſũmũ deorũ:Vicit át qd̃ publicũ fuit cõcitat ſubtilé inuidiá:quod Iuppiter:cuius ſit iuſte curare:qd dii:qd hoĩes agant omiſſerit uerum æneá pium & innoxium tot torméntis diſſimulás uexari ſinat:p̃ponit̃ ergo publica p̃ſona & ſubnectit̃ priuata:apud.n.patré nõ potuit cõqueri de diis.Sed apud deorũ regé.Diis auté applicauit æternis.r.i.Et hominibus fulmine.t.

¶CHRI. Vertice cœli:eũ locũ ſignificat:qué mathematici appellát decimá domũ.Et ẽ in medio cœli.Quæ domus eſt decima ĩ ordine.xii.domorũ cœli:q̃ ſignificat reges ſublimitaté:exaltationé:dignitates: & laudem. ⁋Triſtior:ſub triſtis.Significat enim cõparatiuũ aliquádo minus q̃ põſitiuũ:ut crudior fuit hodie roſcius Lachrymis:Sunt qui a lacerando lachrymas dici putant:ſua.n.ſalſedine genas lacerant.⁋Vt.n.e naribus pituita & ex auribus bilis ſic ex oculis atra bilis emittitur. Hic autem humor quia terram refert ſalſus eſt: ꝓptereaq; corrodit.Alii dicũt lachrymas dici a Græco uerbo.Ná illi δάκρυα dicũt lachrymas ab eo qd̃ ẽ δακρύω mordeo quia oculos mordét.Antiqui auté lachryma:ſepulchrũ:& pulcher aſpirauerunt.⁋O qui: O uocantis eſt. Ité admirantis: ut O qualis facies & qualis digna tabella.Indignantis:ut O tépora o mores.Optantis ut quanq̃ o:ſed ſuperét quibus hoc neptũne dediſti:Eſt auté oratio ĩ genere deliberatiuo: Suadet.n.Ioui ut liberet troianos a periculis:deducat in Italiá.Ponit rẽ facilé:cũ ille oĩa poſſit.Ponit honeſtá:cum pollicitus fuerit.Ponit utilé quia detur filio & poſteris.Captat beniuolentiá:cũ appellet regé hoĩum & deorũ. Eſt ſermo patheticus.Ná ſtatim a principio latenter cõqueritur quod cum oĩa poſſit:promiſſa nõ obſeruet:prorũpit interrogationé q̃ tũc grauiſſima eſt:cum aliter quá uelit ĩterrogator reſpõderi nõ poſſit:ut hic Nam cum dicat quid meus æneas cõmiſit:nõ poteſt reſponderi niſi nihil.Agit auté táquá apud deorũ regé de iure:táquá auté apud patrem de cõmiſeratione.Quibus duobus cõiunctis oportet eam conuinci.⁋O qui rex.h.Hoc principio & beniuolétiá ſimul captat & facultatem ineſſe in Ioue oſtendit:ut det quod petit:cum multo maiora poſſit.

Aeternis regis imperiis:& fulmine terres:
Q uid meus Aeneas in te committere tātum?
Q uid Troes potuere? quibus tot funera paſſis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato a ſanguīe Teucri
Q ui mare:qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus:quæ te genitor ſententia uertit?
Hoc equidem occaſum Troiæ:triſteiſq; ruinas
Solabar:fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna uiros tot caſibus actos
Inſequitur:quem das fine Rex magne laboꝝ?

¶SER. Aeternis regis īperiis & fulmine terres:uolūt qdā ſupfluo regis ad deos referri:terres ad hoīes:neſcientes maioris eē ptātis idē poſſe circa deos quod circa hoīes. ¶ Et fulmine terres:nō ſine cā adiecit terres.eſt.n. fulmē qđ terreat:eſt qđ afflet ut Fulmīs afflauit uentis:ē qđ puniat:ut uel pater oīpotens adigat me fulmīe ad umbras.pemptorii aūt fulmīs late patet ſignificatio.& eſt qđ pſagit:ut De cœlo tactas memini pdicere quercus. ¶ Quid meus:ſubaudi filius:ut Aiacis oilei:ut ante diximus. ¶ In te:mō cōtra te.alibi ꝓ ſignificat: ut Benignū accipit in teucros animū:ideſt ꝓ teucris. ¶ Quid troes potuere: Argumētū ab impoſſibili. ut alibi:non ea uis aīo.& eſt ualidius q̄ a uoluntate. plus.n.eſt nō poſſe q̄ nolle. Troes:erit noīatiuus tros. & hæc breuiter ſciēda regula eſt:qa oīa noīa monoſyllaba græca:quæ in latinū ſermonē trāſeūt: tertiæ tantū ſunt declinatiōis:& tā latine q̄ græce decliari poſſunt: ut tros trois & troos: Pan panis & panos.ut arcadici dictū panos de more lycæi. ¶ Ob Italiā:ne ad Italiā perueniāt toto orbe pelluntˀ:atqui ī africa ſunt: ſed ſi diligenter requiras etiā inde pelluntˀ.ait nanq; Hoſpicio ꝓhibemur arenæ. ¶ Certe hinc romanos : atqui hoc nuſq̄ legimus:ſed Iouē ꝓmiſiſſe p ſilentiū intelligimus:ut ſupius de Iunōe audierat. ¶ Voluētibus: uolubilibus.& eſt participiū ꝓ nomine. Voluens.n. qui uoluit:uolubilis aūt q uoluitˀ. Anni autē uoluūtur:nō uoluūt:ut eſt atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. ¶ Fore:futuros eſſe:& ē de uerbis defectiuis. ¶ Reuocato:dicēdo reuocato oſtēdit Italiā:unde Dardanus fuerat. ¶ A ſanguie teucri: Teucrū ꝓ Dardano poſuīt. Dardanus enim de Italia ꝓfectus eſt:teucer decreta:qa ſolēt poetæ noīa de pſonis aut ꝓuinciis uicinis uſurpare:ut Domitus pollucis habenis Cyllarus:quū Caſtor equoꝝ domitor fuerit. Itē Et māibus Progne pectus ſignata cruentū:pro Philomena. Item Didonē dicit ſidoniā:quō ſit tyria:a loci uicinitate. Itē Quid loquar aut ſcyllam niſi? quō Phorci fuerit. Et ſciēdū eſt inter fabulā & argumētum & hiſtoriā hocītereſſe:q; fabula eſt dicta res cōtra naturā ſiue facta:ſiue nō facta:ut de Paſiphæ hiſtoria eſt quicqd ſecundū naturā dicitur:ſiue factū:ſiue nō factū:ut de Phedra:argumētū ut ſic:diffinit eſt res ficta: quæ tamē fieri poteſt.ut ſunt argumenta Comœdiaꝝ. ¶ Omni ditiōe:melius omni quā omnis. Nā ſignificat omni poteſtate:ut ſignificet omni poteſtate.i.pace:legibus bello. ¶ Pollicitus:pollicēur ſpōte:promittimus rogati. ¶ Quæ te genitor ſentētia uertit:uerecunde agit Venus:nec enim cōueniebat:ut apte cōtra uxorē ageret apud maritū unde & ſimiliter reſpondet Iuppiter:Neq; me ſententia uertit. ¶ Hoc:hac re. ¶ Rependens:compenſans:& eſt tranſlatio a pecunia quæ antea pendebatur. ¶ Nunc eadem ſimilis:qualis ab initio fuit: Vt oſtendat nec longitudinem temporis prodeſſe troianis. ¶ Finem:ac ſi diceret non regnum requirimus.ſed finem laborum.

¶DONA. Aeternis:ergo nō ſunt cōtēnenda ueluti ea q̄ ad tps ſunt.q.d.nō ueniūt dii cōtra fata. ¶ Quid:freta inocētiā Troianoꝝ: q̄rit nomē delicti:quo nō inuēto cōſtet eos in meritos pati. ¶ Aeneas:ſpeciale ponit nomē atq; inde trāſit ad genus. ¶ In te:regē.d.&.h.qui oīa hēs in ptāte. Auū ſuū:ꝓmiſſorē noui īperii:quē oēs dii ſuſpiciūt:& hoīes fulmine territi uenerantˀ. ¶ Meus.ſ.filius tuus nepos. ¶ Tantū:bis repete qd tm̄ æneas: & qd tm̄ troes. ¶ Tantū:tā magnū tā īmane. ¶ Cūctus:ad id redigitˀ:nec alibi ſtare:nec in Italiā uenire poſſit. Ergo reſtat ut in fluctibus ſemp exagitetˀ. ¶ Pollicitus:cōuenit ex ueteris ꝓmiſſi īmo pollicitatiōis fide turpe.n.ē decedere de fide turpiſſimū cuius mutare ſniam. Quid ergo tāto deo pſertim ubi filiæ nepotiſq; uertatˀ īcōmodū. ¶ Genitor:pōit poſt publicā pſonā patrē ut appareat neutrā illaꝝ decere pfidia traduci. ¶ Vertit:cū uas uertitˀ: oē qđ hēt effunditˀ. Ergo oñdit qđ Iuppiter inimica pſuaſiōe ita ſit uerſus:ut nihil pietatis ſit ī eo relictū:quā integra filiæ pſtare debuit. ¶ Genitor:multū ualet hæc pſona ī ꝓmiſſis:q̄ nō liberis ſolū ueꝝ & poſteris ſint ꝓfutura. Quæ ſnīa.q.d.qs te potior q te poſſit uertere? ¶ Hoc eqdē:diſſimulādū eſt dānū:ſi qđ admiſſum ē alterius cōmodi ratione pēſatˀ. Vnde cōpēſatio dicitˀ ueluti ſi in altera lāce dāno poſito ī altera cōmodū par aut maius ponatˀ. ¶ Occaſū troiæ:oſtēdit rē maximā piiſſe:Caſus.n.paruæ rei ē uel pſone īferioris. Occaſus diuīæ rei uel pſonæ ſupioris:nā ſolē lunāq; occiderˀ & uiros pclaros occidiſſe dicius. ¶ Repēdēs:cōparās & exequās mala fata bōis. ¶ Nūc eadē:nō ſolū nō uēiūt bōa ſed manēt mala. ¶ Quē das.ſ.qa Iuppiter pōt poſtulata cōplerˀ & potuit efficere ne aliqñ acciderēt. Pōt & ſic ītelligi. ¶ Quē das.ſ.i.qñ troiāi ueniēt ī Italiā aut qñ carebūt his malis.

¶CHRI. Aeternis:ergo nec defuit adhuc nec de futura ē ſibi facultas. ¶ Regis:in q̄ re icluditˀ iuſtitia quā in eo laudat cū iuſta ab eo īpetrare cōtēdat. ¶ Terres:ergo & aduerſarios noſtros ne iniuſte in nos agāt terrore cōtinebis. ¶ Quid æneas:& qd tros: Vt cū rex & populus extra noxā ſint nuſquā crimē relinquatˀ. Magna aūt miſericordiæ motio eſt:ut poſt tot calamitates etiā regno excludantur:ut nuſq̄ cōſiſtere liceat: & latenter Iunonem ingenti inuidia onerat. ¶ Certe hinc:aſſentio primi aduerbii:& repetitio alterius maximū affert pōdus oratiōi:Maxima aūt exaggeratio pollicitatiōis cū alia repetitiōe:cū dicit. ¶ Qui mare q.t.o.d.t.quæ.t.g. Quis adeo potens apud te:ut deducat te:& penitus deducat:Id.n.eſt uertit de uia recta pſertim cōtra filiam & nepotem id.n.eſt genitor. ¶ Hoc equidē:a duplici loco mouet πάθος & quod ī calamitatibus maximis diutius fuerit:Nā diuturnitas hoc facit:ut illud Septem illū peribēt totos ex ordine menſes. Et quod pter ſpem conſolationem amiſerit:ut illud O lycida uiui peruenimus aduena noſtri. Quod nunquam ueriti ſumus.

¶SER. Antenor potuit:nō ſine cā Antenoris poſuit exēplū:cū multi euaſerint Troianoꝝ piculū ut capys:q cāpaniā tenuit:ut Helenus q macedoniā:& alii q ſardiniā ſcđm Saluſtiū:ſed pp hoc ne forte illud occurreret:iu re uexari tanq̄ ꝓditorē patriæ.elegit ergo ſimilē pſonā.hi.n.duo troiā ꝓdidiſſe dicunt ſcđm Liuiū:qđ & Virg. Per trāſitū tāgit:ubi ait:Se quoq; principibus pmixtū agnouit achiuis:qđ excuſat Hora.dicēs:Ardētē ſine frau de troiā:hoc eſt ſine ꝓditiōe:quæ qđē excuſatio nō uacat.nemo.n.excuſat niſi rē plenā ſuſpitiōis. Siſenna tamē dicit ſolū Antenorē ꝓdidiſſe:quē ſi uolumus ſeq:augemus exēplū:ſi regnat ꝓditor:cur pius uagat? ob hoc aūt credit græcis antenor priam ꝓdidiſſe: qa & legatos q pp Helenā uenerāt:ſuſcepit hoſpicio:& Vlyxē i mē dici habitu cognitū nō ꝓdidit.¶ Illyricos penetrare ſin⁹: Antenor nō illyricū nō liburniā ſed Venetiā te nuit.ideo aūt Virg.dicit Illyricos ꝙ īde uenit qdā He netus rex q Venetiā tenuit:a cuius noīe henetiā dictā

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus:atq; intima tutus
Regna Liburnoꝝ:& fontem ſupare Timaui:

poſteri Venetiā noīauerūt.¶ Tutus:ideo tutus:qa rhetii uindelici ipſi ſunt liburni:ſæuiſſimi admodū populi: cōtra quos miſſus ē Druſus.hi aūt ab amazonibus originē ducūt:ut etiā Horatius dicit.Quibus mos unde du ctus p omne tēpus amazonia ſecuri dextras obarmet q̄rere diſtuli.hoc ergo nūc ad augmētū ptinet ꝙ tutus eſt etiā īter ſæuos populos.¶ Fōtē timaui:amāt poetæ rē unius ſermōis circūlocutionibus dicere:ut ꝓ troia dicāt urbē troianā:ꝓ buthroto arcē bruthroti:ſic & mō ꝓ tiauo ait fontē timaui:& paulopoſt urbē patauii.i.patauiū.

¶DONA. Antenor.ꝓ.cōparatio a minore ad maius exaggerat mœrorē:antenor ergo alienus a neceſſitudīe tua homo humilis & depſſus manus hoſtiū potuit effugere.¶ Illyricos penetrare:uoluit demōſtrare difficulta tē pueniēdi:& ad hoſtiles ptes penetrādi q̄ oīa facit dictis poſterius ānexis.Penetrare.n.ē penitus ītrare: & ſinus ſunt receſſus terraꝝ pēitus remotaꝝ: qbus clauſis nō potuiſſet euadere ſi picula extitiſſent:& miro uerbo uſa ē trāſiī qđ ē ſine moleſtia uel īpedimēto quo uis pueīī.Et qa fontē ſupare difficultatē nō demōſtrat addit.¶ Vn de per ora nouē &cætera:& cōmemoret tantæ illum fontē uirtutis eſſe:ut per nouē illius ora tutus trāſiret. Penetrare

¶CHRI. Antenor:admiror:dicere Seruiū teſte Liui.antenorē & æneā ꝓditores priæ dictos fuiſſe:Quæ.n. ſcribit Liui.hæc aduerbiū ſunt.Satis cōſtat troia capta ī cæteros ſeuitiū eē troianos duobus ænea antenoreq; & uetuſti iure hoſpitii & qa pacis:reddēdæq; Helenæ ſemp auctores fuerāt oē ius Belli achiuos abſtinuiſſe: Duo ergo dicit Liui.& antiquos græcoꝝ hoſpites hos duos fuiſſe:& pacis reddēdæq; helenæ ſemp auctores extitiſ ſe.in hoꝝ utro ꝓditionis accuſant: An qa hoſpites fuerint ante bellū.Nā in bello non potuerunt: atqui hoc eſt patriā prodere:ſed potius illius maieſtatē ꝓpagare:an quia pacis ac reddēdæ Helenæ p ſummā iniuriā ereptæ auctores fuerint: cū id fuerit patriā ab iis quæ ſecutæ ſunt calamitatibus liberare:illāq; iuſticia illuſtrare:cum ius faſq; poſtulēt:ut rapta ac raptores repetētibus tradant.Neq; ueriſimile eſt uoluiſſe poetā eum uirū quem omni laudum genere ad diuinitatem uſq; extollere cōtendat:uel minima infamiæ ſuſpitione deturpare. Neq; cum dixit ſe quoq; principibus permixtū agnouit achiuis. Oſtendit illum aduerſus patriam pugnaſſe: quod neq; Home.neq; alius ſcriptor unquā ponit:ſed amore in patriam adeo flagraſſe:ut dum illam tutetur uel in ter confertiſſimos hoſtes ferri non dubitauerit.Dixit ergo Antenor potuit ut a maiori argumentum faceret: Nominauit autem potius antenorem quam cæteros Troianos:quia illi in Italiam nō peruenerant excepto ca py:qui unus (ut puto) e comitibus æneæ fuerat. Quāobrē ego is ſum : q libenter illis aſſentio:q ciuem optimū fuiſſe dicūt:& de recōciliatiōe inter priamū & Græcos ægiſſe:ſuaſorēq; ſemp reddēdæ helenæ ſe pbuiſſe.Glau cū filiū:qa ſequebatur Paridē abdicauiſſe eundēq; ab agamēnone cæſum nō fleuiſſe.Hic capto ilio cum nūcia ret in eū cōſpirari:mare cū ſuis cōſcēdit:henetis qui ſub Pylemene fuerant eū ſecutis.Itaq; ſuperato ægeo ac io nio:adriaticū peruēit: ac hinc dalmates illyricos:liburnoſq; linquēs.Hinc apulos:& picenos: in euganiā uenit: pulſiſq; inde euaganeis patauiū cōdidit.Prouincia ipſa ab heneto qui ſub eo erat henetia primū:poſt Venetia ē appellata.Nec uidētur huic ſentētie cōtraria eſſe quæ ab Euſebio ponūtur:quāuis ſcribat Hectoris filios adiu uant heleno iliū recuperaſſe pulſis:inde antenoris poſteris:nam potuerūt illi & fortunæ auxilio:& hoſpitalita te antenoris intercedente ita ſine ulla fraude patriam recuperare:ut helenus inter inimicos græcos regnare po tuit.Quapp nō hæc ſcripſit poeta ut duos huiuſcemodi uiros ꝓditionis argueret:qua re nihil magis a ſuo cō ſilio quo auctore Romani generis illuſtrandum ſibi propoſuerat:alienum eſſe potuit: ſed ut oſtenderet ſi an tenor tanta fœlicitate in Italia ſedes regnumq; occupauit nullo ſanguine Ioui coniunctus: non debere ab eadē Italia æneam nepotem ſuum arceri.¶ Henetos:aūt de quibus meminit Seruius in paphlagonia aſiatica regio Veneti ne fuiſſe:a qbus italici oriūdi ſunt Liui.& Pli.ſcribunt:Strabo tamen Venetos italicos a Venetis galiæ populis Coloniā eē cēſet.alii dicūt henetos ueniſſe in Italiā cū Antenore. ¶ Illyricos:illyrici tenēt q̄ iſtro ſunt alpibuſq; Illyria cōtinua īterq; Italiā & germaniā iacētia.inchoāt aūt a lacu uēdelicoꝝ:& rhetoꝝ:& rœnioꝝ:ipſius ore ptē occu parūt daci q boios & tauriſcos deleuerūt.Eſt āt dicta illyria ab illyro polyphemi filio.¶ Intima:ſuplatiuū ab eo quod eſt ītus.¶ Lyburni:ſinus ionicus adriatici pars eſt:huius a dextra latus facit illyriā. Siniſtrum uero Italia uſq; aqleiæ receſſus. Ad terrā illyricā īſulæ ſunt abſyrtides:curictica:lyburnicæ:itemiſſa:traguriū: mellina:cor cyra pharus.¶ Tymauus:fluuius eſt Venetoꝝ concordiæ atq; tergeſtæ oppidus uicinus.Ex mōte grādi per no Tymavius mē ora effuſus ampliſſimū ante alia fontē facit:ex quo tandem uno alueo fluens in adriaticū exit mare in ſinū trigeſtinum. Ait Florentinus Boccatius: Strabo uero non procul aquileia : quæ Venetias regionem terminat Diomedis templum eſt:& portus Tymauus:& lucus miro decore.Septem aſſunt fluuiatilis aquæ fontes ma re irrumpentes lato:& profundo ſane fluuio: Reliquos uno excepto : ſalſas habere aquas Polybius ſcribit:lo cumq; ipſum maris fontem:& matrem ab incolis uocari.¶ Tymauus:ut ait Poſſidonius : e montibus delatus decidit in profundum:deinde intra terram abſorptus ſtadiis circiter.ca.xxx.decidit in mare.

Vnde p ora nouẽ uaſto cum murmure mõtis
It mare ꝓruptũ:& pelago premit arua ſonãti.
Hic tamen ille urbem Pataui:ſedeſq; locauit
Teucrorum:& genti nomẽ dedit:armaq; fixit
Troia:nunc placida compoſtus pace quieſcit.
Nos tua progenies:cœli quibus annuis arcem:
Nauibus infandum amiſſis unius ob iram
Prodimur:atq; Italis longe diſiungimur oris.
Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?

¶SER. Vnde per ora nouem:multi ſeptem eſſe dicunt ꝙ ſi incerta fides eſt:finitus eſt numerus pro infinito. ¶ Vaſto cum murmure montis:tanta ui exit in mare:ut etiam reſonet uicinus mons: & ſic dictum eſt: ſicut ſuperius:Illi indignãtes magno cum murmure montis Circum clauſtra fremunt. ¶ Mare: amat poeta rem hiſtoriæ carmini ſuo coniungere. Varro enim dicit hunc fluuium ab incolis mare nominari. ¶ Proruptum: ideſt effuſum fluens. & melius eſt proruptum q̃ præruptum legere. bene autem diffiniuit quid eſt largus fons: ſolutum mare. ¶ Pelago:aquarum abundantia. ¶ Premit: populatur:uaſtat. ¶ Hic tamen:hoc eſt & in hoc loco difficili. ¶ Vrbem pataui:ideſt patauium. Patauiũ autem dictum eſt uel a padi uicinitate: quaſi padauium:uel απο του πετεσθαι:ideſt a uolando: quod captato augurio dicitur conditum. uel quod auem telo petiſſe dicitur:& eo loco condidiſſe ciuitatem. ¶ Sedeſq; locauit:ex uotis ſuis facit inuidiã dicens.id conceſſum Antenori:quod ipſa deſiderat. ¶ Et genti nomen dedit:hoc eſt quod ne uictori quidem concedetur Aeneæ quod ſcimus a Iunone eſſe perfectũ. contra quam obliq; loquitur propter conſiderationem mariti.ut ait ne uetus indigenas nomen mutare latinos Heu troas.ſ.i.hi autem primis temporibus ab Antenore dicti ſunt antenoridæ. ¶ Armaq; fixit troia:hoc eſt ſecurus eſt quia ſolent omiſſa militia:ſiue gladiatura:quibuſlibet templis arma ſuſpendi:ut Horatius: Veranius armis Herculis ad poſtem fixis & danais de poſtere fixum. ¶ Compoſtus:ſyncope eſt. detraxit enim de medio ſyllabam: ut Pocula porgite dextris. ¶ Nos tua progenies:ſic loquitur quaſi ſit una de troianis. Nam aliter ſenſus non procedit:quod autem dixit tua progenies epexegeſis eſt:ut Aſt ego quæ diuum incedo regina. ¶ Annuis:quia nutu ſemper promittit aliquid Iuppiter. ¶ Infandum:pro infande.ut in ſexto Miſerum ſeptena quot annis corpora natorum pro miſerabiliter. Item Toruumq; repente clamat:pro torruæ:& eſt figura quæ fit quotiens nomen pro aduerbio ponitur. magis autem poetica eſt. in proſa aut rara:aut nunquam. tamẽ hoc loco infandum poteſt eſſe etiam interiectio dolentis. ¶ Vnius:produxit hic penultimam. ¶ Prodimur:multa quidem hic ſermo ſignificat. ſed modo porro damur:ſcilicet ab Italia. Et ſciendum eſt omnium auctorum eſſe conſuetudinem res dubie poſitas in ſequentibus explanare:& planius dicere:ut hoc loco. nam q͛d eſt prodimur oſtendit dicens. Atq; Italis longe diſiungimur oris. ¶ Hic:ideſt talis.ut Hunc ego te Euryale aſpicio: ideſt talem. ¶ Honos: cum ſecundum artem dicamus honor:arbor:lepor:plerumq; poetæ or in os mutant cauſa metri. os enim longa eſt: or breuis. hoc quidem habet ratio. ſed in hoc loco etiam abſq; metri neceſſitate honos dixit. Item Saluſtius pene ubiq; labos poſuit:quem nulla neceſſitas coegit. melius tamen eſt ſeruire regulæ. ¶ Sic nos in ſceptra reponis? reponis in ſceptra aut ad imperia reſeruas. Sic:hoc eſt per naufragia:aut certe antiqua eſt licentia communium propoſitionum ſceptra pro in ſceptris.

¶DONA. Vaſto cum murmure montis it mare proruptum:ut fons ſolo uocabulo re uera ſui abundantia in terris pelagi faciem oſtenderet. Repete ergo potuit hoſtes euadere potuit penetrare:ſi illi potuit ſuperare.ſ.t. ¶ Hic.ſ.in regionibus hoſtilibus:& omnes difficultates. Ergo unum aduerbiũ & pornomen graue pondus doloris adiecit. ille minoris dignitatis cur tantum fœlicitatis adeptus eſt:ut tutus tranſierit: tutus peruenerit:tutus urbem ſuis condiderit:tutus nomine Troiano uocitari indigenas fecerit:tutus arma troiana:ideſt uicta in eorum partibus fixerit. quos non conſtat uictores fuiſſe. Nos tranſit ad comparationem. ¶ Tua progenies:interpretatio eſt. ¶ Tua:qui deos homines in poteſtate habes. apud quem priuilegium primi gradus habere debemus. ¶ Dum ſpe promiſſorum ducimur naues amiſimus:& promiſſam Italiam tenere non poſſumus. ¶ Vnius ob iram:optime ad finem orationis reſeruauit:ne ſi inter initia dixiſſet offenſus Iuppiter ſororis & coniugis iniuria alienaretur. Nec etiam nomen Iunonis poſuit: ut ſine offenſa ad iniuriarum numerum perueniret.

¶CHRI. Nos tua progenies:per contentionem qui color rhetoricus ſummam uim orationi affert. Eſt.n. huiuſcemodi Antenor uir nulla cognatione:aut affinitate tibi coniunctus. In Italiam incolumis uenit: & ſine difficultate urbem condidit:in qua cum ſuis in ſumma tranquillitate degit. Nos autem qui tua progenies ſumus poſt diuturnos grauiſſimoſq; errores: & multa pericula in ea terra quam fata conceſſerunt conſiſtere non poſſumus. ¶ Nos:admiſcet perſonam ſuam:Nam cum filius ex matris uiſceribus: ſit nihil euenit nato: Quin idem:& matri non eueniat. Quinetiam dolentius in filio quam in ſe damna ſentiunt matres:Maximopere igitur mouet Iouem cum oſtendat ſe Iouis filiam iſdem calamitatibus quibus æneas præmi. ¶ Cœli quibus annuis arcem:quid grauius accidere poteſt:quam illis qui iubente Ioue tanto deo cœlum ſperabant nunc terras denegari:Eſt autem maximum pathos cum aliquid præter ſpem euenit: ut alibi demonſtrauimus. ¶ Vnius:quaſi dicat etiam ſi plures irati nobis eſſent ne dum una tamen contra tua iuſſa nullum efficacem conatum habere deberent. ¶ Diſiungimur:miſerum non tenere Italiam: ſed miſerius ab longæ remoueri: ut omnis ſpes potiundi eripiatur. ¶ Hic pietatis honos? cum ualidis iam argumentis occupauerit mentem Iouis ad poſtremum grauiſſima interrogatione uehementer urget: ut non ſolum perſonam deæ ad deum agat: ſed licentius filiæ ad patrem: & in ea interrogat ad quæ aliter quam ipſa uelit Iuppiter reſponderet non poſſit.

¶SER. Olli:mō tunc:propter ſequentia.pronomen enim nō debet poni cum nomine:ſed pro ipſo nomine.nullus enim dicit illi natæ.alias tamē olli illi ſignificat:ut Olli dura quies oculos:& ferreus urget ſomnus. ¶ Subridens:lætum oſtendit Iouem:& talem qualis eſſe ſolet quom facit ſerenum.poetarum enim eſt clemētorum habitum dare numinibus:ut ſupra de Neptuno dictū eſt.¶ Serenat:hoc uerbum de his eſt: quæ caret prima poſitione:quod fit in his quæ in noſtra non ſunt poteſtate:ut tono:fulmino:pluo.hoc.n.non poſſumus dicere:niſi forte perſona inducat̄ eius:qui poteſt:ut tale aliquid Iuppiter dicat.¶ Oſcula libauit natæ:leuiter tetigit.Et ſciendum eſt oſculum religiōis eſſe: ſuauiū uoluptatis.ut alibi:Summaq; per galeā delibās oſcula.& Terentius:O Thais meū ſuauium.¶ Parce metu:quoties in cauſis arguimur:ante nos purgare debemus.& ſic ad actionem deſcendere: quod & hoc loco Iuppiter facit:ante.n.obiecta purgat:& ſic uenit ad promiſſionem.& eſt parce metu elocutio uſualis: ideſt dimite metū:quomodo dicimus parce uerbis: parce iniuriis.¶ Cytherea:omnia quæ apud græcos ei diphthongon habent:apud latinos in e productū

Olli ſubridens hominum Sator:atq; deorum:
Vultu quo cœlum:tempeſtateſq; ſerenat:
Oſcula libauit natæ:dehinc talia fatur.
Parce metu Cytherea manent imota tuorum
Fata tibi cernes Vrbem:& promiſſa Lauinii
Mœnia:ſublimemq; feres ad ſydera cœli

conuertuntur Κυθέρεια Cytherea:Μήδεια Medea.Omnia autem quæ dicit Iuppiter ad ſolutionem pertinent antedictorum:Ideo autem nunc dicit Parce metu:quia ſuperius dixerat triſtior.¶ Manent immota: quia dixerat:Quæ te genitor ſententia uertit:& ſimul per tranſitum dogma ſtoicorū oſtendit nulla ratione poſſe fata mutari.¶ Tuorum:uel troianorum:uel Romanorum.¶ Fata tibi:non propter te fati enim immobilis ratio eſt.ſed aut uacat tibi:ut qui mihi accubantes in cōuiuiis:aut certe tua ſunt tibi fata: non tamen propter te. ¶ Cernes urbem:aut mœnia lauini:aut Romam ſignificat:quia quom proprietatē detrahimus:qd̄ magnum eſt ſignificamus:ut ſi dicas legi oratorem:nec addas quē:intelligo Ciceronem:& ne longa ſit expectatio: adiecit & ꝓmiſſa lauini mœnia:aut certe detrahe & ſicut multi & epexegeſin facis.Cernes urbem: ideſt promiſſa lauini mœnia.¶ Sublimemq; feres ad ſydera cœli: ꝓpter illud cœli qbus annuis arcem.Aeneas enim ſecundū quoſdā in numicū cecidit fluuiū:ſecundum Ouidium in cœlum raptus eſt: appellatuſq; eſt Iuppiter Indiges.
¶DONA. Olli ſubridēs: ut uenus lachrymis anteq̄ loq̄ret̄ ſignificauit dolorē internū:& qd dictura eēt.Sic Iuppiter ſtatim debuit hilaritate uultus & oſculo & prima partis orationis demere angorē filiæ: nec oportuit eam circuitiōe deferri.¶ Subriſit:riſu utitur ut eā exhilararet:ſed ſubriſit ut maieſtatem ſeruaret ex modeſtia. Nā ſatori hominū & deoꝶ turpis erat plenus riſus.Subriſit.ut partē daret troianoꝶ caſibus partē reſeruaret illis q̄ erat ꝓmiſſurus.¶ Vultu quo cœlū:tali qualē habet cū elementa tranqllat.¶ Oſcula: ſignū optimū cum beniuolentiā ſuā oſculo publicat.¶ Dehinc:oſtēdit ſigna iſta nō fruſtra fuiſſe ꝓmiſſa: q̄ ueneris mœtū leuarēt. ¶ Parce metu:Si ſolū hoc dixiſſet:abūde ſuffecerat ad demulcēdū animū.Reddit.n.ſecurā & nihil imutatū eſſe demōſtrat.Dat āt huic poeta ꝑſonā regis nō patris.De futuris.n.nō niſi deus loquit̄. Ergo cytherea dixit & nō filia:& tuorū & non noſtroꝶ.¶ Manēt tibi fata:hoc ſat erat:ſed ut ſaciaret quod aſſerebat addidit imota.Deinde enumerat ſpecialiter quod generaliter clauſerat.Reſpondet etiam quærimoniis ueneris.Nam cum illa dixiſſet.Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis:Hic dicit cernes urbem.¶ Et ad id cæli.q.a.a.ponitur.
¶CHRI. Subridens:optimū temperamentū non ſolum qa tantæ maieſtatis nō erat profuſius ridere: ueꝶ qa ut hac modeſta exhilaratione ſpē auxilii præſtabat ſic ſolutiori riſu contemptū oſtendiſſet.¶ Cytherea:Venus a cytheris inſula dicta.Eſt autē cythera inſula e regione lacedæmonis locus contra ſpartē bellū gerentibus apprime aptus.De qua inſula dixit chilō ſpartanus uir ſapiens ꝓſtare lacedæmonibus illā demergi quā extare. Venus prima cœli & diei filia fuit.& ex Ioue ſeu libero amorē geminū & gratias genuit.¶ Filia cœli:qa ſuo cœlo affixa eſt:& diei qa lucidus eſt planeta.Geminū amorē.ſ.caſtū & laſciuū.Gratias q̄ ſine amore nō ſunt. uenus ſecunda ex uirilibus cœli nata eſt. Saturnus.n.ut ait Heſio.accepta falce a matre: q̄ illū ulciſci cupiebat ex inſidiis uirilia amputauit cœlio.Et eoꝶ ſanguineis guttis terra gygantes erynes & nymphas melias genuit.uirilia autē in mare proiecta:& fluctibus agitata ſpumam fecerunt:ex q̄ uenus creata eſt:unde a uirilibus q̄ μήδεα dicunt̄ philomedea. A ſpuma uero q̄ ἀφρος appellat̄ aphrodite dicit̄:& qa mari primo cytheris inſulæ adhæſit:ac mox in cyprū profecta eſt cytherea ac cyprogenia dicit̄.Tertia autē uenus Iouis & dionæ filia: ex qua eſt Aeneas:antiquiſſimū autem illi templum aſcaloniæ urbis ſyriæ fuit.Nā quod in cypro eſt:hinc ueniſſe cyprii uolunt:quod autem in cytheris phœnices:q ex hac ſunt ædificarunt:Hoc ſcythæ qui ſyriā inuaſerunt cum rapuiſſent.Venus in eos fœmineū morbū immiſit uocat̄ ab aſſyriis militia:arabes alitā:Perſæ mitrā nominant ait Herodotus uenus latinæ dicit̄:uel quod ad omnia animalia ueniat:uel qd per eā omnia ueniant.i. orianī. uenerem gignendi uim dicunt.Si autē ad hiſtoriā referas dicunt cretenſis Iouis illā filiam fuiſſe: & qua ætate & quibus ſacris nuptiæ ſint celebrandæ inueniſſe.ac primū in ſiciliā iuxta.Ericē nauigaſſe deinde in Paphum cypri:& in inſulam cytherā:& in aſiam & ſyriā:ait Diodo.Eſt præterea ſtella uenus in tertio cœlo amoris conciliatrix:& apprime ſalutaris propter optimū in ea contemperamentū humoris & caloris. Solus planetarum excedit zodiacum duobus gradibus.Nunquā a ſole diſcedit ultra.xlvi.Gradus:quoniam illum ſubſequit̄ motu naturali.Antecedit autem motu proprio planetarū:qui eſt ab occidente in orientem cōtra motum firmamenti:apparet in occidente poſt occaſum ſolis:& dicitur heſperus ſiue ueſper:quando autem cōtra apparet in oriente ante ortum ſolis:& dicitur lucifer & iubar.Plinius autem apud græcos Pythagoras auctore Parmenide deprehendit eundem eſſe luciferum & Heſperium.Inducit amatores muſice & uerſuū Domicilia ſua ſunt libra & taurus.Manet in uno quoq; ſigno.xxix.dies.& perficit curſum trecentis & quadragintaocto diebus.

Cytherea Venus

Heſpus Lucifer

¶ SER. Magnanimũ:magnus & paruus:quoniã mẽſuræ ſunt ad aĩum:non niſi κατα χρησινῶς adhibent. ¶ Hic.i.Aeneas.& eſt ordo:hic bellũ ingẽs geret Italia.¶ Tibi fabor.n.hoc loco excuſat queſtionẽ futurã:& quaſi Veneri dolenti quæ uera ſunt dicit:ſed aliter loquetur cunctis præſentibus diis:dicet.n.in decimo: Abnuerã bello Italiã cõcurrere teucris.¶ Quãdo:ſiquidem.¶ Remordet:ſollicitat:Terentius.Par pari referto:ꝙ eã mordeat.¶ Arcana:ſecreta:unde & arca & arx dicta quaſi res ſecretæ.¶ Italia:in Italia.& detraxit præpoſitionẽ more ſuo:ſic illo loco:Nõ libyæ nõ ante tyro deſpectus hiarbas.i.ĩ tyro.nã ſi aduerbialiter uellet dicere:Tyri diceret.

Magnanimum Aeneam:neq; me ſñia uertit:
Hic(tibi fabor eñi:qñ hæc te cura remordet:
Longius & uoluens fatorum arcana monebo)
Bellum ingens geret Italia:populoſq; feroces
Contundet:moreſq; uiris:& mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem uiderit æſtas:
Ternaq; tranſierint Rutulis hiberna ſubactis.
At puer Aſcanius:cui nunc cognomen Iulo
Additur:Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno:
Triginta magnos uoluendis menſibus orbes
Imperio explebit:regnumq; a ſede Lauinii
Transferet:& lõgam multa ui muniet albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos.

